Primo ergo ordĩe velut a di gniori est incipiendũ q̃t .s. a seraphin. de quo dicit Ysi. li. vij. Seraphin est angelorũ multitudo qui ardẽtes vel incendẽtes interp̃tãtur. eo ꝙ inter eos et deũ nulli angeli sunt intermẽcij. ⁊ iõ q̃nto ei vici nius collocãtur tãto magis caritate di uini luminis inflãmant᷑. ⁊ iõ faciẽ dñi ⁊ pe des velate dicũt᷑ q2 ceteri angeli diuinã maiestatẽ neq̃q̃ istis pfectiˀ intuent᷑. ⁊ iõ tãto maiori claritate illustrãt᷑ q̃nto ardẽtiori motu dilectiõis intime inflã mãt᷑. vñ istoꝝ ãgeloꝝ officiũ ẽ ꝓpriũ ⁊ ar dere i se ⁊ alios ad diuie dilectõis incẽ diũ pmouere. Proprietates ãt hˀ ordis pricipales et speales elicere possumˀ ex vbis Dio. sic dicẽs. Pulcre inq̃t p̃ia ce lestiũ hierarchiarũ excellẽtissimis eẽn tijs sertificatur. ordinẽ hũs altiorẽ oibˀ citra deũ imediate collocatũ Et iõ pric opatões ꝓprietate in ipo tanq̃ i deo p primũ referuntur. ⁊ seq̃tur Est ãt seraphi mobile sp circa diuia ⁊ incessabile cali dũ. acutũ. ⁊ superuidũ. intẽte ⁊ inflexi bilˀ sp motõis. suppositoꝝ reductiuũ. ac tiue exẽplificatiuũ. recalificãs eaq3 resu scitãs in silem caliditatẽ ⁊ igneũ celitˀ ⁊ olocaustomatis purgatiuũ circũuelatũ inextiguibile. hñs luciformẽ ⁊ illũiatiuã ꝓprietatẽ. ols tenebrose obscuratõis p secutricẽ ⁊ maifestatricẽ ⁊c. Hec vba di uinissima sunt et oĩm mortaliũ sensum quoad significatõis misteriũ excedẽtia.

Prout tamē ꝑ tero q̄ꝑmus balbutiendo aliqua explanabi. Uidetur aūt diffinire Dyonisi⁹. q̄ cognominatō seraphin ꝓprietatis ⁊ officij discretōnem et varie gratie ꝑticipatōem in angelis manifestat seraphin nūcupatio. Nam appellatio seraphin docet mobile. hoc forsan dicit ꝓpter naturā ignei amoris. quo angelicus affectus in deū rapit̃ ⁊ mouet̃. hic vero mot⁹ est quietis causatiu⁹ augmentatiu⁹ ⁊ cōpletiuus. Docet etiā incessabile quia talis amor nūq̄ excidit. nūq̄ ab appetitu amati requiescit. Docet ⁊ calidū. quia ad modū caloris accēsū aīm excitat vis amoris. et idō subdit acutū. quia vis amoris penetrat ad intima cōditoris. vñ acutū dicit quandā violentiam amātis q̄ intrat ⁊ penetrat ad rē amatā. Dicit̃ etiā supferuidū quia q̄uis ad interiora diuinitatis amor se extendat affectu. tñ circuire nō cessat vt qđ intellectu nō capit ↄtēplatōis tamē gustu aliq̄liter cōprehendat. sicut illud qđ ebullit caloris vehemētia vndiq̄ se iactitat ⁊ diffundit. sic affectus angelicus nihil icōsideratū relinq̄t imo quātoplus cognoscit: tanto amplius scire cupit. Addit etiā inflexibilis motōnis quia amor angelic⁹ q̄uis in deū moueatur. inflexibilis tamē est ne amatū aliq̄liter amittatur. vñ simul mobilis est et incessabilis ⁊ hoc intēte ⁊ intime. q̄ ad dei interiora tēdit. vñ mobilis est sp̄ et nunq̄ in se sistit ⁊ intētus vt in deū tendat sed intim⁹ vt ad exteriora nō effluat. oīno autē inflexibilis vt ad aliđ preter ipm ⁊ extra ipm nō diuertat. Dicitur etiā suppositorū reductiuū q̄ amor angelicus semꝑ ad supiora se extēdit ⁊ tñ ab amore inferiorꝫ non excedit. imo ad diuine illuminatōis ꝑticipatōem reuocat inferiores ordines et reducit. Dicitur etiā docere actiuū ⁊ exēplificatiuū. q̄ non solū incēdit inferiores ad amādū. verū etiā formā ⁊ exēplū ꝑbet inferioribus q̄liter summū bonū sit sup oīa diligendū ⁊ qualr̃ sit p amorē recolendū in deū ⁊ sm̄ ipsi⁹ beneplacitū incedendū. Ideo etiā dicitur q̄ amor eorꝫ sit calificans ⁊ resuscitās in silem caliditatem.

quia ad hoc laborāt vt inferiores ꝗ̄si nō equalr̃ tamē differēter ardeāt ⁊ feruescant. Nec hoc dicit q̄ inferiores angeli fuerūt frigidi vel mortui. sed hoc dicit̃ quia subiecti ordines p ipsos ad ampliorem amoris affectū cōtinue excitant̃ Propter qđ seq̄tur. Igneū celit⁹ ⁊ olocaustomatis purgatiuū. q̄ ignis diuinus primos anglos accēdit vt alios incendāt. illumīat vt illuminent. purgat vt purgent. Ignis enī diuin⁹ suauiter ardet. nec cōburit vel cōsumit ad lesionē sed poti⁹ ad purgatiōez. ⁊ idō dicit̃ olocausti purgatiu⁹. q̄ sicut ex toto illuīat ita ex toto purgat. nec ab infectōne alicui⁹ vicij. sed ab impfectōe boni. q̄ illa est purgatio pfecta vbi oīs correctio abest. ⁊ oīs pfectio adest. Dicitur etiā virtus seraphin multimoda ⁊ multifida. multimoda inq̄ntum multiformit̃ mouetur appetēdo ⁊ opando. multifida inq̄ntū beatificatur possidēdo. mltimoda inq̄ntum pgit scrutādo. multifida in eo qđ inuenit penetrādo. Per multas enī vias ⁊ affectōes varias pgit et puenit ad vnū bonū ⁊ vna vita simul cūcta apprehendit. Docet etiā noīatio seraphin incircūuelatū. q̄ sine oī velamīe figure vł creature interposito diligit videre deū ⁊ a plenitudine fontis lucis etne sine medio aliquo illumīatur vt illuminet. accendit̃ vt accendat. Unde in hoc sunt angeli illius ordinis alijs digniores. q̄ sue pfectōnis influentiā immediate sine interpositiōe a deo recipiunt sine diminutione eādem alijs ꝑticipando tribuunt. illam possident ⁊ custodiūt sine amissione. Nunq̄ tepescūt a dilectōne. nec flectitur ab incōuertibili ad deum intentōne. nec labore nec tedio desistūt ab inferiorꝫ ad deum gratuita reductōe Hec de proprietatibus seraphin dicta sufficiant.

Ca. IX De ordine cherubin.

S Ecundus ordo dicitur cherubin quod interp̄tatur sciētie plenitudo. Sunt enim sm̄ Isi. li. vij. sublimiora agmīa

angeloꝝ preter seraphin. eo ꝙ vicinius
diuine sapientie suppositi. ampliori sci
entie diuine dono sunt repleti. ⁊ iõ me
rito ordo cherubin post seraphin ordia
tur. qꝛ post donũ charitatis a quo deno
minaſ seraphin excellentissimũ est do
num sapiẽtie ⁊ cognitõis diuine volũ
tatis vel veritatis a quo cherubin deno
minaſ. Nam in angelis huius ordinis
principalr̃ relucet radius diuini lumi
nis quantũ ad pticipatõem ꝑcellẽtem
diuine cognitõis vnde ꝓprietates ⁊ ef
fectꝰ angeloꝝ istius ordinis innuit bea
tus Dyoni. ca. vij. vbi dicit ꝙ cognomi
natõ cherubin docet eoꝝ cognoscibile ⁊c̃.
est sensus verboꝝ ꝙ angeli istꝰ ordinis
dicũtur cognoscẽtes. qꝛ in dono diuine
sapiẽtie sunt ceteris magis excellẽtes.
Deifidi etiã ab ipso nũcupanſ in quo
dei visio que in eis viget itelligiſ. quia
dei maiestatẽ ceteris clariꝰ cõtemplãſ.
Dicũtur etiã altissime datõis lumi
nũ acceptiui in quo innuiſ ꝙ cherubin
ordo diuine illuminatõis excellentia ꝑ
ceteris adimpleſ. Sunt etiã illi angeli
diuine pulcritudinis in prima opatri
ce virtute cõtemplatiui. quia ꝑ lumẽ
diuine sapiẽtie diuinã pulcritudinẽ cõ
templãtur. Per hoc etiã innuit ꝙ in eis
⁊ ꝑ eos prima opatrix virtus scꝫ deꝰ cla
rissime intueſ. Dicũtur etiã sapiẽtifica
traditiõe repleti. quia ꝑ sapientificam
creatoris traditõem alijs plus alijs mi
nus donũ sapientie diuine impartiũſ.
Dicũtur etiã cõmunicatiui. quia lumẽ
sapientie quod in eis copiose diffundi
tur. ꝑ ipsos ad ordines illuminãdos co
piose deriuatur nam plenitudinẽ lucis
quã suscipiũt alijs cõmunicant ⁊ trãsfũ
dunt. Dicũtur etiã contẽplatõis pure
⁊ simplicis ac immediati fulgoris susce
ptiui. Fulgorem vocat illuminatiõẽ ꝑ
quã peruenit ad merã et purã contem
platiõnẽ vbi virtus diuina nõ in ima
gine vel figura vel aliqua mediãte crea
tura, sed ꝑ semetipsam, ⁊ in semetipsa cõ
templaſ. Dicũtur etiã diuino alimen
to domestica atqꝫ viuifica vnitate di
uine refectõnis repleti. quia in hoc qꝛ
replenſ lumine cognitõnis, reficiũtur
dulcedine dilectõis. Non eni multum
ꝓdest illuminare ꝑ cognitõem nisi cõ
comitareſ alimẽtũ spũssancti. s. refectõ
ꝑ dilectõem. Ista autẽ refectio dr̃ do
mestica viuifica et vna. Domestica qꝛ
amicis ⁊ domesticis solũmodo prepaſ.
Uiuifica quia viuũ efficit quẽlibet qui
ex tali cibo satiaſ. Unica est ⁊ singularis.
quia delectatiõe cũ extranea. scilicꝫ cuꝫ
carnali dulcedine nõ gustatur. Quã
uis autẽ vnica sit refectio. multiplex
tamẽ satietas inuenitur in hoc vnico ali
mento. vnde cũ hec solũ ꝑcipitur plena
et vera satietas inuenitur.

Ca. x. De ordine thronorum.

Tertius ordo est thronorum
et est hic ordo a thronis di
ctus a dono iudicij, eo ꝙ deꝰ
in eis sedeat ⁊ iudicia sua di
scernat ⁊ cuncta subiecta ꝑ illos dispo
nat. vt dicit Isiđ. vñ virtus diuine eq̃
tatis throno igneo in Dañ. compatur
scꝫ propter ꝑspicuitatẽ cognitõis quia
deus singula diiudicãs ꝑ ipsos vniuer
sa prudenter discutit. ⁊ propter impe
tuositatẽ cui nihil obuiat vel resistit. Il
li autẽ angeli in quibꝰ singulariter relu
cet rectitudo diuini iudicij throni nun
cupãtur. Isiđ. Et ideo a beato Dio. se
des altissime dicuntur. quia alte ꝓpter
diuinã autoritatẽ quasi ad iudicandũ
ordinãtur. altiores quia diuine iusticie
regulam in iudicio imitãtur sed altissi
me qꝛ immediatiꝰ altissimo deo dispositione
hierarchiaca collocãtur. Sedes
cõpacte quia apte ⁊ cõuenienter iuncte
quoad iuncturam ⁊ cõuenientiã diuino
rum iudicioꝝ. cõueniens enĩ est ⁊ aptũ
vt ex culpa penam ⁊ ex iusticia gloriã ex
qualitate opis qualitatẽ retributõnis
quilibet sortiaſ. vnde cõuenienter ⁊ ap
te coheret pena culpe ⁊ glĩa iusticie. qꝛ si
culpa ⁊ glĩa, pena ⁊ iusticia nõ cõuenirẽt
coaptatã sedẽ inuicẽ nõ haberent. cõpa
ctio itaqꝫ sediũ equitas ẽ iudicioꝝ. Se
des ab oĩ ignominiosa subiectõe libere
quia quãto sibi presidenti deo sunt sub
iecti, tanto per ipsum ⁊ in ipso meretur

amplius sublimari. Sedes dicunt̃. quia deum sibi presidentem ferunt. et deificam potentiam per diuina iudicia in subiectis creaturis iudicant et ostendunt. Sedes diuini super aduentus susceptiue immaterialiter et supermundane quia noticiam diuinitatis sine studio et fatigatione percipiunt et impassibiliter et sine diminutione ad inferiora transfundunt in quo nos spiritualiter instruunt ut ab re materiali et terrena nos euacuantes. nos ad eternorum susceptionem coaptemus. Sedes etiam ab omni extremitate sunt remote. quia ei qui sine extremis est id est principio et fine inmediatissime sunt coniuncte. Nam in deo cui inherent non est inuenire principium vel extremum. Throni itaque diuinam virtutem assumunt et eandem ad inferiora deriuant et transfundunt. Obedienter se deo subijciunt. et nec aliqua necessitate sed mera liberalitate in angelicis omnibus subijci se ostendunt.

Ca. XI De media hierarchia.

Media hierarchia secundum Isido. tres continet ordines. scilicet principatus potestates et dominationes. Hec autem hierarchia a Dyo. vocatur exoplonomia. i. diuina illustratio sui principes inter scalari reuerentia insignies. usum dominandi edocens arcensque contrarium. Prima differentia dicitur propter principatus qui pre ceteris possident donum reuerentie quorum officium est docere et exercere et exhibere reuerentiam reuerendis secundum diuersos gradus prelationis. iuxta illud. Cui honorem. honorem. Rom. xiij. Usus vero dominandi spectat ad dominationes. que docent subditis dominari. non secundum libidinosam possendi cupiditatem. sed secundum dei voluntatem. Nam deus vult homines preesse hominibus ut proficiant non ut superbiant. ut eos in fide et moribus instruant. non ut de libertatis dominio insolescant. Arcitatio vero potestatis refertur ad ordinem potestatum quia potestatiue a nobis coercent demones ne nobis tantum noceant quantum desiderant vel affectant. Et taliter ponitur dispositio medie hierarchie. quamuis alio modo videatur ordinata secundum Isi. et Grego. sed de hoc ad presens opusculum nihil spectat.

Ca. XII. De ordine dominationum.

Quartus ordo est dominationum que secundum Isi. potestatibus et virtutibus presunt et preminent. que pro eo quod ceteris angelorum agminibus presint siue dominantur. dominationes nuncupantur. Huius ordinis est officium secundum Greg. in bello spirituali nos instruere. qualiter oporteat homines prelationis officium exercere. Docent etiam prelatos qualiter sine tyrannide et subditorum oppressione in regimine debeant se habere. Horum angelorum ministerium est secundum Dyonisium seruili timore deposito in deum moueri et absque reflectione ad commodum temporale et incessanter famulari quia singulari excellentia inuisibilem annunciationem in subiectis ordinibus solo imperio formant. Sunt angeli istius ordinis ab omni oppressione liberi ut libere ad summum eleuentur et nulli infra summum subijciuntur. unde ita deo subsunt quod nulli inferiori subijciuntur. Per vniuersalem excellentiam supra omnem subiectionem eleuantur ita tamen quod per nullam violentiam aut tyrannidem ad oppressionem inferiorum inclinantur. unde dicit Dyoni. quod secundum dissimilitudinem tyrannidis dominium exercent seueritatem habent in potestate et cum seueritate liberalitatem in benignitate et dum a dominationibus potestas exercetur liberalitas circa inferiores non tollitur Per istam tamen liberalitatem eorum potestas nullo modo minoratur. imo deo se conformantes regulam et legem sue presidentie quantum possibile est imitantur. Nunquam ad aliqua vana se conuertunt. sed continue ad bonum summum. (quod Dyonisius vniuersale vocat) oculos dirigunt. et ab illo qui omnibus dominatur. mentis aciem non auertunt. vnde deiformitatis et diuine similitudinis prout possunt sunt principes secundum Diony. Itaque dominationes presunt in secunda hierarchia.

Ca. XIII De ordine principatuum.

Quintus ordo dicitur principatus et hic ordo secundum sanctos doctores

inferiores gradus exhibere reuerētiam maioribꝰ existētibꝰ in statu altioris dignitatis vtputa regibꝰ / principibus et prelatis. De angelis istius ordīs dicit Dyonisiꝰ. ad pricipatus ptinet vniuersalis ducatus ꝛ regimē ductiuū ad dei similitudinē. qꝛ isti angeli habēt ex officio vt alios inferiores ordinaliter reducant ad deū ꝛ vocant ipm reuereri in seipso ꝛ in primo. specialiter in plato. q̄ sm Dyonisiū ideo dicūtur principatꝰ qꝛ habent alios reducere vel ꝯuertere ad primū ꝛ pricipale pricipiū scilicet deū quē ipsi prout possibile est imitantur et quantum phas est in presidendi officio principi assimilanf. Dicit enī Isido. li. vij. Principatꝰ sunt qui angeloꝝ agminibus presunt qui p eo ꝙ subditos angelos ad explendū diuinū ministerium ordināt ꝛ disponūt. principatus vocabulum acceperūt. nam alij sunt qui administrant alij q̄ assistūt. milia enim miliū ministrabant ei ꝛ decies centena milia assistunt ei. Dan. septimo.

Capitulum decimumquartum. De ordine potestatum

Sextus ordo est protestatū. Et dicunf potestates sm Isidor. qꝛ eis vtutes aduerse sunt subiecte. ꝛ ideo potestatū noīe nuncupantur qꝛ maligni spūs eoꝝ potestate coercent ne tm̄ noceant quātū cupiūt ꝛ affectāt Hoꝝ angeloꝝ officiū est sm Greg. illos qui in bello spirituali desudant ꝯfortare et ne ab aduersarijs violanter supētur defendere. ꝛ vt boni victoriā obtineant viriliter adiuuare. huic concordat Dionisi. dicēs. Potestatū ministeriū esse cauere ne aliqđ aduersum possit bonis obsistere vel nocere. dic etiā Gregorius. Potestates in suo ordine perceperunt potētatus vt eoꝝ dispositioni aduerse potestates subiciātur. q̄ ne tāto hominibus noceant quātū desiderāt potestatū ministerio refrenātur. de his potestatibꝰ dicit Dionisiꝰ. Ipse scē potestates habēt equipotentē. i. equalē cū dñatiōibꝰ potestatem que cadē diuina munera. in suo ordie et gradu humiliter suscipiūt ꝛ custodiūt sine ꝯfusione. Nihil enī tyrannice pcipitant cōtra inferiores nihil violentia et fortitudine attemptāt. sed potiꝰ deiformiter. i. ad diuinā similitudinē angelos inferiores ordinate reuocant ꝛ ad potētificā ꝛ causalē potentiā. i. ad deum qui omnia potest ꝛ omniū ē causa supmundane ꝛ intellectualiter reducere nō cessāt vt p has deiformes ꝓprietates medie celestium animarū dispositiōes illuminenf purgenf ꝛ pficiāf Sicut enī ipe potestates mediātibꝰ supioribus ad dei similitudinem ꝯuertūtur ita mediātibꝰ ipsis potestatibꝰ qui inferiores sunt ad deiformitatem reducūtur vt sic oēs superiores medij ꝛ inferiores ordines mysticarū purgationū illuminationū et pfectionum participes efficiantur.

Capitulum decimumquintum. De tertia hierachia

Tertia hierachia que dicif ephionia tres cōtinet ordines iferiores. s. Vtutes archāgelos angelos Et sm hoc iferior hierarchia sic describitur. Inferior hierarchia ē diuinū pricipiū nature legibus occurrēs secreta reuelans p capacitate discreta nature legibus occurrēs. Hoc ptinet ad virtutes qui potestatē habēt faciendi miracula ꝛ curādi morbos ꝛ languores. Secreta reuelās. hoc ptinet ad archangelos ꝛ angelos. Pro capacitate. discreta. hoc referf ad archāgeloꝝ differētiā ꝛ angelorū. qꝛ maiores vt archāgeli maiora. minores vt angeli minora reuelāt. Per archangelos enī reuelabanf ꝯplexis maiora secreta vt illud. Ecce vgo cōcipiet ꝛc. Per angelos āt minora. vt illđ Dauid. Episcopatū eius accipiet alter ꝛc. Et dicif ephionia ab ephi qđ ē sub ꝛ phanos qđ est apparitio, quia inferiori modo q̄ȝ in alijs resultat dei similitudo in ordinibꝰ huius hierarchie

tertia hie
cōtinens
archāgelos

Capitulum sedecimum de ordine virtutum.

Septimus ordo est virtutū. Virtutes enim sunt angelorū agmina: ministeria habentia ad vic

tutes ⁊ miracula faciēda in quibꝰ potissime relucet virtus diuina. ꝓpter quod et virtutes nominātur. vt dicit Isido. Istius ordinis angeli ab ordinibus medie hierarchie recipiunt illuminatōem purgatiōem/et pfectiōez. vnde ſm Dionisiuz virtutes habēt virilitatem ad optiōes fortem incommutabilē. ſm dei formā eis indicātē. In hoc enī deo sunt similes ⁊ ↄformes. qꝛ ad omnia agenda incōmutabilē virtutis. vigorē acceperunt. ⁊ ideo istoꝝ spirituū opatiuam virtutē pstringit dyoni. sic dicēs. Ipsa sanctaꝝ ꝟtutū cognominatio fortē quēdam ⁊ incōmutabilē docet vigorez ſm inditā eis deiformitatē ad nullam susceptiōez diuinarū illuminationū imbeciliter infirmatā ⁊c. quasi diceret in hoc ꝙ isti angeli virtutes sunt vocati deiformes ⁊ similes deo dinoscuntur. Nam diuina virtus fortis est ad agendū vt nō frangatur alicuius opis difficultate et incōmutabilis est ad pseuerādū vt non langueat seu infirmetur alicuius spacij seu temporis diuturnitate. Sic angeli isti consimiles sunt. quia ad omnia agenda robusti et incōmutabiles īueniuntur. vnde virtuosi sunt non solū opando verum etiā in illuminatōes suscipiendo. nā horū angelorum virtus ⁊ si infirma videat̄ diuine virtuti cōparata. Non tamē infirma est ad eādē p gratiam cōformata. Infirma est nature cōditione. sed non infirmatur aliqua corruptiōe quā participat totū quicquid creature est debitū. fortitudinē scilicet sufficientē ⁊ sue nature cōgruentem. Et ideo dicit Dionisius ꝙ habēt deiformē motum firmiter se ferentē. Insuper essentialē et potentificam dei virtutē. qꝛ propria virtute in deū mouētur. et vnū eorū virtuositas in superessentialē virtutē creatoris sustollitur inde deiformi ymaginis similitudo ī eis repitur. Deiformitatē aūt quā recipiūt ad inferiores angelos trāsfundunt. accipiūt q̄dez per donū. sed alijs tribuūt per exemplū. Horum angelorū est officiū. ſm dionisiū docere prelatos. prelatiōis officiū exequi feliciter ⁊ cōstanter et vt ipsius onus sustineant patienter. ſm Gregor. vero in quarto moraliū. Istorum officium in his qui virtutē habent est docere qualiter imaginem dei in se reparēt et reforment ac reformatā viriliter custodiant ac cōseruent. vnde per istoꝝ angelorum ministeriū virtus miracula faciendi pfectis cōceditur vt reducti ad primum statū in quo deus fecit hominē ad suam imaginē per huiusmodi miracula ostendantur. Angeli istius ordinis diuinā virtutem cōtinue aspiciūt. et in ipsa contemplatiōe cōtremiscūt. sed iste timor pnalis non est cū potius sit admiratiōis q̄z horroris prout Gregorius dicit in moralibꝫ. libro quarto.

Capitulum decimumseptimū De ordine archangeloꝝ

Octauus ordo est angelorū qui ſm Isidorū summi nuncij vel nūciorum principes interpͥtantur. Nam primatū tenēt inter angelos. sūt enim duces ⁊ principes sub quoꝝ ordīe vniuscuiꝗ angelorū officia deputata sūt. Naz archangelis angeli psunt vt patz in zacharia vbi angelus maior dicit minori. vade et loquere puerū istū ⁊c. Si enī in ipis angeloꝝ officijs superiores inferiores nō disponerēt. nullo mō hoc qđ homini diceret angelus ab angelo cognouisset. hi archāgeli sepe ꝓprijs nominibꝫ denotantur vt p ipsoꝝ vocabula ipsorū cōditiōes ⁊ opera ostendantur. Nā gabriel virgini mittitur vt illū denunciaret venturū qui ↄtra aereas potestates obtinere debuit victoriā et triūphum. Gabriel enim dei fortitudo interpretatur. sicut ⁊ raphael qui interpͥtatur medicina dei ad thobiam missus fuit qui eiꝰ oculis curatiōem adhibuit ⁊ cecitatem abstulit ⁊ detersit ⁊ sic de alijs. Hucusꝗ Isido. li. vij. capitulo quīto. Horū angelorū officiū est ſm Greg. De his que ad promotionē fidei ptinent. vt de aduētu filij dei de eiꝰ gestis ⁊ dictis fideles promouere. Archāgeloꝝ etiā est ſm dyoni. ꝓphetias ꝓphetis reuelare demones hominibus dn̄antes arcere ne vlterius plus ledāt. sicut ptātum est eosdez coercere

n:: dñiũ sibi vsurpet aut accipiat. Archã
geli etiam angelis suppositis eis sunt
digniores ꝛ annũciatione priores cete
risqꝫ sunt perfectiores. Nam ſm dyoni:
inferiores cõuertũt ad principale prin
cipiũ suum et quantũ eis possibile est
angeli inferiores ipsis mediãtibus ad
ipsum informantur. Insup vnifican
id est angelos ad vnitatẽ illius pricipij
colligant ꝛ adunãt, ducendo angelos si
bi subditos ſm ducatus inuisibiles ꝛ or
dinatos quibus habent ducere ꝛ docere
sequentes alios et subiectos. Isti etiã
archangeli inter ordines inferioris hie
rarchie sunt intermedij ꝛ ideo a supiori
bus illuminationes participãt ꝛ easdẽ
angelis inferioribꝰ pticipatas cõmuni
cant ꝛ annũciãt. in quibus angelis om
nium angelorũ dispositio hierarchiaca
ex triplici ternario celestium ordinum
perfectissime est completa.

Capitulum deci/mumoctauum De ordine angelorum.

NOnus ordo et vltimus est an/
gelorũ. Angelus autem grece
malach hebrayce dicit. Latine
vero nuncius interpretatur. eo q volũ
tatẽ domini popul' annũciare cõsueuerit.
Angeli autẽ vocabulum nomẽ est offi/
cij nõ nature. Nam angelus ẽ semp spi
ritus. sed quãdo mittitur tũc primo an
gelus nũcupat. Angelis vero pictorum
licentia pennas fingit vt eorũ discursũ
celerẽ significent sicut ꝛ iuxta poetarũ fa
bulas venti pennas habere dicunt. sicut
dicitur. Qui ambulat sup pennas ven/
torũ. Hucusqꝫ Isidor'. li. vij. ca. v. Se/
cundum dyonisiũ aũt angeli inferioris
ordinis non participãt ordinẽ supiorũ
illuminationũ. non enĩ pticipant cum
ipsis sed ex ipsis. Nam angeli supiores
primo loco diuinas illuminatiões susci
piũt. ꝛ illas postmodũ ad aliorũ noticiã
et cognitiõem deferũt. qui ꝛ primi nun
cij dicunt. Alij aũt posteriores sunt ꝛ vl
timi. Angeli etiã ſm eundẽ dyonisium
homines ad diuinã cognitiõez adducũt
ꝛ subleuant ꝛ vt iuste viuant instruunt
et informãt. Unde cõiuis angeli ꝛ si non
habent angelos alios sub se inferiores
quibus presunt. habẽt tamen sub se in
feriores hominũ ordines quibꝰ presunt
quos ordinant ꝛ disponunt. Sursum ex
tendunt p dilectionẽ dei. in semetipsis
formantur per custodiam sui. sub se pro
grediuntur p eorũ tutelam quorũ mini
sterio deputantur. Istorꝫ itaqꝫ angelorꝫ
multiplex est effectus. naꝫ angelus no
stre custodie singulariter deputatꝰ nos
stimul'at ad bonũ et excitat ꝛ ne in vicijs
dormiamus. Actu. xij. Item spirituali/
ter nos reficit ne sub onere vie i patriã
succumbamꝰ. iij. Reg. xix. Item arcet
demones ne ab ipsis ledamur. Thobie
viij. Item instruit in ambiguis vt cer
tificemur. Danielis. ix. ꝛ. x. Iteꝫ cõducũ
ne in vijs deuiemꝰ. Thobie. v. ꝛ Exodi
xxiij. Item nobis in tristicia positis as/
sistit vt cõsulemur. Luce. xxij. ꝛ Gene.
xvi. vbi dicitur de angelo qui cõfortauit
flentem Agar. Item nobis peccantibꝰ
cõpatiũtur ne desperemus. Isaie. xxxiij.
et Iudit. ij. Itẽ veloaiter nobis assistũt
ne cadamus. Isaie. xxxiij. Itẽ angeli.
Item adiuuant contra hostes ne vinca
mur. Gene. xxxij. ꝛ. ij. Macha. penulti.
Item vulnera nostra sanant ne moria/
mur. Thobie. xi. Item peccata nostra ad
memoriam reducunt vt erubescamꝰ. Io
sue. ij. Item voluntatẽ dñi annũciant
vt ei acquiescamꝰ. Luc. ij. Item impedi/
menta auferunt vt diuinis liberius ser
uiamus. Exodi. xxiij. precedetqꝫ te ꝛc.
Item frequẽtes nos visitãt et nobis p
cauent ne offendamus. Isa. lx. ſm penã
ꝛc. Item deo semp assistũt vt cõtemplẽ
tur. Luc. i. ꝛ Danielis. viij. Decies cen
tena milia ꝛc. Item orando nobis me/
rentur. Iob. xxxiij. si fuerit. Item a di/
uina laude non retardantur. Isa. vi. et
apoc. v. non habebant requiem. ꝛc. Itẽ
deum sine velamine facie ad faciem con
templantur. Math. xviij. Angeli eorum
ꝛc. Item nullus corpulentie mole i sua
substantia vel in virtute aggrauantur.
Luce vltimo. Spiritus carnẽ ꝛ ossa ꝛc.
Item supra tempus existens in tempe
opatur angelicus eniꝫ intellectus cũ sit
deiformis vt dic dyonisiꝰ est imitãtancꝰ

et ideo sine collectiõe vnius ad aliud su bito intelligit et in virtualitate sue sub stantie in instanti omnia agenda agit. Unde de angelo qui vocatur a philoso phis intelligentia dicit qꝫ sit creatꝰ in orizonte temporis ꝛ eternitatis vt patet in primo libro de causis. Item homines ex subita angeli presentiã territos bonus angelus blandiendo aspectu suo cõsolatur. vt dicit Ambro. luce primo ibi. ne timeas zacharia. ꝛc. Sed demõ econuerso quos sua presẽtia territos facit. ampliori horrore percutit vt dicit idẽ. Itẽ angelꝰ qñ vult apparet ꝛ qñ vult ab hũanis aspectibꝫ occultat. vt dicit idem ibidem. Item corpus ꝑ suo beneplacito operationi sue cõgruum vt appareat assumit ꝛ peracto suo officio idem corpus assumptum deponit. Iudic. xiij. Euanuit. ꝛc. Item assumpto corpore pro aliqua necessitate non vegetat illud corpus nec viuificat sed tantũ mouet. vnde quãdoqꝫ videtur comedere ꝛ bibere vt hõ. et tamen non comedit nec bibit. sed potestate sua cibum adnihilat ꝛ consumit vt patz. Tobie. xij. vbi dicit angelus. Uidebar quidẽ ꝛc. Angelꝰ ei non cõmedit aliqua necessitate sed solum potestate qꝛ vt dicit augꝰ. sup. Luce vltimo. qꝫ radiꝰ cõsumit aquã potestate sed terra absorbet necessitate. vñ fuit ibi comestio potestatiua quo ad masticatiõem ꝛ cibi cõsumptionẽ nõ tamen necessaria quo ad incorpatiõem. Hec itaqꝫ leuia ꝛ plana de ꝓprietatibus bonoꝝ angeloꝝ ad vtilitatẽ puuloꝝ dicta ad presens sufficiant.

Capitulum deci mumnonum. De malis angelis.

Sicut bonus angelus hominibus datur ad subsidiũ ꝛ conseruationem. sic malus angelus datus ẽ vnicuiqꝫ ad exercitiũ ꝛ ꝓbatiõem. vnde horum malignoꝝ spirituũ caput ꝛ dux est lucifer. qui ſm Greg. sic est dictus ꝓ eo qꝫ alijs angelis clarior est creatꝰ. vnde gregorius. Primus angelꝰ ideo omni lapide pcioso ornatus extitit. qꝛ cum cunctis angeloꝝ agminibꝫ pfuit ex eorum comparatione clarior fuit. sed contra cõditorem suum superbiens lucẽ ꝛ claritatez pdidit. ꝛ formã deformẽ ꝛ obscuram apostasie sue merito acqͥsiuit. De hoc dicit Damas. li. i. ca. xviij. Ex his angelicis virtutibꝫ qui alijs perat ꝛ cui terre custodia commissa est. nõ natura malus factus. sed bonus existens nequaqꝫ ab ipso conditore malicie semitã in se habens. nõ ferẽs illuminatiõez ꝛ honorẽ quẽ ipse cõditor largitus fuerat. electione liberi arbitrij sui vsus est ex eo qꝫ est ſm naturã in id qꝺ est pter naturã. vnde deo rebellare volens et a primo bono deficiens in malum venit. Et infra. Lumen igitur creatus a cõditore. ꝓpria võluntate tenebra factus est. Simul aũt cum eo euulsa est ꝛ cõsecuta angelorum qui sub ipso ordinati erãt infinita multitudo ꝛ voluntarie facti sunt mali. õ bono ad malum declinantes. Item dicit ibi qꝫ non habẽt potestatem neqꝫ virtutem cõtra aliquẽ nisi a deo permissiue et dispositiue concedatur sed diuina pmissione transfiguratur in quãcunqꝫ voluerit imaginẽ seu figurã. Omnis igitur malicia ꝛ immunde passiones ex ipsis cogitate sũt quas quidẽ immittere. i. ingerere possunt sed violentiaz inferre nõ preualent. Item qꝺ hominibꝫ est mors angelis ẽ lapsus. Post casum enĩ nõ est eis pñia quemadmodum post mortem hominibꝫ nõ est vita. Hucusqꝫ Damas. Item dicit greg. . a gratia deiectus. obstinatus in malicia pmãsit ita qꝫ nihil bona voluntate velit. liberũ siquidez habet arbitriũ sed depssum ꝛ ad malum incessanter inclinatũ ita qꝫ semp bonũ refugit. malum vero eligere non desistens. Et ideo accidit. vt dicit cassiodorꝰ. volebat ꝛ cupiebat rapere diuinitatez ꝛ amisit feliciatatem. Item qꝛ altitudinẽ sibi incõuenientẽ indebite appetijt ideo iusto ordine ad ima ruit. vt qui se iuste nõ tenuit in summo ſm iusticie ordinez se teneat nũc in imo. ꝓpter qꝺ dyabolus id ẽ deorsum fluens a sanctis est dictꝰ. Multis alijs nominibꝫ nũcupatur quibꝫ sua malitia ꝑ nominũ similitudinem intimatur. Dicitur enĩ demon ymo ſm plato. in thymeo cacodemon. i. mala sciẽs

dux [illegible] capꝰ malignorum spirituum

[illegible]

Dyabolus [illegible]

demon enī sciēs interp̄tatur. Sic autē
dicitur ꝓpter sciētie quā viget naturali
ter ꝑspicacitatē. viget enī sensu natu
re expientia tp̄is. viget intelligētia scri
pture sicut dicit Beda ⁊ etiā Damas. c.
xviij. De hoc dicit Ysid. li. viij. ca. vltio.
Demones vocāt greci pitos. i. sciētes
ꝑsciūt eī multa futura. vn̄ et solēt dare
Responsa aliqua. In illis enim est cogni
tio rerum plusq̄ȝ in hominibꝫ ꝑtim sub
tilioris sensus acumine. existentia lōgis
sime vite. partim ꝑ dei iussum angelica
reuelatiōe. Hi corpum aereoꝝ natura
vigent ante transgressionē celestia cor
pora gerebant lapsi vero in aeream qua
litatem cuersi sunt et ista aeris caligi
nosi spacia tenere permissi sunt qui eis
carcer est vsq̄ȝ ad iudiciū. Hi sunt p̄uari
catores angeli quoꝝ dyabolus p̄nceps ē
Item dicit̄ sathan. i. aduersarius. q2 ex
corruptela malicie deo qui summe bo
nus est ꝯtinue aduersatur vt dicit Hie
ronimus. Precipitata audacia magis p̄
sumit q̄ȝ possit vt dic̄ glo. Ysaie. xvi. Ma
ioꝛ est arrogātia ei⁹ ⁊c. Sicut enī dicit
idem ho[c] q̄ vult esse q̄ȝ nō esse vt pugnet
ꝯtra deum q̄ȝuis sit, et hoc facit cresce
re nocumentū. Item vocatur behemoth
iob q̄dragesimo. ecce behemoth. behemoth
bos vel animal interp̄tat̄. demon sic bos co
medere fenū appetit. q2 suggestiōis sue
dente conterere sp̄ualiū viroꝝ vitam
mūdam querit. Carnalia enī desideria
amat demon. Item dicitur leuiathan. i.
additamentum. Job. xl. quia vt dic̄ Gre
gori⁹ Malum malo addit et penā pene
addere non desistit. Sicut enī sua ⁊ suo
rum crescit culpa. sic ⁊ pena. Item dicit̄
appolion grece. i. exterminator latine.
vt patet Apo. xv. q2 bona virtutum que
deus in ecclesia siue anima plātat mali
cia ipsum stimulāte exterminare deside
rat sicut dicitur in ps̄. Exterminauit eā
aper de silua. ⁊c. Item dicit̄ cōmuniter
dyabolus qui hebraice dicit̄ deorsū fluēs
quia quiet⁹ in celi culmine stare cōtem
sit. supbie sue pondere deorsum cadere
meruit. grece vo dicit̄ criminator sed q[uia]
vel ad crimina allicit et inflammat. vel
quia electoꝛum innocentiam falsis cri

minibus inficit ⁊ accusat vt dicit̄ Apoc.
xij. Proiectus est accusatoꝛ ⁊c. Et sicut
dicit Ysid. ethimoloḡiaꝝ libro. viij. Itē
preter ista nomina multipliciter in scri
ptura eius malicia denotatur. Dicitur
enim serpens vel draco ꝓpter eius virulē
tam astuciā. Apoc. xij. Leo ꝓpter eius
aptam violentiā. i. Pe. vlti. tamq̄ȝ leo
rugiēs. Vectis ꝓpter eius obstinatā du
riciam Ysa. xxv. Coluber tortuosus ꝓpter
ipsius in isto aere caliginoso latentiam
Et iō ab aug̅. recitatur opinio platonis
de cacodemonibꝫ super Gene. ad literā
li. viij. et habet̄ li. v. siue dis. viij. c. i. De
mones aerea dicunt̄ animalia quia cor
porū aereoꝝū vigent natura nec per mor
tem dissoluūtur. q2 p̄ualet in eis elemē
tum aptū ad patiendū potius q̄ȝ ad agē
dum. Item dicit Aug̅. in libro de ci. dei
ca. viij. Demones sunt animalia anio
passiua mēte rationalia tp̄e. i. duratiōe
eterna corpe aerea ⁊c. Hec q̄dem ab au
gusti. opinatiue ⁊ recitatiue sunt dicta
volente insinuare q̄liter demon a loco
summe illuminoso. scȝ celo empyreo sit
expulsus ⁊ in hoc aere caliginoso intru
sus vt ibi patiatur ⁊ inde assumat corp⁹
q̄n a deo ꝑmittitur vt hominū vita p̄ ip
sius ministeriū exerceat̄. ꝓpter quod ab
Ysa. faber cōflans prunas ⁊ formās vas
in opus suū dr̄ quia eius exercitio vita
electorū qui vasa sunt gratie cōprobat̄
Ysa. liv. Creaui fabrū ⁊c. His itaq̄ȝ no
minibus ⁊ multis alijs modis demō no
minat̄ quibꝫ virulēta ei⁹ rabies demon
stratur. Dicit enī beda in glosa. sup illū
locū. i. Pe. vlt̄. Circuit q̄rens quē deuo
ret ⁊c. Circuit enī tanq̄ȝ hostis obsidens
muros clausus explorās vt p̄ inferiorē
ꝑtem ad interiora penetretur. Offert
⁊ oculis formas illicitas vt visu destru
at castitatē. aures p̄ canora temptat vt
molliat x̄panum rigorē. Linguā cōuicio
ꝓuocat. Manum iniurijs lacessentibus
ad vindictā ꝓuocat vel ad cedem instigat
Honores terrenos ꝑmittit vt anihilet
celestes. ⁊ cum latenter nō potest falle
re apertos addit terrores in pace subdo
lus in ꝑsecutione violentus cōtra quē
anim⁹ debet esse tm̄ paratus ad resistendū

qñtũ ille ẽ pat' ad ɔpugnãdũ vbicũqꝫ gl'.

Capitulum vicesimum. De angelis puersis.

m Ali igitur angeli cõsentiẽtes vo
luntati luciferi cadentis irrecu
perabiliter in hoc aere caligino
so velut in carcere sunt reclusi. Ceciderunt aũt de luce in tenebrã. de sciẽtia in
ignorantiã. de dilectiõe in odiũ ꝛ inui
diam. de summa felicitate in summam
miseriã. vt dicit Greg. Item demones
psunt demonibꝰ ſm maiorẽ sciẽtiã
et minorẽ. alijs sub sunt. vt di. Ambro.
sup Lucã Quamuis enĩ obstinati sunt
in malo viuaci tamẽ sensu non sunt peni
tus spoliati. Nam vt di. Isido. triplici
acumine vigẽt demones. Nã quedã sciũt
subtilitate nature. quedam experientia
tempoꝝ et diuturnitate. quedã sancto
rum spirituũ reuelatiõe. Item demones
vt di. Aug'. in eius viuacitate ingenij
cognoscunt seminales rerum virtutes.
nobis occultas quas p cõgruas ꝛ tem
peratas elementoꝝ p cõmixtiões spar
gunt ꝛ sic diuersas rerũ species pducũt
qꝫ enim poss̃ p se facere natura succes
siue hoc potest diabolus facere per accele
rationẽ operũ nature. vnde per artem de
monũ magi pharaõis serpentes ꝛ ranas
subito produxerũt sicut super Exo. glo.
sa dicit. Item demonũ intentio tota ẽ
ad malũ ꝛ ad fatigationẽ bonoꝝ et ideo
elementa sepe perturbãt tempestates in
mari ꝛ in aere concitant fructus terre
corrumpũt ꝛ deuastant vt patet Apoca.
vij. ca. et longe priora facerent. si boni
angeli non cohiberẽt ꝛ ideo quia ɔtinue
peccãt quocũqꝫ vadũt penã suã ɔtinue
secũ portant vt di. Greg. Item grego. li.
moral. xxxij. demones semp afflictiõem
iustoꝝ expetũt. sed si a deo potestatẽ non
accipiũt ad temptatiõis articulũ nul
latenus cõualescunt. vnde quãdo vnũ
malum intulerint. ad faciendũ aliud su
bito se accingunt. vñ exeuntes ab obses
so porcos intrare petierũt. Nam vt suã
agant maliciam etiã bruta ledere appe
tunt. quando cohibente eos diuina po
tentia homines ledere non presumunt

Item in libro. xiiij. ſm diuersas diuer Nota
soꝝ complexiões varias diuersis pa
rant temptationũ illaqueantes decep
tiões. nã letos temptãt de luxuria tri
stes de discordia. timidos de despatiõe su
perbos de presumptiõe. Item in libro.
xxj. primo antiquus hostis temptans
quasi cõsulendo blanda ꝛ illicita animo
suggerit. post ad delectatiõem ptrahit ad
extremũ p cõsensum possidens violenta
consuetudine premit. vnde de ipso dicit
iob. xli. Stringit caudam ꝛc. Item idem
li. xxxij. Nequaqꝫ hostis callidus quem
piã pimit. sed calliditate pestifere psua
sionis ꝛ fraudulẽtis ɔsilijs interficit. qꝫ
dum dulcia resonant ad noxia cor incli
nant. Item idem li. viij. sicut est perdit'
hostis sensibꝰ se obijcit. modo quasi an
gelum lucis se ostendit. Itẽ li. xxxiiij.
in fine mundi tanto feruẽtior erit ad se
uiciam quãto se sentit viciniorẽ ad iudi
cium ꝛ ad penam. Item ibidẽ tũc quic
qd' nequiter voluerit callidus exquiret
tunc superbis ceruicem quam altius eri
get ꝛ per illum dampnatũ hominem quẽ
gestabit omne quod poterit. tunc nequi
ter ostendet. Itẽ ibidẽ li. xxxiij. Apparẽ
te iudicio districto assistente celestis curie
ministerio antiquus ille hostis diabolꝰ
belua crudelis et fortis in medio capti
uus adducetur. cum suo toto corpe eter
ne gehenne incendijs mãcipabitur vbi
vtiqꝫ inauditum erit spectaculũ quan
do hec immanissima belua electoꝝ ocu
lis ostendetur. Hec pauca de infinitis
ꝓprietatibꝰ malignorũ spũuꝫ ꝛ eoꝝ effe
ctibꝰ dicta sufficiãt cã breuitat̃. alĩs vo
ipi' sathã ꝓprietates opatões ꝛ occul
tas machinatões si qs scire desiderat li
brꝫ. Greg. sup iob plegat ꝛ pcurrat ma
xime in duobꝰ. c. penult. scꝫ. xl. et. xli.

Explicit liber secundus

Incipit liber tertius de ꝓprietatibꝰ aĩe rõal.



Diuuante iesu christo in precedẽtibꝰ
aliquas proprietates de
substantia penitus incorporea diuina sci

licet natura et angelica quātum ad hoc spectat, opusculum breuiter introduximus, nunc cum eiusdē interueniēte auxilio ad creaturam corpoream stilum convertamus, a dignissima creaturarū scilicet homine qui naturam et proprietatē sapit tā corpū q̄ spūū includatez.

Capitulum primū

De hominis descriptione.

Cum igitur homo s̄m Isidorum sit animal deiforme mansuetum natura s̄m legem rationis discipline susceptibile: diuinam habens ymaginem in potentia cognoscendi et similitudinem in potentia diligendi. Ad h̄ vt rudibus z puulis hominis proprietates manifestius innotescant a partibus eius ex quibus est compositus est breuiter includandum. Et primo a natura digniori, scilicet ab anima secundū quam cum substantia angelica conuenit ac concordat, quia s̄m illam supra naturam corporis homo ad celestia eleuatur. Nam sicut dicit Isidorus, homo abusiue ab humo est dictus cum ex loci etate: non tantum corporis sed anime sit concretus. Et ideo grece antropos idest sursum erectus appellatur, eo q̄ ab ymo ad contemplationem sui artificis spiritus regimine subleuatur, vn̄ poeta. Pronaq̄ cum spectant animalia cetera terram. Os homini sublime dedit celumq̄ videre. Iussit et erectos ad sidera tollere vultus. Homo itaq̄ celum querat et non tanq̄ pecus ventri obediens mentem in terra figat. Cum etiā s̄m Isidorū duplex sit homo scilicet interior et exterior, primo ab interiori scilicet anima est tractandum.

Capitulū secūduz

De homine interiori scilicet anima

Primo igitur videndum est quid sit anima rationalis secūdū rem et s̄m diffinitionem, et quid dicatur s̄m ethimo. et nominis impositionem. Deinde quid secundum potentiam et virtutem. Tertio quod s̄m effectum et operationem. Quarto quid s̄m sui perfectibilis comparationem scilicet que sit eius ꝓprietas quando cum corpore coniungitur, et que quando ab eo separatur. Alia a vo rō alis ꝑe qua dicitur tēdim' a q̄dā scīs z pb̄is, diffinitur vt spiritus, a quibusdam vt anima, a quibusdam vt anima et spiritus. In quantum autem anima habet naturam spiritus diffinitur ab Augustino in libro de motu cordis.

Capitulum tertiū

Adhuc de anima.

Anima est substantia incorporea intellectualis illuminationis a primo vltima relatione perceptiua. Ex qua diffinitione primam et precipuam cognoscimus rationalis anime proprietatez: spiritus enim humanus mediāte post angelos est diuine illuminationis receptiuus. Item inquantum est anima diffinitur dupliciter. Quia vnit corpori scilicet et, vt motor mobili et nauta naui, et s̄m hoc diffinitur a remigio sic. Anima est substantia incorporea regēs corpus. Et ab augustino de anima et spiritu. Anima est substantia quedam rationis particeps corpori regendo accommodata. Ex qua diffinitione alia spiritus proprietas elicitur. s. q̄ quadā necessitate amoris et gubernationis ad regimen corpis sibi vniti naturaliter inclinatur ex quo etiaz patet q̄ anima in corpore regendo non per dimensionem z loci spacium in corpe extēditur, sed eius virtute corpus vndiq̄ regitur z mouetur sicut ponit Calcidius exemplum in cōmento super thimeū de aranea que in medio tele eius residens sentit qualem cunq̄ motum interius vel exterius factuz sic anima in centro cordis residens sine sui distēsiōe totū corpus viuificat z omniū mēbrorum motus dirigit z gubernat. Prout autē cōparatur corpi sibi vnito vt forma et pfectio diffinitur a pb̄o in li. de anima sic. Anima est endelechia. i. actus primus siue pfectiō corpis phisici organici potētia vitā habētis. Ex q̄ diffinitiōe pz q̄ spūs corpi sit vnibilis, nō tamen

o vidius pri metha mor

Augustin phemio rationatio

ēmni sed solum organisato corpi et phi
sico .i. naturaliter ad susceptōez anime
rōnalis disposito infundit̄ 7 vnit̄. Itez
inquantū est anima 7 spiritus quadru
pliciter diffinitur. p̄mo in ꝯpatione ad
creaturas generaliter sicut ait aug. in li.
de anima 7 spū. Aīa est oīm similitudo
Ex quo patet. ꝙ aīa ex sui natura ad su
scipiendū in se oīm rex̄ silitudines ē ap
ta nata. vt dr̄ in li. de aīa 7 spū. aīa ad sili
tudinē totꝰ sapiētie facta in se oīum re
rū gerit similitudinē. q2 similis terre est
p̄ sēnsū. aque vero p̄ imaginatiōez aeri
p̄ ratiōem firmamēto p̄ intellectū celo
empireo p̄ intelligētiā. Sexto aūt mō
diffinit̄ in compatōe ad deū tanq̄ ad su
am cām efficietē sic. Anima ē deiforme
spiraculū vite. Ex quo patet p̄ñteras
aīe ꝙ nō ex traduce. nec ex seminali rati
one ꝓpagat̄. sed ad viuificatiōz corpis
a deo infundit̄ 7 creatur. Itē septimo mō
describit̄ in ꝯpatōe ad deū sicut ad finē
suū sic. Aīa est spūs intellectualis ad be
atitudinē in se 7 i corpe ordinatꝰ. 7 ex h̄
relucet anime ꝓprietas. scz ꝙ aīa nō so
lum sepata beatificat̄ cū angelis vel sicut
angelus i omni corpe glorificato ip̄ius
felicitas ampliat̄. Has oēs differētias
et diffinitiōes sub quadā generali descri
ptiōe cōprehendit Io. Damas. omelia
xxvi. Anima ē substātia viuēs simplex 7
incorpea. corpeis oculis s̄m ꝓpriā natu
ram inuisibilis 7 immortalis rationalis
intellectualis infigurabilis organico
vtēs corpe 7 huic scz corpi vite augmē
tatiōis sensus 7 generatiōis tributiua
nō aliū habēs p̄t se ip̄az itellectū s3 p̄tē
sui ip̄sius purissimā. Sicut etenī oculꝰ
in corpe. ita est anima intellectus arbi
trio libera 7 volūtaria 7 opatiua volūta
te vertibilis quoniā creabilis. Oīa hec
ex eius grā qui eā cōdidit suscipiens ex
q̄ 7 esse 7 naturā suscepit. Huculꝫ Io.
Damas. in c. supradicto Cōsimiles etiā
ꝓprietates describit Bern. sic dicēs. O
aīa insignita dei imagine decorata simi
litudine desponsata fide dotata spū. redē
pta xp̄i sanguine deputata cū angelis.
capax beatitudinis heres salutis p̄ticeps
rationis. q̄d tibi cū carne? Ex istis mul
tis diffinitōibus 7 descriptōibus variās va
rie ꝓprietates aīe quo ad esse nature et
etiam gratie iam relucent.

intellectualis beatitudinem

Capitulum quartum.

Quō aīa sit a phisicis descripta.

Quid tñ s̄m rem sit aīa. pluribꝫ
incertū est. Nā circa hoc antiqui
legūtur plures varias q̄si ꝯtrarias
sententias ꝓtulisse. Recitat enī Aresto
tiles in li. de aīa. ꝙ plato posuit animā
essentiā se mouentē. Seno vero dicit ani
mā eē numerū se mouentē. Pictagoras
armoniā. plato phinoꝰ ydeā. Asclepides vo
dixit animā eē quinqz sensuū exercitiū
sibi ꝯsonū. Ipocras aūt spūm tenuē per
omne corpus dispsum. Eraclitꝰ phisicus
lucē vel scintillā essentie animā vocat. De
mocritus spūm insertū athomis. vñ pro
pter facilitatē motꝰ totū corpꝰ aīe puis
asserit. Permenides dicit eā ex terra et
igne esse. Epicurus dicit aīaz q̄ndā spēz
ex igne 7 aere esse. Ipertꝰ dicit animā
quendā vigorē igneū fore. Iuxta illud
Ignēꝰ ē illis vigor 7 celestis origo. Cū
ergo tot 7 tā diuersa de substātia aīe a
sapientibus sint relata. h̄ solum sufficiat
quo ad phos q̄t s̄m sanctoꝝ dicta. Aīa
est quedā spūalis et intellectualis rati
onalis substātia ad viuificandū 7 perfi
ciendū corpꝰ humanū a deo ex nihilo sic
creata. vnde q2 substantia est cōtrarioꝝ
susceptiua susceptibilis enī est sciētie 7
ignorantie virtutis 7 malicie 7 hoc sine
substantie sue immutatione seu deperdi
tione. Item quia incorporea est non est
sensu corporali pceptiua neqꝫ s̄m dimensio
nem extensiua. Item quia simplex est in
natura. ideo nec augmenti nec detri
mēti est in sua essentia receptiua. 7 ideo
neqꝫ in corpe maiori est maior. nec in mi
nori minor. vt dicit augustinus. Item
q̄uis simplex sit 7 inuariabilis in substā
tia sua. est tamen in potentia sua multi
plex. Nā multitudo in virtute et in po
tentia non ponit maioritatem in natu
ra vel minoritatem. sed quo ad varios
effectus est potētialis multitudo in ani
ma. vnde non est maior in tribus q̄3 in
vna. nec minor est in vna in q̄3 tribus.

Patet itaq3 multiplex anime ꝓprietas ſm rem ꝛ diffinitionem. lucidius aũt patebit aĩe ꝯditio p nõis ipſi9 ĩpoſitiõꝫ

Capitulum quintũ

Quomodo aĩa nomẽ a gẽtilib9 cepit

Anima igitur ſm Yſido. a gentilib9 nomẽ accepit. ꝑ eo ꝙ ſm eoꝝ opinionẽ ventus ſit. qꝛ aereꝫ ore attrahẽtes viuere videmur. Sed illud apertiſſime falſum eſt quia multo prius anima corpi infunditur ꝙ3 aer ore capiatur. qꝛ in genitricis vtero ſtatim viuificata a dño infunditur ꝛ creatur. Anima igitur dicit̃. eo ꝙ viuit. ꝛ corpus cui infunditur animat ꝛ viuificat. Spiritus vero dicitur. qꝛ vitam in ſe habet ſpiritualem animalẽ et naturalem. et qꝛ ſpirare facit ipſum corpus. Idem etiã in eſſentia ẽ anima ꝛ animus. ſed anima dicit vitã ſm ratiõem animus ꝯſiliũ. vnde dicũt phĩ animaꝫ. i. vitã ſine animo i. ſine ꝯſilio ꝑmanere. Dicitur etiã anima mens. qꝛ tanq3 caput eminet vel qꝛ meminit. vnde homo ſm mentẽ dr imago dei. Item multa nomina anime ſũt ita cõiuncta ꝙ vnum ꝑ alio ſepe p[onit]ur et p diuerſa nomina anima diuerſis reſpectib9 nominatur. Anima enĩ dicitur dum animat ꝛ viuificat. Mens in quantum recolligit. Animus dũ vult. Ratio dum rectũ iudicat. Spiritus dum ſpirat. Sensus dũ aliquid ſentit. Vñ ꝛ probis anie ꝓprietatib9 ſuẽtu que anime qualitas eſt a ſenſu nomẽ accepit. Huc vſq3 Yſidorus libro vndecimo. capi. i.

Capitulum ſextuꝫ

De potentijs anime.

Anima vero plures habet potentias cum ſit in ſubſtãtia vna multiplicẽ habet ꝯparationẽ ſm quã oportuit diuerſam potentiaꝝ ipſius oñdere ꝑtitionẽ. Cõparatur eĩ ad corp9 ꝛ ad finẽ ſuũ. ꝛ ad actũ ſuũ. ſm cõparatiõꝫ vero ad corp9 quinq3 habet potẽtias quarũ prima eſt ſm Auguſ. ſenſualitas que vis eſt anime qua mouetur ꝛ tendit in corporis ſenſus atq3 appetitus rerũ ad corp9 ꝑtinentiũ. Hac potentia mouetur animal ad appetendũ delectabilia. ꝛ refugiẽ ꝙ3 nociua. Secũda potentia eſt ſenſus ſcilicet vis anime qua cognoſcit res ſenſibiles ꝛ corpales qñ ſunt pñtes. Tertia eſt imagnatio qua anima intuetur formas rerũ corpaliũm cum ſunt abſentes. Quarta eſt ratio que inter bonum ꝛ malum verũ et falſum diſcernit. Quinta eſt intellectus que res non materiales ſed intelligibiles cõprehendit vtpote deum ꝛ angelũ ꝛ huiuſmodi. Tres prime potentie. ſ. ſenſualitas ſenſus et imaginatio ſunt in anima put eſt corpi vnibilis et ei inſtuit vitam ꝛ ſenſum interiorem ꝛ exteriorẽ ad ipſius copis ꝑfectionẽ. ꝛ he potẽtie hominib9 ꝛ brutis ſunt cõmunes. due vero alie. ſ. ratio ꝛ intellect9 ſunt in ea put a corpe eſt ſepabilis ꝛ remanet ſepata ſicut angelus ꝛ hoc ſm duplicẽ aſpectũ. Reſpicit nanq3 ſupiora ꝛ ſic intellect9 nũcupatur. reſpicit ꝛ inferiora. ꝛ ſic ratio dicitur. Prout aũt anima cõpatur ad finem ſuum triplicẽ habet potẽtiam ſcilicet rationalem qua tendit in verũ. concupiſcibilem qua tendit in bonũ. iraſcibilem qua tendit in arduum et eternũ. In rationali eſt cognitio veri in cõcupiſcibili voluntas ꝛ deſiderium boni. in iraſcibili eſt fuga cõtrarij. ſ. mali. Dis itaq3 potentia ſic conſiderata eſt cognitiua ſiue apprehenſiua veri ꝛ effectiua boni vel motiua ad fugam mali. De vi igitur apprehenſiua ſiue rationali omnis ſenſus oritur. De vi aũt motiua cõcupiſcibili ꝛ iraſcibili naſcitur omnis affectio ſiue affectus. que affectiões ſunt quattuor. ſ. gaudium ſpes timor et dolor. prime due naſcuntur de concupiſcibili nam de re quã cõcupiſcimus gaudemus ꝛ gaudẽdo ſperamus. Due vero alie. ſcꝫ timor ꝛ dolor oriuntur de iraſcibili. quia de eo quod odimus iã dolem9 et dolendo timem9. Hi ſiquidẽ quattuor affect9 virtutũ omniũ ꝛ vicioꝝ quedaꝫ ſunt ſubſtrata materia ſic alĩs ẽ oſtenſũ et hoc patet p aug9. libro de anima ꝛ ſpũ vbi hec oĩa declarantur.

Capitulũ ſeptimũ

De triplici potentia anime.

Prout vero consideratur anima ad suum actũ triplex potẽtia occurrit. s. vegetabilis sensibilis ratõnalis. immo in diversis subiectis triplex dicit anima. scz vegetabilis que est in plãtis et radicibus. sensibilis que est in brutis et animalibus. rationalis in hominibus. Unde animã vegetabilẽ comparat philosophus triangulo. quia huiusmõi tres sunt partes. generativa/nutritiva/augmentativa. Unde hec potentia seu anima prima est similis triangulo in geometria Animã sensibilem cõparat quadrangulo qz quadrangulus ducta linea ab angulo ad angulum duos facit triangulos anima sensibilis duos facit triangulos potentiarũ ubicunqz enim anima est sensibilis ibi vegetabilis invenitur sed nõ econverso. Animã autem rationalez cõparat circulo ratione sue pfectionis et capacitatis. Omniũ enĩ figurarũ ysoperimetrarum. i. equales ambitus habentiũ maxim⁹ est circulus. Quamvis enĩ pfectibilis facta sit in scientia et virtutibus anima rationalis. ut dicitur in libro de anima pfectissima est et capacissima instar circuli quantũ ad potẽtias naturales. unde supposita anima rationali presupponit potentia vegetabilis et sensibilis. sed non convertitur

Capitulum octavum. De anima vegetabili

Anima igitur vegetabilis potentiam habet generativam necessariaz ad multiplicatiõem specierum potentiã nutritivã ad cõservationem individui sed potẽtiam augmentativã ad pfectiõem subiecti. Huic autez virtuti vegetabili quattuor deserviunt scilicet virtus appetitiva que sunt necessaria in nutrimẽto. digestiva que separat cõvenientẽs ab incõvenienti in nutrimento retentiva que trãsmittit ad singulas partes in aĩalibus et ad singulos ramos in plantis qd cõveniens est in alimento et cõiungitur eis ut restauretur deperditum tam in animalibus q̃z in plantis. Expulsiva que expellit illud qd nature est inconveniens et nocivum. Sunt et alie virtutes potentie vegetabili administrantes ut immutativa. informativa. assimilativa. perforabilis aspera lenis quarũ differentias non intendim⁹ psequi: qz in libro Johannicij per se patet. Ex predictis igitur breviter recollige q̃ anima potentiam vegetabilẽ in plantis per similibus similia producit et producta in esse multiplicat. et custodit. Item que sunt necessaria ad nutrimẽtum appetit recipit incorporat atqz unit. Item que inconvenientia sunt abijcit et excludit. Item per generativam virtutẽ cui deservit passiva multiplicat speciẽ et ad esse perducit. Item per nutritivam speciem multiplicatã renovat atqz nutrit Itẽ per augmentativã subiectũ dilatando in debita quãtitate perficit et pducit. Item senio et tpis mutabilitate deficit et tandem pereunte corpore ipsa perit. Hec de anima vegetabili hic dicta sufficiant.

Capitulum nonũ De anima sensibili

De anima autem sensibili quantum ad potentiarum suarum differentias aliqua pauca breviter sunt dicenda. Nam virtus sensibilis in subtilissimis cerebri ventriculis sedẽ habet. ab ipso aũt cerebro per nervos et arterias per singulas ptes animalis se diffundens motum et sensum voluntariũ in singulis membris opatur. Duplicem itaqz habet anima sensibilis potestatem. s. apprehensivã et motivã. Apprehensiva vero dividitur in sensum cõmunem sive interiorem et in sensum pticularem sive exteriorem. sensus vero exterior cõtinet visum auditum gustũ od[orat]ũ et tactuz. et iste sensus in suis orga[nis] pducit taliter ad effectũ. Quidã nervus q̃ ab anathomia dr obtic⁹ descẽdit a cerebro ad oculos seu ad oculorũ pupillas et ramificat in duas ptes. et ali⁹ q̃dẽ ad aures. terti⁹ ad nares. quart⁹ ad linguam et palatũ. quit⁹ ramificat ad orgãa tact⁹ per totũ corp⁹. Per istos itaqz nervos spirit⁹ sensibil' ubiqz diffũdit per corp⁹ et ei⁹ virtute totũ sẽsibile et mobile reddit ex eu⁹

spiritus diffusionē per neruos arterias et musculos tota corporis compago ad motum habilis inuenitur.

Capitulum deci-cimum de sensu cōmuni siue interiori

Sensus vero cōis siue interior diuiditur in tres ptes ſm tres cerebri regiones. nā in cerebro sunt tres cellule. scilicet anterior: in qua virtus imaginatiua operatur. que quidem ea que sensus extrinsecus apprehendit interius ordinat et componit. Ut dicat Johannicius. Est et media cellula. scilicet logistica in qua ratio sensibilis vel estimatiua virt⁹ dominatur. Est iterū et tertia et postrema que est memoratiua que ea que apprehensa sunt p imaginatiōem siue rationem i thesauro memorie retinet et custodit

Capitulum vndecimum. De virtute sensitiua.

Sensus itaqꝫ siue sensitiua virtus que ab anima sensibili procedit est potentia qua anima de coloribus saporib⁹ et alijs sensuū obiectis iudicat et discernit. Imaginatiua vero est virtus qua formas pri⁹ a pticularibus receptas q̄uis absentes apprehēdimus. vt patet quando mōtes aureos cogitamus. vel qn̄ ppter similitudinem aliorū montium de monte pernaso somniamus. Uis autem estimatiua siue ratio sensibilis est ſm quā in precauēdis malis nobis vel in delectabilibus cōsequendis prudentes sunt homines et sagaces. et hec estimatiua nobis cōmunis est et brutis vt patet in canib⁹ et etiam lupis. Ratione tamen proprie loquendo nō vtūtur. sed quadā forti et solerti estimatiōe. sed de hoc alias. Memoratiua vero est vis oseruatiua siue recordatiua per quam species rerū ne in obliuionem veniāt reponimus et reseruamus Unde dicit q̄dam: memoria est archa siue cistula rationis.

Capitulū duodecimum. De virtute sensibili motiua.

Uirtus aūt sensibilis motiua diuidit in naturalē vitalē et aīalē Uirtus aūt naturalis est motiua humorum in corpore animalis per venas. et habet sedem suam principaliter in epate. eo q ibi pricipaliter operetur Uirtus quoqꝫ vitalis habet motum suum per arterias in quibus mouet spiritus a corde procedētes. Nam hec virt⁹ sedē suā habet in corde. vnde oriunt̄ arterie sicut ex epate vene nascuntur. tanti enim caloris est cor q nisi frigido aere attracto eius calor mitigaretur vtiqꝫ in semetipso suffocaretur. Propter quod per arterias et pulmonem necesse est aerem attrahere et eius incendiū mitigare. Uirtus autem animalis motiua que principaliter sedem habet in vētriculis cerebri a quo oriuntur oēs nerui mediante nucha. id est medulla spinali que est in spondilibus dorsi mouet omnia membra. Primo eni mouet neruos et musculos et lacertos. q̄ moti mouent et alia membra motu voluntario in omnem partē. ſm vero q mouet manus dicitur virtus operatiua. ſm vero q se extendit ad pedes et mouet ad ambulandum dicitur virtus progressiua eo q ſm eam mouentur animalia motu progressiuo. Recollige igitur breuiter anime sensibilis proprietates huic tractatui cōgruentes. Est igitur anima sensibilis quedam spiritualis substantia. a vegetabili nobilior et dignior. Ratio. nabili vero lōge indignior et ignobilior. Nā eius esse et opatio dependet a materia siue subiecto cui⁹ est perfectiua. Unde pereunte corpore perit eius essentia et opatio nec pmanet a corpe sepata. q̄diu tamen est in corpore nobiles habet operationes. Est enim corporum animalium sensificatiua et in ipsis sensuū interiorum et exteriorum ſm organorum exigētia completiua. Item omnium membrorū ſm omnem partem est motiua. Item per singulas partes corporis est sui virtutis distributiua vel diffusiua. Item secundum maiorem nobilitatem organorum et membrorum est nobiliū actionum pductiua Itē omni

et vigilie in animalibus est effectiua. Item virtute eius ad interiora reuocata i interiorib3 corpis fortius ē actiua Item diffusa p exteriores sensus ꝛ circa diuersa occupata debilius in singulis opatur. qñ eni actualiter intēditur in visu debilitatꝰ ꝛ remittitur in auditu ꝛ sic de alijs. Uñ dicit. Singulis intentus minor ē ad singula sensus. Itē in extremis ꝛ nimis excellentib3 eiꝰ virtus obtūditur. s3 in medijs delectatur. Ite3 eiꝰ virtꝰ et opatio impedit qñ ꝓpter opilatiōem meatuū ꝛ poroꝝ in mēbris spirituꝭ sensibili via seu transitꝰ denegatur vt in paraliticis epilēticis ꝛ alijs patet. Item ex nimio calore dissoluēte ꝛ poros dilatāte virtus eius dissoluit sicut ex nimia frigiditate ꝯstringēte ne se diffundat coartatur. Item ex odoriferis virtꝰ animalis ꝑdita restauratur sicut ex fetidis corrumpit ꝛ grauatur. Sed hec de virtute sensibili iam sufficiant.

Cap. tredecimum

De anima rationali

Anima vero rationalis. siue intellectiua idē est qđ intellectus Uñ diuiditur ꝫm duos pricipales actus. i. intellectū speculatiuū ꝛ intellectū practicū. Intellectꝰ eni speculatiuus exercetur in ꝯtēplatione. intellectꝰ vero practicus in opatione. Et ꝫm hanc radicē diuidit vita actiua ꝛ contēplatiua. Anima igitur rōnalis ꝑpetua est et incorruptibilis ac immortalis ꝓpter qđ et pricipalis eiꝰ actus. s. intelligere nullatenꝰ depēdet a corpe. ꝛ ideo ꝑfecte viuit ꝛ intelligit a corpe separata imo quāto plus se corpi imerserit. tāto tardius ꝛ impfectꝰ intelligit et quanto se magis a carnalib3 nexibus subtraxerit tanto faciliꝰ ꝛ clariꝰ apprehendit. Uoco aūt hic imersionē vel ꝑ fātasticā imaginatiōe3 vel per delectatiōem carnis siue tampaliū dilectiōe3. vñ dicit Greg. homo sicut in medio creatꝰ est vt eēt inferior angelo supior3 iumēto. ita hab3 aliquid qđ necesse est cōuenire cu3 summo ꝛ aliquid cū infimo. Immortalitatem quidē habet ipsis cū angelo. mortalitatē corpis cū iumēto. Anima igitur si ad deū ꝑ rationē ꝯuertitur illuminatur melioratꝰ ꝛ pficit. Si vo ꝑ affectōes ad creaturas ꝯuertit obscuratur corrūpit et deteriorat. q̄uis eni aīa in se ꝯsiderata immortalis sit ꝛ ꝑpetua. passibilis est tamē ex colligatiōe corpis cui ē ꝯiūcta. vñ Augu. in li. de aīa ꝛ spū. aie scorporib3 viuētes ꝑ dilectōem reꝝ sensibiliū corpalib3 afficiūtur a corpibus exeuntes in eisde3 imaginib3 tormenta patiūtur. ꝓpterea eni corpalibus passiōib3 ibidē detinere possunt. q2 hic mūdate a corruptiōe corpoꝝ nō fuerit. Ex quo patet ꝙ anima q̄uis in sui natura sit purissima. īpuritatē cōtrahit a carne cum originaliter ē corrupta sic vinū vel aliꝰ q̄cūq3 liquor ex vase corrupto ꝯtrahit īfectiōe3. ꝛ iō exuta a corpe qñq3 ex colligatiōe corpis secū sordes defert ꝛ iō necesse est vt purgēt sic gēma de luto nouit emūdata. Hec aūt oīa de dictis Augū sunt excepta. Recollige igitur ex p[illegible] ꝙ aīa rōnalis inter oīes creaturas [illegible] uine imaginis ꝛ silitudinis ē exp[illegible] representatiua ꝛ h q2 trina est in potētia q̄uis vnica ꝛ simplex sit in natura. Itē omniū rerum similitudinem est in se cōtentiua. Et ideo anima dicitur omniū rerū similitudo. vt dicit Augu. Ite3 semel creata in corpe vel extra corpus est in esse perpetuo permāsiua. Nam vt dicit Cassiod. nunq3 ad diuinā imagine3 diceretur creata si mortis termino clauderetur. Itē endelechia est corpis organici pħici. ꝛ ideo ipsius corpis in parte ꝛ in toto est pfectiua. Item ex natura sibi indita est naturaliter boni ꝛ mali veri ꝛ falsi diiudicatiua et libere electiua Item ꝫm diuersas potētias formarum et specieꝝ diuersarū rerum presentiū et absentiū est apprehēsiua. Nā res materiales ꝑ suas naturales formas presentes vel absentes discernit. res vero immateriales per sui presentiam comprehendit. vt ait Augustinus. Item per reflexionē supsius supra se. supplius est cognitiua vt dicit philosophus. Nam videndo et intelligendo cognoscit se ꝛc. Item illuminationum ꝛ impressionu3

diuersatũ/ ad motũ tabule est naturaliter receptiua. Item cũ naturaliter incorpari ꝛ corpi vniri appetat. vnionis cũ corpe est naturalite r affectiua. Itẽ naturaliter est appetitiua boni ꝛ malicie fugitiua ꝗuis eni ex defectu liberi arbitrij ꝗñqꝫ malũ eligat. tamen ex natura malo remurmurat. vt dic̃ Augusti. Unde anima vegetabilis appetit eẽ. sensibilis appetit bene esse/ rationalis aũt affectat optimũ esse. Et iõ nunqꝫ quiescit. nisi cũ optimo cõiungat̃ Locus eni anime rationalis est deus/ ad quẽ mouet̃ vt in eo quiescat nõ ꝑ distensionez sed poti⁹ per desideriũ et amorẽ. De istiqꝫ anime ꝓprietates cum alijs supra positis iam sufficiant.

Ca. XIIII. De virtutibus anime quibus potens est suas operationes exercere.

Ostqꝫ diximꝰ de ꝓprietatibꝰ anime in se ꝛ in suo corpe cõsiderate/ restat videre de ipsius virtutibus quibꝫ potens est suas oꝑationes in corpore exercere. Hec aute virtus est potentia anime ei essentialiter attributa ad suas peragẽdas in corpore actiones. Nam mediante hac virtute corpus viuificat. cor ꝛ arterias cõstringit continue ꝛ dilatat/ sensum ꝛ motum voluntarium omni animato corpori administrat. vt dicit Constan. libro. xiij. Hec itaqꝫ est triplex. naturalis que est in epate/ vitalis siue spiritualis que in corde. animalis que in cerebro sedem habet Actio igitur virtututis naturalis in animalibus ꝛ in plãtis communis est que generat/ nutrit ꝛ augmentat. vt dicit idem Constan. Est autẽ generatio prout hic sumitur substantie humoris vel rationis seminalis in substantiam plante vel animalis operatiõe nature facta mutatio. Et hec virtus incipit operari a tempore generatiõis vsqꝫ ad ꝑfectiõem plante vel animalis. Huic aũt generationi naturali due virtutes. s. imutatiua ꝛ informatiua subministrãt. Nã virt⁹ immutatiua ẽ illa que substãtiã seminis trãsmutat ꝛ conuertit i substantiam singulaꝛ ꝑtiũ plãte vel animalis. Et hec virt⁹ istã facit transmutatiõez mediantibꝫ q̃ttuor qualitatibꝫ primis. s. calido/ frigo humido ꝛ sicco. nam ꝑ calidũ ꝛ humidum operatur substãtiam molliorem vt carnem in animalibꝫ. flores et medullam in arboribꝫ. ꝑ calidu; ꝛ siccum operatur radices in vegetabilibus/ cor i animãtibus. per frigidum ꝛ humidũ oꝑatur in plãtarũ folijs et animaliũ pilis. per frigidum et siccum oꝑatur in neruis ꝛ ossibus animalium in truncis ꝛ corticibus arborũ ꝛ plantarum. Uirtus vo secũdaria [illegible] cet informatiua actiõi nature in generatiõibus est necessaria. qꝛ ordinat ꝛ distinguit formam et speciẽ ipsi generato ꝑ partes singulas ꝯgruẽtes. Nã hec virtus ꝑforanda ꝑforat. vacua cõcauat. aspera lenificat. ꝛ nimis lenia asperat. et vnicuiqꝫ ꝑticule superficiem ꝑficit ꝛ figurat. He aũt due virtutes scꝫ immutatiua et informatiua nõ diutius operantur nisi quousqꝫ ipa res generata vt animal vel plãta inesse nature cõpleat̃ Et ideo necesse fuit vt virtus nutritiua ad cõseruatiõem generationis cõtinue sequeretur. est enim ipsius generatiue virtutis adiutrix et ministra. qꝛ in longitudine latitudine ꝛ profunditate augmentat ꝛ extendit ipm generatum Pascitiua quoqꝫ virtus nutritiuã adiuuat ꝛ ei ministrat qꝛ cibũ ab animalibꝫ assumptũ in mẽbris assimilat ꝛ solidat ꝛ quod dissolutũ est ac deperditum vi caloris vel aliqua passione aeris reparat et restaurat. ꝛ ideo natura mirabilis pascitiuam virtutẽ nutritiue fec̃ adiutricẽ et vtrãqꝫ subiecit ministerio virtutis generatiue. Huic ergo pascitiue virtuti quatuor virtutes ꝑticulares subministrãt s. appetitiua q̃ nutrimentũ cõueniẽs attrahit ipsis membris ꝛ ad nutrimentũ carnis attrahit tꝑamẽtũ sanguinis. ad nutrimẽtum cerebri et pulmonis temꝑamentũ fleumatis. ꝛ sic de alijs Item ei cooꝑatur virtus digestiua q̃ conuenientia ab inconuenientibꝫ nutriendo separat et diuidit purum ab impuro Itẽ virtus retentiua que. s. purũ nutrimen

tum custodit. et quod iaʒ actiõe nature excoctũ est singulis mẽbris incorpat. assimilat atqʒ vnit. Itẽ expulsiua que superflua membris tracta eis nullatenꝰ assimilando necessaria expellit. Et ideo sicut vis appetitiua opaᷓ cũ calido ⁊ sicco ⁊ digestiua cũ calido ⁊ humido ⁊ retẽtiua cũ frigido ⁊ sicco. sic expulsiua cũ frigido ⁊ humido opatur.

Ca. XV. De virtute vitali cuius initium est cor.

Virtutẽ autẽ naturalẽ sequitᷣ virtus vitalis que vnificat cuiꝰ fundamentũ siue pprium domiciliũ est cor a q̃ procedit vita ad omĩa mẽbra viuificãda. Istius virtutis opationi coopatur vis volũtarie motiua. qua cor ⁊ arterie dilatãtur et cõstringũtᷣ. Et dicitᷣ hec dilatatio motus cordis a medio in oẽs extremitates Sic ecõuerso pstrictio dr̃ motus ab extremitatibꝫ ad ipm mediũ sicut est i fabrorꝫ follibus videre. Virtus ergo vitalis cor dilatãdo mediante pulmone ad cor aerẽ attrahit et a corde ad alia membra p arterias trãsmittit. Et ista virtus per virtutẽ dilatatiuã cordis ⁊ cõstrictiuã anhelitũ in animali opatur qui mouet pectus motu continuo. neruis tamẽ motis primitus ⁊ lacertis. Iste autẽ flatus siue anhelitꝰ necessariꝰ est ad caloris naturalis mitigatiõꝫ. et ad spiritꝰ vitalis nutrimẽtũ. necnõ ad spiritus animalis generatiõem. Custodia enĩ caloris naturalis est frigidi aeris tpatus attractus ⁊ custodia vitalis. ex cuiꝰ tpamẽto generatᷣ spũs animalis ⁊ ideo ad vite conseruatiõeꝫ nihil est magis necessariũ q̃ʒ anhelitus. bene dispositus in oibꝫ ordinatus. Hec oĩa habentur a Constan. in pantegni. Sine cibo ieiuni et potu ad horã põt psistere animal. sine attractione vero aeris nec ad momentũ põt animal in debita cõsistentia permanere. Corrũpitur tamen hic anhelitus siue aer attractus multis modis. ⁊ seqᷓtur necessario destructio animalis. Primo ex cerebri mala dispositiõe. nam cerebro quocũqꝫ mõ in suo officio ipedito ppter defectũ influentie spirituum. deficit cordis dilatatio et debita constrictio Unde seq̃tur necessario animalis suffocatio. vt patꝫ in apoplexia ⁊ in aliis causis consimilibus. Item idem accidit ex cordis lesione qñ humorũ ibi naturaliter existentiũ fit euacuatio ⁊ per consequẽs spirituũ exinanitio ⁊ sic aeris attractio non habet locuꝫ. Item idẽ accidit ex subita caloris naturalis ad interiora cordis repercussione vt patet in timorosis et sicut diximus. qui aliquãdo deficiunt et sincopisant. Item idem accidit ex epatis infectione. nã corruptio epatis generatiõꝫ aufert puri sanguinis quo calor naturalis nutritᷣ. quo oblato ipsius vitalis deficit ⁊ per cõsequẽs anhelitus pticulariter vel vniuersaliter impeditᷣ. Itẽ idem accidit ex pulmonis pforatione. et patet in ptisicis in quibꝫ ventus astrictus p occultos poros euanescit ⁊ ad tẽperandũ calorẽ cordis nullatenus sufficit. Item idẽ accidit in omni ⁊ nimie interioris vacuitatis corporis subita repletiõe. vt patet in submersis in quibus poris opilatis anhelitus intercluditur ⁊ simpliciter impeditur. Item ex nimia aeris corruptiõe. vt patet in pestilentia ⁊ corrupto aere qñ ipsus vitalis suũ cõtrariũ fugiẽs interioribus cordis se intercludit ⁊ ex corrupto aere iam oppressus cor et alia corporis mẽbra regere non sufficit. ymo deficit i se. ⁊ quasi subito euanescit. ⁊ tũc mors est i portis Itẽ ex humorum thoracis ⁊ pectoris infectiua corruptione. vt patet ⁊ in leprosis. Itẽ ex viarꝫ canaliũ pulmõis obstructione. vt patet in asmaticis ⁊ anhelosis ⁊ aliis. Itẽ ex spẽali cordis corruptiõe sic ex morsu alicuius venenosi reptilis cuius venenũ ad cor penetrãs naturalem calorẽ vincit. et sic anhelitus via intercluditᷣ. Item nimia calidi aeris rarefactiõe sicut cõtingit ex balneo nimis calido vl' sole feruẽtissimo poros nimis rarefaciente ⁊ apriente. vnde fit nimia caloris naturalis exalatio ⁊ sic nõ sufficit aer frigidus attractꝰ ad caloris accidentalis mitigatiõꝫ. ⁊ sic anhelitꝰ impeditᷣ. Itẽ idẽ accidit ex aere nimis frigido

lacertos & neruos pectoris cōstringēte vñ & vis attractiua aeris impedit. vt3 in dormientibꝫ sup nuē. Item idē q̄nq3 cō tingit ex vena cordis q̄ dr̄ cōcaua vena opilatiōe qua opilata & interclusa dene gatur transitus siue via sanguis ab epa te ad cor ad vitalis spiritus nutrimētū vnde calore intēso & humore subtracto animal suffocatur. q2 non sufficit aer ad cor refrigerādum. Item ide3 accidit ex colere siue alteri⁹ humoris in subtilissi mis venis cordis incēsione. vt p3 i acu tis febribus in quibꝫ deficit anhelitus. Item ex gutturis & aliorū meatuū ex teriorū nimia & violenta ꝯstrictiōe vt ē videre in suspensis & suffocatis in quibꝫ intercepto anhelitu cor subito incendi tur & sic animal subito moritur. His et multis alijs modis vitalis v̄tus p de fectū anhelitus impeditur. Ex virtute spirituali ꝓcedūt ira pugna indignatō emulatio & consimiles passiōes q̄ q̄de3 surgūt in brutis ex motu sp̄ualis v̄tu tis cū impetu & sine discretiōe. sed in ho minibus ordināde sunt & regēde sub cer ta animi ratiōe. Hec de sp̄uali siue vita li virtute sufficiant.

Ca. XVI. De vir tute animali

V Irtus animalis sedē et locū habet in supiori pte hominis .s. in cerebro. et hec ē triplex ordinatiua sensitiua et moti ua. Ordinatiua p se solum explet cere brū. Nā in prima pte sui i anteriori cel lula ordinat fantasiam siue ymaginatio nem. in media cellula ordinat estimati uā & ratiōs & itex in posteriori cellula p ficit memoriā & memoratiuā actiōem Nā virt⁹ ymaginatiua illud qd̄ format & imaginat trāsmittit ad iudiciū rōnis Ratio vero qd̄ ab imaginatiōe recipit & quasi iudex iudicat & diffinit ad memo riā trāsmittendo. Memoria ea que fu erūt i intellectu posita recipit & donec il la ad actum reducat. cōseruat firmiter & custodit. Secūda v̄tus .s. sensitiua sic habet formari. nā sp̄us aīalis ab iterio ribꝫ vētriculis cerebri mediātibꝫ q̄bus dā neruis q̄ sunt mollissimi ꝓgreditur ex quibꝫ sensus format. Vñ quidā diri guntur cū sp̄u animali ad oculos vt ibi formetur visus. Quidā ad nares vt for metur olfactus & sic de alijs. Sēsus igi tur visus subtilior est cū sit natura eius ignea. Auditus sensus est aere⁹ q2 pcipit aeris sonitus. deinde subtilior est olfa ctus cū sit natura ei⁹ fumea. deinde gu stus cū sit ei⁹ natura aqua. postremo sen sus tact⁹ grossior est omnibꝫ. quia natu ra sua cū sit terrea in duris .s. in ossibus & in neruis / in asperis lenibꝫ / frigidis / & calidis est necessaria. Hor sensuū singu li habēt sua officia vt immutati & infor mati a suis obiectis q̄ sentiūt vt sua sen sata intellectui representent.

Ca. XVII. De vir tute visibili.

S Ensus igitur visus cū sit ig neus est simplicissim⁹ vñ et remotissima subito ꝯprehen dit. Sēsus aūt visus sic forma tur. In medio quippe oculi .s. in pupilla est quidā humor purissimus & lucentis simus q̄ cristalloides a ph̄is est vocat⁹ eo q2 more cristalli ad suscipiendas va rias colorꝫ formas subito coaptatur. Vi sus enim ē sensus colorꝫ figurarꝫ et for marū & ꝓprietatū exteriorꝫ susceptiu⁹ & discertiu⁹. vñ ad visum pficiēdū sunt h̄ necessaria .s. causa efficiēs. organū siue i strumentū ꝯueniēs exterior res opās si ue aer deferens. a se intētio & motus me diocris. Causa efficiēs est v̄tus anima lis. Instrumentū est humor cristallinus in vtroq3 oculo collocat⁹. clar⁹ & rotūd⁹ Clarus est vt sua claritate sp̄m & aerē p oculos irradiet. rotūdus vt minus sit passibilis. q2 forma rotūda in lateribus elisa angulos non habet in q̄bus ꝯtine atur supfluitas prestitura lesionē. Exte rior res coopās est aer sine quo mediā te visus nō potest pfici. vt eni visus pfi ciat in quibusdā aīalibus aeris claritas exigit. in quibusdam vero obscuritas. i quibusdā aūt mediocritas. nā in murile gis exigitur obscuritas. in vespertilionibꝫ & in quibusdam alijs animalibus medi

oculꝫ q̄si ocultum

ocitas vt post patebit. Item attentio
etiā anime est necessaria. dum eniȝ cir-
ca rem aliquam inuestigandaȝ alio sen
su est intenta oculus minus pfecte vi-
det. qꝛ de re visa nō iudicat. Item neces
sarius est motus mediocris. si enim mo
ueretur res visa vehementer, ex multo
impetu visus cōfunderetur ⁊ ex motu
nimio ⁊ cōtinuo dispergeretur vt patet
in remo fracto apparente in aqua pter
motum aque velociter. Sic etiā aliqd
lignum oblongum velociter motum ap
paret rotundum. De visu vero qualiter
fiat fuerūt apud veteres varie opinia
nes. Fit aūt sm philosophū vt pateȝ ex
primo capitulo pspectiue tripliciter vi
sus. vno modo p directas lineas super
quas venit spēs rei vise ad visuȝ. Alio
modo sup reflexas quando scilicet primo
multiplicantur species a re ad speculum
et a speculo fit reflexio ad visum. Tertiō
modo fit per lineas que licet non sint re
flexe ab aliquo. sed diriguntur inter rē
et visum. non tamen vadunt incessu re
cto semp. sed aliquando diuertunt a via
recta qn̄ scilicet mediū multiplex inter
ponitur. Et sunt ista media diuersarum
dyaphoneitatum vt quando vnum den
sius est ⁊ aliud rarius id est minus den
sum ⁊ rarum. Aliquando enim occur
rit medium alterius nature sed frangi-
tur radius siue species radiosa nisi veni
at super lineam cadentem ppendicula
riter sup illud medium secundum occur
rens ⁊ voco lineam cadere perpendicula
riter super corpus planum ad angulos
rectos. super corpus vero spericum quan
do cadit in eius centrum. Ad visum au
tem primo modo dictum nouem preci
pue exiguntur sicut habetur ibidē. Pri
muȝ est sanitas siue bona dispositiō orga
ni visus. Secundum est oppositio visibi
lis contra visum. quia visus tali modo
videndi non videt nisi rem illam a cuius
partibus venit species super lineas rectas
cadentes in centrum oculi que omnes
linee ducte a singulis ptibus rei faciūt
vnam pyramidem cuius conus est in
pupilla ⁊ basis in re visa. vt patet i hac
figura. A enim et B sunt (A B

axes quando videns directe
intuet. pūctuȝ. c. Quādo vero i
tuet pūctū. d. tūc ille due. b. c
exeūtes ab oclis dicūt axes. D C
quia exeūt imediate ab ocu
li medio ad rem visam. Tertiū est distā
tia pportionalis. Quartum. est situs
determinatus nō nimis ab axe visuali
elongatus. qꝛ illud scilicet quod multū
elongatur ab ipso axe licet visui oppona
tur. tamen distincte nō cognoscit. Axis
visualis est radius ille siue linea que i
telligitur duci a medio visus ad punctū
rei vise directe ad oppositum in medio
visus. vtȝ i hac figura. Quin A G
tū est soliditas seu densitas
rei vise. qꝛ qd̄ est omnino pui
um nō videm⁹. vn̄ et aer non
videtur eo q̄ est in fine dyaphoneitatis
⁊ nō habet densitatem vt dicit autor sci
entie pspectiue. Septū est magnitudo
debita rei visibilis qꝛ res potest esse ita p
ua q̄ non videbitur in aliqua distantia
qꝛ visus non est nisi per piramidem ad
oculū venientē que si fuerit valde parua
occupabit ptem visus valde puā. Sed
visus non sentit visibile nisi quādo ps
superficiei sue immutata fuerit quanti
tate visibili. Septimum est raritas me
dij interiacentis. quoniam mediū si fu
erit densum impedietur multiplicatio spe
ciei vt non veniat debito modo et dec
ali ad puppillam. Octauum est lux. qꝛ
species visibilis non immutat visum
nisi cum luce. Nonum est tempus qꝛ vi
sio fit i tempore sicut pbatur in pspecti
ua. Quis enī visibile subito ostendatur
visui non tamen discrete cognosceret
nec distincte nisi aliqua habita anime
deliberatione. que mora indiget et tem
pore: Et ideo attentio anime est etiam
necessaria in predictis. vt supra dictuȝ
est. preterea sm pħm non solum venit
species rei vise ad visum secundum pira
midem visualem. sed species visus ad
rem super consimilem piramidem ex
tensam in eodem loco Dicit enim Ari
stoteles. in. xix. libro. de animalibus. q̄
nihil aliud est visum videre q̄ȝ q̄ visus
exeat ad rem visam Et idem vult aug.

primo libro sup Gen. et. vi. musice. a re autem visa nihil venit nisi species eius neq a visu ad rem venit aliud q species eius nihil enim exit ab oculi substantia q corrumperetur sed exit ab oculo conus piramidis et dilatatur eius basis super totam superficiem rei vise. Item pbat autor perspectiue i libro primo q nihil videtur nisi per lucem orientem sup re visam. ab eadem vsq ad oculum multiplicatam. vnde necessario exigitur tertia piramis. scilicet ipsius lucis. et omnium istorum trium pyramidum coni sunt in oculis et bases in re visa. Quando ergo visus habet species venientes sibi per has tres pyramides. tunc transit species lucis et caloris per medium tunicarum et humorum oculi vsq ad humorem cristallinum et ibi incipit anima facere iudicium de re visa per speciem illam. sed ibi non completur, ymo vlterius multiplicatur species vsq ad neruum obticum siue concauum qui latet in superficie cerebri et ibi est virtus visiua in radice. et supposito primo principali et vno. aliter enim vna res semper videretur due propter duos oculos nisi continuarentur ad vnum organum in quo sit vna virtus fontalis deriuata ad pupillas. Hec omnia ostendit autor perspectiue. Aliam rationem visus ostendit et assignat Constan. libro tertio. capitulo vndecimo. Dicit enim spiritum visibilem oculum et aerem corpora clara esse que irradiatione quadam sese inuicem irradiando immutant. Aer enim qui iuxta est rem videndam ab eius proprietatibus immutatur et sic immutatus oculo se offert a quo spiritus visibilis immutatur. Nam ista virtus visiua vsq ad extremas partes puppille se diffundens aeri immutato adiungitur et quasi vnum cum illo efficitur et color mediante aere delatus anime iudicio presentatur. Aer enim ex varietate formarum sibi obiectarum facile immutatur sicut videmus ex obiecto panni rubei ad solis radium vicinum aerem colorari. vnde non est mirum si oculum clarum et diaphanum sibi immediate coniunctum qualitate et forma consimili afficiat et immutet. Quantum igitur sufficit ad presens opusculum breuiter recollige q visus vel virtus visibilis ceteris sensibus est subtilior et viuacior. vnde a viuacitate visus nomen accepit. vt dicit Isidorus. Item ceteris sensibus est dignior. et ideo sm situm aliis est superior. Item in effectu tanq quedam ignea vis aliis est potentior. quia alii sensus propinquiora. hic vero sua virtute remotissima comprehendit sub angulo recto et pyramidali visa diiudicat et discernit. sm nobiliorem naturam et dispositionem organi faciliori modo inter videnda distinguit. Unde dicit Aristotiles libro. xii. q visus bonus et acutus erit ex humore temperato. vnde et aues vt aquile vncorum vnguium sunt acuti visus. et hoc propter purum et subtilem humorem et temperatum in organis visus existentem. et tales aues a remotis et altissimis locis vident cibum. etiam tales aues altius se eleuant q alia volatilia. Aues vero in terra manentes non sunt acuti visus vnde prope et non de longe vident cibum suum. Item idem libro. xix. oculi glauci non sunt acuti visus de die neq nigri de nocte. propter paucitatem autem humorum oculus glaucus mouetur motu maiori. vnde et virtus visiua debilitatur. Nigri autem oculi mouentur minus propter multitudinem humoris. et lumen noctis est debilius et humor in nocte est naturaliter grauioris motus. Et ideo spiritus visibilis interceluditur per humorem et impeditur. Item idem visus senum non est acutus quoniam senum cutis est rugosa. ex quo patet q ex bonitate organi vel debilitate debilitatur et fortificatur vis videndi vnde dicitur ibidem. Si oculi animalium habent coopertorium et fuerit humor in pupilla mundus et temperatus et motus etiam temperatus et cutis super pupillam tenuis tunc visus est acutus et videt a remotis. sed tamen non perfecte distinguit a remotis inter colores et differentias corpo-

ris. visus tamē talium animalium melius est visu eorum quorum humor in oculis est multus et non habent coopertorium omnino. Nam propter continuam apertionem spiritus visibilis disgregatur et pupilla etiam de facili leditur et sic visus impeditur. In habentibus vero palpebras et coopercula, patet causa contraria. Dicitur etiam ibidem quod visus acuti causa in videndo a remotis ē propter situm oculorum. Nam oculus eminens est parvi visus et non videbit bene a remotis. sed oculus profundus videt a remotis. Nam motus eius nō dividitur nec consumitur: sed exit ab eis recte virtus visibilis et vadit directe ad res visas. unde cum extra oculum non fuerit coopculū necessario debilitatur visus nec videbit a remotis nisi debiliter. Hucusque Aristotiles, libro duodecimo. Et hec sufficiant que de visus proprietatibus generaliter iam sunt dicta Nam alia patebunt infra ubi de natura et proprietate oculi tractabitur.

Capitulum decimumoctavum. De auditu

Irtus audibilis in aurium organis suū sortitur effectū Est autem auditus sensus pprie sonorum perceptivus. Unde ad pficiendum auditum quattuor ad minus sunt necessaria. scilicet causa efficiens: organum conveniens medium ordinate sonum deferens, anime intentio de his conferens vel de his intendēs. Causa efficiēs est virtus animalis audibilis Instrumentum conveniens est quoddā os petrosum sive cartillaginosum auribus suppositum quod quidem est concavum siccum tortuosū et durum. Cōcavum est siquidem auditus organum ut in sui concavitate spiritum et aerem contineat. Tortuosum est ne stupor ex subita et vehementi allisione natus spiritum audibilem ledat et iō organi circularitate sonus temperate susceptus spiritum audibilem nō reverberat sed perficit et delectat. durū etiam est et siccum ut sic eo melior et fortior fiat aeris allisio: et sic sonitus maior fiat. ut patet de tympanis que melius resonant flante borea vento scilicet frigido et sicco quā austro humido atque lēto. ut dicit Constantinus. et atiā aristo. nota

Mediū vero deferens percussus est aer qui aurium foramina subintrat et allidit os petrosum quod est primum auditus instrumentum. Est etiā necessarie anime intentio. quia quādiu solicita est et intenta ad diversa minus viget ad perficiendam virtutis audibilis actionem. sicut videmus in multis undique circundatis. quia fere nihil audiunt cū mens ad singula suam non habet attentionem. et ideo nihil percipitur tunc auditu. Fit autem auditus hoc modo. duo nervi ab interiori parte cerebri exeuntes in ossibus petrosis aurium infiguntur per quos spiritus animalis ad ossa defertur pdicta quibus exterior aer formam alicuius soni deferens ei immediate coniungitur. unde aer percussus ossa illa allidit et spiritus in eis existēs sm proprietatem aeris ibi existens et nervos allidentis immutatur. Spiritus vero sic immutatus recurrens ad suam cellulam fantasticam immutationē anime representat. et sic auditus perficitur. Patet igitur quod auditus merito dicitur aereus eo quod per aerem repercussum habet semper generari. inde est quod natura posuit sensum auditus in medio rotundi capitis. ut dicit Aristotiles libro duodecimo. quia auditus circulariter et non directe sonum aeris percussi undique apprehendit. hic etiam sensus sicut et ceteri contristatur. quia corrūpitur in extremis et in medijs delectatur et salvatur. unde dicit Ambrosius in exame. Incolas regionis ubi oritur nilus auditu esse penitus privatos propter fragorem et strepitū horribilem. quoniam idem fluvius de montis precipicio corruens incolarum auribus incutere consuevit stuporem et surditatem. Hic etiam sensus sicut et ceteri multis subiacet passionibus. quia quandoque toe


aufertur et tunc surditas vocatur. quandoq3 minoratur. et tunc grauitas auditus nominatur. quandoq3 autem cursum suum egreditur. causa autem passionis quandoq3 est ex vicio cerebri siue nerui qui est via auditus. et hoc quia opilatur. vel quia aliquo morbo officiali aggrauatur. Item ex vicio ipsarum aurium quia quandoq3 a diuersis humoribus corrumpuntur. quandoq3 putredines in suis concauitatibus coaduna(n)tur. quandoq3 lapides vel alia que transitum aeris ad spiritum audibilem impediunt immittuntur. quandoq3 ex titillatione vermium et corrosione nerui audibiles molestantur. quandoq3 etiam ex aere corrupto calido vel frigido instrumenta auditus inficiuntur et leduntur quandoq3 etiam ex grossa ventositate in poris neruorum sensibilium interclusa via auditus impeditur vt patet in illis in quibus videtur quod audiant fistulas cornua aut campanas ex quibus omnibus virtus auditiua leditur vel aufertur sicut in tractatu aurium post dicetur.

Capitulum decimumnonum. De olfactu.

Olfactus siue odoratus est sensus proprie odorum perceptiuus Ad quem perficiendum exigitur spiritus animalis tanquam causa efficiens. Necessarium autem est organum expediens scilicet narium perfecta dispositio in quibus sunt caruncule ad modum mammillarum dependentes que sunt propria organa odoratus. et recipiunt spiritum animalem per quosdam neruos a cerebro descendentes. Nares enim non sunt proprie instrumenta olfactus que sunt cartillaginose. et ideo sunt insensibiles. quod patet quia eis abscisis non priuatur animal odoratu. Similiter nos per fetida loca transeuntes si flatum repressetimus subintrantem nares aerem fetidum non sentimus. et hoc est quia ille caruncule opilate quasi quodam motu voluntario sunt obstructe. Sunt etiam he caruncule concaue et spongiose ideo concaue vt in sua concauitate fumum a re odorabili recipiant resolutum. Ideo etiam sunt spongiose vt in eis vigeat virtus attractiua. et ideo exterior necessaria est aeris cooperatio vt scilicet aer secundum fumositatem a re odoranda resolutus immutetur et in ipsis carunculis incorporetur Unde sic habet fieri odoratus. Spiritus animalis per quosdam neruos qui dicuntur odorabiles ad predictas carunculas a cerebro transmittuntur. fumus autem corporis odoriferi resolutus aeri admiscetur quem cerebri ventriculi per illas duas carunculas sibi attrahunt et in suam similitudinem mutant et conuertunt. et sic per illam immutationem in spiritu animali factam odoris discretio perficitur. odoratus autem spectat ad fumosam naturam seu materiam quoniam habet per eam fieri Odor enim nihil aliud est quam aerea seu fumosa substantia a corpore resoluta. hunc aerem fumosum seu vaporem sibi necessarium et amicabilem attrahit cerebrum sicut cor anhelitum et huiusmodi aeris attractu cerebrum temperatur et confortatur sicut calor cordis attractione anhelitus mitigatur. Uapor enim si fuerit maliciosus feridus et corruptus spiritum animalem corrumpit et sepius pestiferos morbos generat et inducit. Unde olfactus in suo effectu sepius impeditur quandoq3 propter malam cerebri complexionem quandoq3 propter humorum crudorum vel corruptorum in neruis odorabilibus nimiam repletionem. vt patet in patientibus fluxum narium seu catarrum. quandoq3 propter prauam instrumentorum olfactus dispositionem. quando scilicet nimis dilatantur vel nimium constringuntur. quandoq3 propter superfluam carnis superexcrescentis opilationem. vt patet in polipposis. quandoq3 propter apostematis siue cuiuscunq3 humoris corrupti infectionem. quandoq3 propter alicuius humoris calidi et sicci corrosionem. Ut patet in cancrosis

et huiusmodi. Hic sensus propter sui subtilitatem quando bene disponitur virtutem animalem cōfortat et a fumositate sup̄flua euacuat et econuerso qn̄ corruptus est aliquo casu vel infectus virtus animalis leditur et in suis actionibus impeditur. Dicit etiam arestotiles. libro duodecimo. ꝙ sensus olfact⁹ non est nisi per actionem aeris in animali habenti nasum qui est membrum in medio aliorum sensuum positum in anteriori parte capitis propter iuuamentum anhelitus. Omne animal habens pulmonem habet nasum vel aliud loco nasi propter anhelitus iuuamētum. Unde patet ꝙ organum olfactus non solum est in animalibus ad decētiam et decorem. verum etiam ad perficiendum virtutem spiritus animalis et ad tribuendum virtuti vitali in corde adiutorium et vigorem. Hec virtus scilicet odoratiua viget in quadrupedibus Unde et solo odore discernūt inter herbas salubres et venenosas et precipue in symeis que eque vel magis discernūt inter cibos et cibos per olfactum ꝙ̄ per gustum. Deinde in canibus viget maxime illa virtus qui solius odoris ductu ad sentiendum animalium vestigia viuacitate olfactus infallibiliter deprehendunt. viget etiam in volatilibus precipue in vulturibus quia secundum Ambro. in exameron. et Ysidorū libro duodecimo. capitulo sexto. ita sunt viuacis olfactus ꝙ vltra maria cadauera sentiunt in his ergo ⁊ in alijs operationis nature conditionibus. admiranda est diuina sapientia que per ista et alia similia dat nobis quodammodo intelligere qualiter per ista sensata materialia ad intellectum corū que sunt supra sensum sint paulatim cordis interiora ad intelligentiam spiritualium promouenda. et propter hoc ista simpliciter ē in hoc opusculo mea intentō ⁊ finis meus. Hec de olfactu dicta sufficiant.

Capitulum vicesimum. de gustu



ustus est proprie sensus saporum perceptiuus Ad quē gustum sensibiliter perficiendū necessaria sunt illa causalia effectiua materialia ⁊ informatiua que et in alijs sensibus iam sunt dicta. Nā virtus animalis est causa efficiens. causa materialis et instrumentalis est lingua propria cum suis arterijs. spiritum animalem ad perfectionem virtutis gustabilis perficiens. Que quidem lingua s̄m sue substantie complexionem est concaua porosa humida et insipida. Concaua quidem est vt sui concauitate humorositatem rei gustabilis resolutā in se suscipiat. porosa vt quod esset grossum vel subtile de re gustanda. ad neruos lingue libere subintraret. ⁊ vt virtus attractiua ad perficiendum ea plus vigeret. humida quidem est vt cooperaretur ad acceptorum dissolutionem. vt si aliqua sicca et dura forsitan lingue vel palato applicarētur humiditate lingue ad digestionem siue qualemcunq̄ resolutionem facilius aptarentur. Erat etiam et insipida vt esset cuiuslibet rei ⁊ saporis facilius receptiua sicut aqua que si determinatum saporem haberet alterius qualitatem percipere non valeret Fit autem gustus hoc modo. Duo nerui in medio lingue infiguntur. qui po[illegible] in multos ramos. in extremitatibus lateralibus lingue dispertiuntur et per eos spiritus animalis in linguā defertur Cum ergo res gustanda subintrat linguam vel poros neruorum spiritus animalis existens ibi immutatur s̄m eius proprietates quas postea iudicō anime representat. gustus ergo tanto olfactu grossior est quanto fumus aqua subtilior inuenitur. quia odoratus natura est fumosa. gustus autē sensibilitas humectatio est aquosa. vt dicit Constan. Hic sensus animali vtilis est ad indiuiduī conseruationem. gustu enim corrupto vel ablato vis nutritiua deficit et sic substantia animalis paulatiū perit. Gustus autem corrumpitur quando sua instrumenta leduntur vel quādo corrupti humo

res in ipsis dominantur. et hoc fit quan
do non saporanda sentit. vel quando sa-
poranda sub propria qualitate non ap-
prehendit et hoc accidit quando singu-
laris humor in lingue substantia domi
natur. verbi gratia. si dominatur cole-
ra rubea omnia sentit amara. ⁊ si salsū
fleuma sentit salsa ⁊ sic de alijs vt patet
in febricitantibus in quibus dominiū
corrupti humoris gustum inficit et cor
rumpit. Immutatur etiam quādo ledi
tur per maliciam rei, que gustatur. vt pa
tet in aloe. ⁊ in alijs nimis amaris quo
rū horrore gustus asperatur. delectatur
autē gustus in dulcibus, ꝓpter illā quā
habet cum dulcedine assimilationem.
quia dulcedo que fundatur sup̄ calidū
et humidum similis est omnibus mem-
bris que dulcibus maxime nutriuntur
dulcia enim multi sunt nutrimenti. et
de facili membris assimulantur sicut di
cit. Isaac in dieter.

Ca. XXI De tactu

Tactus est sensus specierum tan
gibilium ꝑceptiuus. Nam vir-
tute tactus anima apprehendit ca
lidum ⁊ humidū frigidum ⁊ siccū. mol
le ⁊ durum. lene ⁊ asperum. Vel ſm Avi
cen. tactus est vis ordinata in neruis to
tius corporis ad apprehendendū qđ tan
git. Hic autem sensus licet sit in [illegible]
bus partibus pricipaliter tamē [illegible]
volis manuū ⁊ in plantis quas n[illegible]
temperatas ista cōposuit ratione vt sci
licet calida ⁊ frigida facilius persenti-
rent. sunt autem he ptes concaue vt tā
genda melius percipiantur. et tenenda
melius et fortius teneantur. Neruose
vt ibi vigeat sensibilitas. qr omne ner-
uosum sensibile est Temperate vt a q̄li
bet re temperata facilius immutentur
Obiectum itaqꝫ siue sensatum tactus
dici potest cōpositio primarum qualita
tum et quedam cōuenientia ad illas. vt
asperum lene. durum molle. Item horū
extremis sensus tactus leditur. vt patꝫ
in nimis calido ⁊ nimis frigido in medi
is natura delectatur. vt in tepido. Ad
istum autē sensum perficiendum exigūt
ista scilicet causa efficiens. et hec est de
riuatio spirit⁹ animalis ad organa ta-
ctus. Item instrumentum conueniens
⁊ hoc est duplex. scꝫ nerui đ cerebro egre
dientes singulis membris spiritū ani
malem deferentes. Secūdariū vero in
strumentū est caro in qua nerui inuolu-
ti sunt et infixi per quos virtus tangibi
lis operatur. Nam ipsis mediantibus
species rei tangibilis anime iudicio de
portatur Item tertium exigitur. scilicet
exteriorum coopatio que est necessaria
vt res tangenda organo tactus appro-
pinquet ex cuius approꝑinquatione spi
ritus animalis in carne ⁊ neruis existēs
immutetur et immutatus proprietatē
rei tacte representet. ⁊ sic sensus iste in
sua actione fit completus vt dicit Cō
stan. Hoc autem est proprium sensus
tactus qꝫ omnes alij sensus habent sin-
gulare membrum et organum sue actio
ni specialiter deputatum Solus autem
tactus est generaliter in membris om-
nibus exceptis pilis et crinibus ⁊ pedū
ac manuum vnguibus in quibus non ē
neruus et per consequens nec sensus.
Hic sensus pre omnibus alijs magis ē
terrestris atqꝫ grossius. et ideo aspera et
dura ⁊ cetera huiusmodi terrestres pas
siones sensibus alijs similitudinis gra
tia perfectius cōprehendit. Hic sensus
cꝫuis alijs sensibus ratiōe obiectorum
videatur grossior esse. suppositis tamen
alijs iudicatur esse vtilior. qr cꝫuis alij
sensus possint aliqualiter eē sine tactu
tamen bene ⁊ complete esse sine tactu
est impossibile. vt dicit philosoph⁹. vn-
de generalior est tactus ceteris. tum qr
per omnes corporis particulas diffundi
tur. tum quia omnibus alijs sensibus
cooperatur precipue gustui. Hi enim
duo sensus. scilicet gustus et tactus
sunt magis continui cum ipso corde. et
ideo sunt magis de esse animalis et đ su
is sensatis iudicant expressius et obie-
ctis Omne enim membrorum habet v
num neruum vel duos quibus sensus
tactus et motus voluntarius perficitur
⁊ completur sicut in anathomia Cōstā.
inuenitur. Leditur aūt iste sensus tact⁹

quandoq3 sicut et superiores quandoq3 autem ex toto aufertur vbi sensus et mot' voluntarius penitus amittuntur vt contingit in membris paraliticis ɀ contractis. Item quandoq3 minoratur sicut quando aliqđ membrꝝ obdormire dicitur quando scilicz ꝓpter aliquaꝫ opilationem vel mēbri cōstrictiōem. spiritus sensibilis libere transire per mēbrū non ꝑmittitur. Leditur etiam a mala cerebri compassione vt patet in epilenticis. qui hora accessiōis etiā tactū ignis non aduertunt. Sepe etiam patitur ab extrinseca aeris immutatiōe vt in digitis nimio frigore ꝯstrictis in quib9 motus voluntarius impeditur. vnde vnus alium constringere non potest. Itē quādoq3 ex partiū corporis incisione. Nam membrū a corpore precisum nihil omnino sentit etiā si concussum fuerit penit' vel combustum. Item membrū etiā manēs in corpore si fuerit aliquo casu mortuum vel putrefactū sensu tangibili omnino priuatur. tanto enī sensus tactus grauius patitur quanto ꝓfundius i neruis sensibilibus vulneratur. Iteꝫ cū dolor sensus sit rei nociue contingens ex ꝑtium discontinuatione. res inferens dolorem membro maxime ledit, tactum ɀ maximam infert corpi passionē ɀ grauem efficit immutatiōem. Nam omne sensatum immutationē facit in organo sensitiui sui. vt dicit philosophus. Itē plures immutatōes faciunt sensata tactus q3 aliorum sensuum. grossior enim est et materialior ceteris sensibus. et ideo fortius retinet impressiōes conuenientis ɀ inconuenientis. Item quia tactus est sensus vniuersalis adherens singulis partibus. ad vniuersalem destructionem tactus destruitur subiectuꝫ totius animalis. Non sic est de aliis sensibus. Destructo enim sensu visus alie virtutes animalis ꝓpter hoc non destruuntur ymmo quādoq3 in suis actionib9 fortius intendūtur. sed destructo tactu destruitur omnis sensus. vnde patet q sensus tactus est subiectū omniū alioꝝ sensuum ɀ fundamentum Item cū quatuor sensus alij singulari et proprium sensatum habeāt. ɀ obiectū scilicet q sic cadit in vno sensu / q nō in alio sicut calor in visu. sapor in gustu ɀc. Solus tactus est qui omnibus aliis organis sensuum / suas imprimit passiones. Est et cōmune omnibus sensibus q propria habent obiecta et sensata in quibus nō errant nisi casu. propter quedā enim accidentia contingit sensum particularē errare. qꝛ vt dicit Arest. hmōi faciūt se p fantasiā mentiri vt patet in visu qui iudicat stellam magnam esse paruam propter magnam distantiam situs. et gustu qui dicit amarū dulce et econuerso propter palati infectionē et sic de aliis contingit. Cōmune igitur est ɀ generale q omnes sensus ꝑticulares exteriores a ꝯmuni sensu īteriori tanq3 linee quedam a centro particulariter exeunt ɀ secundum varias eorum passiōes organa sensitiua ꝑficiunt. et suorum sensatorum formas ɀ similitudines ad sensum communem singulariter reducunt quo mediante de singuloꝝ proprietatibus et differentiis quantū eorū a[illegible]ni congruit iudicant et discernunt. Et hec dicta de proprietatibus virtutum et sensuum iam sufficiant.

Ca. XXII. De his que exiguntur ad perfectioneꝫ nature

Icut ad regimē nature exigūtur sensus ɀ virtutes. ita ad ꝑfectionem eiusdem exiguntur necessario spiritus quidam / quorum beneficio et motu continuo / tam sensus quam virtutes in animalibus moderantur / vt suas peragant actiones. Dicitur autem spiritus prout hic sumitur / quedā substantia subtilis et aerea / virtutes corporis excitans ad suas peragēdas actiones. Vel sicut dicitur in libro spiritus ɀ anie. Spiritus est quoddaꝫ corpus subtile / vi caloris generatum ɀ in humano corpore per venas corporis viuificans / et per arterias pulsatiles / anhelitum / vitam atq3 pulsum animalibus administrās. sensum et motū volūtarium. mediantibus neruis ɀ musculis opās in corporibus animatis. Hic spūs

scdm medicos sic habet generari. Dum
per calore agentez in sanguinem fortis
in epate fit ebulitio. Fumus quidaz re
soluitur qui ex venis epatis subtiliatus
z depuratus/ in quada subtilem z spira
lem substatiam siue aerea natura comu
tatur. q spiritus naturalis dicitur/ eo q
sua potestate naturaliter sanguine sub
tiliat z a leuitate sua ipm ad singula me
bra impellit z agitat. z ideo iste spus est
virtutis naturalis proprie rectitu. vt dic
Constan. Dic idem spus p venas quas
da ad cor mittit. vbi p collisione z motu
partiu cordis ad inuice magis depurat
et in natura subtiliore conuertit. z tunc
spus vitalis a phisicis nuncupatur/ eo
q a corde p arterias ad totius corporis
membra se diffundit. z spiritualem virtu
tem augmetans/ eius operatioes recti
ficat z custodit. Nam queda arteria a si
nistro cordis ventriculo exies/ in suo or
tu mox in duos diuiditur ramos. quoz
vnus tendit ad inferiora in plurimos di
uisus ramos/ quibus mediantibus spi
ritus vitalis ad omnia inferiora mem
bra vnificada in corpe deportatur. Alter
vero ramus tendens ad supiora diuidi
tur. iterum in tres ramos/ quoru dexter
ad dexterum brachiu. sinister ad sinistru
equaliter se diffundit. In arterijs sic di
uersimode bifurcatis/ transfunditur spi
ritus vitalis per totum corpus/ z vita
lem in arterijs pulsum opatur. Medius
vero ramus ad cerebru se extendit/ z in
feriores ptes viuificans vitalem spiritu
in omnibus partibus circumfundit. Idem
vero spus ad ventriculos cerebri vlteri
us penetras ibide plus digeritur z sub
tiliatur. z in essentia animalis spus/ q
subtilior est ceteris transmutatur. Iste
igit spiritus animalis/ in anteriori ven
triculo cerebri generatus/ pticalariter
diffunditur per organa sentiendi. Nihi
lominus tame pars remanet in eisdem
ventriculis. vt sensus comunis z imagi
natiua virtus pficiatur. Deinde transit
ad medium ventriculu. i. ad cellula lo
gisticam/ ad perficiendum intellectum
Formato aut intellectu/ transit ad pup
pim siue ad cellula memorale z/ impressi
siones in alijs cellulis factas secum de
ferens vt in thalamo memorie repona
tur. A puppi vero. i. a posteriori pte capi
tis id est cerebri/ p medullam spine dor
si. que a phisicis nucha dicitur penetrat
ad neruos motiuos. vt sic motus volu
tarius in omnibus partibus corporis
inferioris generetur. Unus igitur z ide
spiritus corporeus/ subtilis tamen z ae
reus/ propter diuersa officia in diuersis
membris/ diuersis nominibus est voca
tus. Nam spiritus naturalis est in epa
te. spiritus vitalis in corde. sed spiritus
dicitur animalis/ prout in capite opera
tur. Huncquidem spiritum non debem
credere humanam animam siue ratio
nalem animu. sed potius vt dicit Augu
stinus. eiusdem vehiculu et propriu
instrumetum. Mediante enim tali spi
ritu/ anima corpori iungitur. et sine ta
lis spiritus ministerio/ nulla anime ac
tio perfecte in corpore exercetur. Unde
istis spiritibus lesis/ z in suis effectibus
qualitercuq impeditis/ resoluta corpis
et anime armonia/ rationalis spiritus
in cunctis suis operatioibus in corde im
peditur. vt patet in maniacis z in frene
ticis/ et alijs in quibus vsus rationis
sepius non habet locum. et hoc est quia
predictorum spirituum pauore vel vul
nere leditur instrumentum. Istis igit
spiritibus confortatis/ anima conforta
tur. z istis debilitatis vel deficientibus
ipsa anima quo ad regimen corporis de
ficit vel in suis actionibus minoratur/
vt plane dicit Constan. Et hec de istis
spiritibus sufficiant quantum ad psentem
pertinet tractatum.

Ca. XXII. De pulsibus

Cum pulsus spiritus vitalis
sit effectus. restat vt de pul
sibus z eoru proprietatibus ali
qua dicamus. Est itaq pul
sus scdm dyastolem et sistolem. i. est scdm
dilatationem et constrictionem cor
dis z arteriaru motus. Cum igitur cor
in continuo motu existens a centro vs
q ad circuferentiam in sanguinis z ca
loris motu ac in pulsu spiritus vitalis

cōtinue moueatur. ex tali motu vel scʒ ad
extremitates dilatatur. q̄n vero e conuer
so ab extremitatibꝫ ad centrū mouetur
constringitur. cordis igitur dilatatio ad
frigidū aerem attrahendū et cōstrictio
ad aerem fumosum expellendū sunt cau
sa pulsus. Ad hoc aūt necessarius est pul
sus vt dispositio spiritualis virtutis in
telligatur et eius operatio cognoscatur.
Hic itaqʒ pulsus a corde incipit per ar
terias ⁊ ad extremitates corporis se dif
fundit. vnde cōsistentiā cordis ⁊ ei⁹ acti
Est igitur humor quedam substantia actualiter liquida ex cōiunctione elementarium qualitatum ꝑ digestionē in animalis corpore generata apta membra nutrire et eorꝫ actiōes cōfortare naturaliter vel accidētaliter impedire Nam humor est corporum sensibiliū materiale pricipiū ⁊ primum ac precipuū ratione nutrimenti ī suis ꝑagendis actionibꝰ iuuamentum. Sunt aūt humores, vt dicit Constan. vocati elementorū filij ex eorū originaliter cōstitutionum qualitate. Sunt aūt quattuor humores scilicet sanguis fleuma colera et melancolia. qui quidez respectu membrorꝫ dicunt simplices. cꝫuis respectu elementorꝫ quorū sunt filij compositi inueniantur. Hi quattuor humores in quantitate ⁊ qualitate equalitatē proportione debita obseruātes omnia corpora sanguinē habentia ꝑficiūt ac custodiūt in debita cōsistentia sanitatis sicut econuerso ex eorū inequalitate siuē infectiōe infirmitatē generant et inducunt. Fuerunt aūt hi necessarij ad corporis ꝯstitutionem ad ipsiꝰ regimē ⁊ conseruationē ad ꝯtinue deperditorū in corpore restaurationē sicut dicit Gal. sup amphꝫ. Corpus enim subiacet fluxui vt patet in sudoribꝫ ⁊ in spūtis et huiusmodi alteratiōe scilicet de frigiditate in calliditatē et ecōuerso ⁊ corruptiōe q̄ ex fluxitate nimia seq̄tur ex alterātiōe diuturna vt g̃ qd̄ superfluū est in corpe diluatur et deperditū reparetur ⁊ mala alteratio in bonam transmutetur ⁊ per consequēs corruptioni aliqualiter obuietur. necessaria fuit quattuor humorū presentia vt corpus animale in vigore ipsis mediantibus incolume conseruetur. Horū autem humorum generatio sic habet fieri recepto enim cibo in loco decoctionis. primo scilicet in stomacho. subtilior eiꝰ pars et liquidior que a phisicis ptisinatia vocatur ꝑ quasdam venas ad epar trahitur et ibi ꝑ caloris naturalis actionem in quattuor humores transmutatur quorum generatio simpliciter in epate fit ⁊ incipit. sed nō similiter finitur Primo enim caloris actio qd̄ frigidū est et humidum in naturam fleumatis ꝯuertit. Secundo quod calidū ⁊ humidū est in naturā sanguinis transit. quod vero calidum ⁊ siccū naturam colere constituit. Sed qd̄ frigidum ⁊ siccū in substantiam melācolie se cōponit Talis igitur est ꝓcessus. Primo siquidez generatur fleuma tanq̄ȝ humor semicoctus Secūdo sanguis cuius decoctio est perfecta. Tertio colera cuius decoctio tempamētum excedit. Ultima autē melancolia q̄si pars terrestrior ⁊ aliorū fex in esse ꝓcedit. vnde talis est ordo vt dicit Auicē. q̄ elementorū recta ⁊ reciproca est generatio. quia de aere fit ignis ⁊ econuerso humorū autē generatio quedam est recta. sed non reciproca. d̄ fleumate enim ꝑ decoctiōez fit sanguis sed nō ecōuerso Similiter d̄ sangīe fit colera ꝑ calorē intensum siccātē huorē ⁊ subtilatem sꝫ nō econuerso. Simili modo ꝑ adustionem ex colera fit melancolia ⁊ non econuerso Sic enī accidit in generatiōe humorū sicut accidit in generatiōe vini ex musto sic dicit Const. nā feruēte musto generatur quedā spūa supficiē ꝑ eēs ⁊ q̄dā substātia terrea ad fūdū descēdēs et alia ē aquosa fm̄ cꝰ augm̄tū vinū ī substātia est magis debile ⁊ minus calidū. Et quātomagis antiquatur tātomagis fit calidū ꝓpter hūōr aquositat̄ resolutionē

et q̄nto maior est vini puritas. tanto coctio est cōpleta. sic in hūoribus est pars leuitate sua supiora petēs. s. colera. alia velut fex deorsum tendēs. s. melancolia. alia vero in cruditate manēs. s. fleuma. quarta vero est sanguis i sua puritate ꝑmanēs. a ceteris hūoribꝰ depurat̄. Nullus tn̄ sanguis est ita purꝰ q̄n alijs hūoribus sit ꝑmixtꝰ. vn̄ eoꝝ cōmixtiōe speciez variat ꝛ colorē. nā ꝑ cōmixtionē colere appet rufus a melancolia niger. a fleumate aquosus et spumosus.

Ca. VII de sāguine

Sanguis vt dicit Isid. a greco nomē sumpsit. eoq̧ sustentat. vegetat ꝛ viuat. i. vitā cōfirmet. nā sanctire cōfirmare est. Dicit̄ aūt sanguis dū est in corpe effusus vo dicit̄ cruor. eo q̧ effusus currendo corruat. alij aūt vocant sanguinez quasi suauē. eoq̧ gustu ꝛ tactu sit suauis nō enī est sanguis purꝰ ꝛ integer nisi in iuuenibꝰ. Nam dicunt phici sanguinē minui ꝑ etatē. vn̄ in senibꝰ tremor ē ex defectu. ꝓprie aūt sanguis aīmi possessio est. Inde genas lacerare in luctu mulieribus mos est. Vn̄ etiā purpuree vestes ꝛ purpurei flores ponunt̄ sup mortuos. animositatē mortui dū erat in suo sanguine repn̄tantes. Hucusq̧ ysido. li. x. ca. ij. Sanguis aūt ꝫm ꝯstan. inter q̄ttuor humores laudabilior et nature amicabilior est. ꝓpter eius eq̄lem ꝛ ꝑfectā coctionē quā efficit calor temꝑatus ex materia pura ꝛ aerea ad corporis nutrimentum. Est vo sanguis ꝫm eundē cōstan. alius naturalis aliꝰ innaturalis. Naturalis aūt alius est cōtentus in arterijs. alius est in venis. Qui vo est in arterijs calidior est ꝛ subtilior/rubicundior/clarior ꝛ i sapore dulc̄. Est aūt calidior propter cordis ꝛ spūs vicinitatē. subtilior ꝓpter cordis calorē/subtiliantem ꝛ rarificantē. ꝛ hoc vt resumendo ꝑ spissas tunicas arteriaꝝ. facile nō possit in alia membra labi. Rarior autem est propter virtutez colere in ipso. acutior est autem ꝓpter augmentū caloris. sanguis vero in venis cōtentus/est calidꝰ et humidus. inter grossum ꝛ subtilem. mediocris i sapore est valde dulcis/ ol malo carens odore. cito coagulatur cū exierit. Vn̄ talis sanguis epar designat temperatū. Si vo fuerit subtilis aquosus non boni odoris/nec dulcis saporis cōmixtionem alterius hūoris ipm inficientis indicat. Iam enī degenerat in sanguinē innaturalē. Qui sic dicit̄. vel q2 a sua generatōe ē (vt i leprosis) corruptus. aut propter incōuenientez materiā ex q̄ est generatꝰ. ꝛ ꝓpter extraneū humorē cum quo est cōmixtus/modicū autē colere vel alteriꝰ inficientis humoris mixtū cum puro sanguine ipm inficit. et in sue q̄litatis similitudinez ipm trahit. Hucusq̧ cōstant. inꝰ pantegn̄. ix. ca. iiij. Alias sanguis proprietates ponit aresto. in libro aīaliū. iij. dicit enī. Omne anīal hn̄s sanguinē/habet epar ꝛ cor Vn̄ enīa animalia carentia sanguine sunt minoris corpis ꝛ vtutis aīmalibꝰ hn̄tibꝰ sanguinē. ꝛ cum abscidit̄ caro exit sāguis nisi illa mortua fuerit ꝛ corrupta. Item in omni anīali bone dispositionis est sanguis mediocris. q2 nō nimis multus sic sunt potātes vinū nouū nec nimis paucus sicut corporis crassi. q2 anīalia nimis crassi corpis sunt pauci sanguinis/et subito augmentat̄ pinguedo. et quanto/ tanto minoratur sanguis. Item omne corpus sanguineum putrescit cito/et maxime prope ossa. homo enim habet sanguinē subtilem valde respectu aliorum animaliū. quorum sanguis est nigrior et spissior sanguine hominis/ꝛ maxime thauri ꝛ asini. ꝛ sanguis in iferiori parte corpis spissior est ꝛ nigrior q̧ in superiori. Item sanguis qn̄ generatur valde in multa q̄ntitate/ erit causa egritudinis. qn̄ attenuatur ꝛ fit aquosus. et ꝓpter h̄ forsan sudat hō sanguinem. quod q̄dez est vt puto propter supfluam liquidi sanguinis abundātiam a qua se intendit exonerare natura. vnde eiat eius ptes aquosas ad supficiem cutis/et eas expellit per sudorem. Item cum hō dormierit/erit sanguis in manifesto modicus. nec mirum q2 tūc reuocatur a natura in adiutoriū

virtutis naturalis vt ipsius bñficio su
as peragat actiões. vnde qñ tunc se pro
fundit ad interiora extremitas corporis
pallida remãet et exanguis. et pr° h forte
accidit q si corpus tormẽtis pungaf
nõ exit inde tñ sanguinis q̃ntũ si esset
vigilãs Jtẽ dr ibidem. q si sanguis fue
rit bñ coctus. et digestus bñ fit ex eo se
puin. et hoc forsan. quia ei⁹ vnctuositas
per tẽperatã decoctionẽ coagulatur et deal
bata in sepũ vel pinguidinẽ transmuta
tur. Jtem cũ alteratur sanguis a cursu
nature sue et fuerit corrupt⁹ exibit a sto
macho et a narib⁹ Jtẽ cũ putrescit san
guis in aliquo mẽbro nisi reducaf arte
vel natura efficitur ex eo virus et in sani
em cõmutatur. Dicunsq Constan. lib.
iij. Jtem dicit ibidẽ li. xij. vene sunt va
sa sanguis. ex quo patet q sanguis ẽ vl
timus cibus aialis hñtis sanguinẽ Jtẽ
dicit ibidẽ. Jta est sanguis amicabilis
nature q etiã aial carens sanguie ciba
tur p illud qđ cõuenit cũ sanguine: vt
patet in vermib⁹ et muscis q̃ carnib⁹ insi
dent et sãguinẽ sugunt et inde sibi attra
hunt nutrimẽtum pp̃ter h si animal nõ
nutrif cibo isto efficitur macilentum et
male dispositũ. et qñ bene cibatur cre
scit et fit bone dispositionis per talis ci
bi nutrimentũ. et si ille sanguis vñ fit
cibus fuerit clarus et bonus erit corpus
sanum/ et si mal⁹ infirmũ. Jtẽ sanguis
terrestris coagulatur cito propter hũi
ditatis priuationẽ Vñ oẽ aĩal ha
bens subtilẽ sanguinẽ et mundũ atq ca
lidum alijs aĩalibus sensum habet me
liorem. Sanguis enĩ mõs subtilis et ca
lidus et maioris mot⁹ intellectui cõue
nientior est. Jtẽ oẽ aĩal carẽs sangui
ne est maioris timoris aĩali habenti san
guinẽ. pp̃ter h hñs mũdum sanguinẽ et
calidum et leuez nõ mouetur nisi modi
cum pp̃ter timorez. Jtẽ sanguis thau
ri cõgelatur citius et coagulaf sanguine
oĩm aĩalium alioꝝ. Sanguis enĩ oĩm
animaliũ coagulaf ſm magis et minus
p̃ter leporis et cerui et sibi similiũ in na
tura quoꝝ sanguis nõ coagulatur. vt di
cit Aresto. Sanguis thauri n⁹ sic dicit
idẽ li. iij. et. xij. maxime est coagulatiõis
et velocis. et h forsitan pp̃ter excessum
caloris et siccitat. vñ haustus crud⁹ in
terficit sicut venenũ. Vñ de quodã p̃bo
dicif q hausto sãguie thauri se peremit
Jtem idẽ li. xiij. sanguis in p̃te dextera
calidior est q̃z in sinistra. Et iđ pp̃ter vi
gorẽ calidi sanguis i p̃te illa man⁹ dexte
ra p̃nior est ad operandũ et habilior q̃z si
nistra. Vñ dicit aresto. li. i. q leo pri⁹ mo
uet pedẽ dextꝝ q̃z sinistꝝ. et sup amphoꝝ
dicif q mulier portans masculũ subito
vocata ab aliquo primo mouet pedem
dextꝝ q facit calid⁹ sanguis q̃ in cõcipiẽ
te masculũ cõpletius operatur. Jtẽ in eo
dẽ libro dr q sanguis prima et p̃cipua
est materia cordis et epatis. Vñ et cor cõ
cauum est ad sanguinẽ copiosius reci
piendũ et spissum ad eundẽ diligẽter
custodiendũ. et in nullo mẽbro est san
guis sine venis nisi in corde tñ et d cor
de exit p q̃sdam venas ad alia loca cor
poris et nõ venit aliũde sanguis ad cor
qm̃ fons et principiũ sanguinis mẽbꝝ
primũ recipiens sanguinẽ. et h manife
statur ex anathomia et mõ generatõis
q2 prima creatio cordis apparet sangui
nea. Unde ſm aresto. cor est primũ san
guinis receptiuũ. et iđ in medio ponif
vt eum transfundat tanq̃z a medio et a
centro ad oĩa alia membra. vnde dic
q cor est mediũ totius animalis a quo
p̃cedit motus et sensus et vita tot⁹ ani
malis. Et ideo cor est in omnib⁹ haben
tibus sanguinem. quoniam necessario
principiũ sanguinis est et non epar.
Hec omnia aperte dic Aresto. libro. xiij
q̃uis de p̃ncipio sanguinis alio modo
sit scriptum i libris medicoꝝ. sed de ista
controuersia nihil ad nos. quia vtraq
positio vl' opinio nobis deseruit quo ad
nostram intẽtionem. Ex predictis igi
tur autotum sententijs breuiter recol
lige q sanguis naturalis est purus et ca
lidus subtilis dulcis animalis nutribi
lis virtutis naturalis conseruatiuus se
des anime/ et ipsius contẽtiuus. iuuen
tutis p̃fectiuus. complexionis alterati
uus. vigoris cordis et spirituũ conser
uatiuus. letificatiuus/ amoris excitati
uus sui. diffusione in supficie corporis

ipsius coloratiuus. sanus et temperatus sanitatis conseruatiuus. corruptus corruptionis inductiuus. vt patet in lepra que est sanguis corruptus in fontibus /et cum alijs humoribus admixtus malicie eorum est temperatiuus. sua virtute doloris oculorum mitigatiuus. vt dicit Constan. quod sanguis columbe vel yrundinis de ala dextera extractus oculis calidus instillatus maculas abstergit oculorum. sanguinis enim talis valde est ignitiuus et dissolutiuus. sicut ibidem dicit commentator in viatico in tractatu de pannis et maculis oculorum in fine.

Capi. VIII de sanguinis mala proprietate.

Unt etiam sanguinis quedam proprietates minus laudabiles alijs supradictis. nam quanto bene dispositus nature est amicabilior et vtilior/ tanto cum corruptus fuerit eidem est nociuior/ et grauiores infert corpori passiones. Nam aliorum humorum malicia sanguini admixta propter amicabilitatem eius ad naturam non se ita subito manifestat. et ideo ab eorum lesione sibi natura minus precauens latentem ipsorum maliciam non formidat. vt patet in febribus enutriceis et alijs mixtis in quibus colera rubra vel adusta sanguini admixta /non ita cito se nature vel medici iudicio manifestat. vt dicit Gal. super amphorum. Item sanguis si fuerit in corpore superfluus menstruosas in hominibus generat passiones nisi nature vel medicine beneficio euacuetur citius/ vt patet in sanguine menstruali qui propter superabundantiam humiditatis et caloris indigentiam in mulieribus existens si vltra debitum retineatur pessimarum causa est et occasio passionum. Inducit enim quandoque spiritualium suffocationem. quandoque ydropisim/ quandoque etiam frenesim/ siue manifestam passionem/ put ille sanguis corruptus nimis diu retentus ad diuersas transfunditur corporis regiones/ sicut in passionarum libro Gal. expressius continetur. Unde contra talia pericula summum remedium est talis sanguinis corrupti euacuationem citius procreare/ nec mirum si sanguis sic corruptus proprium subiectum sic molestat. qui alienum etiam mirabiliter inficit et molestat siue immutat. Nam vt dicit ysidorus libro. x. capitulo. ij. sanguis menstrualis contactu fruges non germinant. acescunt musta. moriuntur herbe. arbores amittunt fructus. ferrum rubigo corripit. nigrescunt era et metalla. quod si canes inde comederent in rabiem efferuntur. glutinum asphalti quod nec ferro dissoluitur. nec aquis ipso pollutum sponte dispergitur/ vt ibidem dicit ysidorus. Hic sanguis ex superflua humiditate et debili calore in corporibus multum generatur. et ideo ne natura ex eo grauetur in matrice recolligitur tanquam in sentina. a qua si debito modo expulsus fuerit corpus totum mollificando alleuiat/ et ipsam matricem ad conceptionem disponit et habilitat. Unde dicit Aresto. libro. ix. menstruum in fine mensis in mulieribus maxime viget. et ideo tunc vtiliter expellitur sanguis talis. quia sicut dicit Ysidorus libro. xvi. sanguis menstrualis non habet certam temporis reuolutionem. sed in maiori parte accidit in diminutione lune. et hoc est rectum. quia corpora animalium sunt tunc temporis frigidiora/ et alteratur sanguis. et efficitur ex eo superfluitas menstrualis. que si tunc expellitur talis euacuatio laudabilis est et naturalis. quia si vltra tempus vel propter grossiciem sanguinis vel propter altitudinem matricis/ vel propter defectum expulsiue virtutis retineatur multis molestijs periculosis corpus mulieris aggrauatur/ quod quidem generaliter est verum. a quartodecimo anno vsque ad quinquagesimum quia in iuuenculis meatus sunt angusti et virtus debilis. A quinquagesimo vero anno in antea sanguis minoratur et frigescit. calor destruitur et tepescit. Unde iste due etates a tali immundicia sunt immunes. scilicet senectus vetularis et iuuentus puellaris / retinet tamen natura sanguinem menstrualem post mulierum impregnationem ad nutrimentum fetus et conceptus conseruationem. Un

Arestoteles.libro.xv. Menstruum est
sanguis nō purus.sed indiget digestio
ne operatiua.hic sanguis mixt⁹ cū sper
mate/cibus est in animali. Unde muli
er post conceptionē frequenter patiens
fluxum mēstrualem/solet facere abborti
uum.aut enī debilitat̃ fetus aut morit̃
et hoc propter nutrimēti subtractionē
Unde retentio sanguinis menstrualis
signū est impgnatiōis etiam dicta cau
sa.quod aūt superfluit de sanguine men
struali detrahitur ad mām̃illas.vt inde
lac generet̃. Materia enī lactis est san
guis decoctus in mām̃illis vt dicit Are
stoteles libro.xvi.⁊.xviij. Lac inquit ē
sanguis digestus nō corruptus. Item
oportet vt fluxus sanguis menstrualis
actualiter sit i corpe anteq̄ȝ mulier im-
pregnetur.sicut dicit Aresto. libro.xv.
et constātinus.sicut opȝ arborē primo
florere q̄ȝ fructus facere. Item quando
venit talis fluxus naturaliter semp ac-
cidit in etate lune/etati etiam mulierȝ
conuenienti. Item aues et aīalia nō
patiuntur talē fluxum.quia totalis sup
fluitas transit in plumas ⁊ in pilos.vt
dicit arestoteles. Item dic̃ rufus. mu
lieres nimis se exercentes ⁊ sepius mo
uentes/nō multū menstruant. sed que
quiescūt ⁊ multū comedūt/suauiterq̄ȝ
viuūt.tales multa purgatione indigēt
Item quando sanguis talis vel frigidi
tate vel crassicie/ora venarū constrigen
te debito modo non exit.ad exeundum
alias vias querit vt venas narium et
emorroydarū quas si clausas inuenerit
ad alia membra se diffundit.⁊ grauem
nature infert passionē. Nam tales vt
dicit in viatico Constan. defectū appe
titus patiūtur.nam cibaria bona abhor
rent.puluerē vero carbonū et lateȝ ap-
petunt et similiū.nam sanguis retētus
in maliciosum fumū terrestrem et pon-
ticum conuertitur quo rapto ad orifici
um stomachi appetitus rationalis sub
uertitur et irrationalis generat̃. Un
de omnia talia corpora sunt maximis
morbis apparata. (mate.

Capit.ix.de fleu-

Fleuma sm̄ Johannē est humor
semicoctus actione caloris im
perfecti ex frigida ⁊ hūida nat̃a
generat⁹. Et arestoteles dicit libro.xv.
Fleuma est cibi superfluitas que nō di-
geritur. Eadem enī est materia sangui-
nis ⁊ fleumatis.sed differūt sm̄ decoctō
nem maiorē vel minorem.vnde de fleu
mate fit sanguis ꝑ ampliorem caloris
agentis intensiōem.nō tamen econuer
so.sanguis enī in fleuma nunq̄ȝ trans
mutat̃/sicut colera mutat̃ in melancoli
am.sed non ecōuerso vt dicit auicenna
Est autem fleuma humor naturaliter
frigidus.humidus et insipidus/quem
natura mandat per mēbra vt digeratur
et ex ipo digesto corp⁹ nutriat̃. Notan
dum q̄ fleuma aliud est naturale aliud
innaturale. Naturale aūt frigidum et
humidū/in colore album/in substantia
fluidū/in sapore parum dulce vel tota-
liter insipidū. in epate tamen generat̃
vbi sedes est caloris. Est tamen habile
vt in sanguinē transmutetur. et facta
completa transmutatione corpus inde
sustentetur. Fleuma enim q̄ȝuis de se
sit grossum et insipidū per intensionem
tamen caloris ipm̄ immutantis forme
et saporis sanguinis qui est dulcis/est
susceptiuū.vt patet in fleumate/quod
dicitur esse dulce. Unde ꝓpter vicinita-
tem et similitudinē quam habet cum
sanguine indigent eo omnia mēbra cor
poris.et ideo natura prouida fecit illō
cum sanguine per venas totius corpis
transire propter necessitatem/⁊ etiam
propter vtilitatē. Nam vt dicit Con
stantinus.deficiente sanguine digerit ca
lor fleuma.quia inde intēdit membra
reficere et nutrire. Unde in hoc nobili⁹
est fleuma colera et melācolia. quia re
ctificari non possunt vt ex eis fiat san
guis cui⁹ beneficio vigent ⁊ nutriūtur
membra corpis vniuersa. Est etiam ei⁹
presentia cum sanguine necessaria vt ei⁹
frigore sanguinis feruor temperet̃.⁊ li
quiditate fleumatis spissitudo sangui-
nis in temperie ꝯseruetur.⁊ sic facilius
et expeditius ad singula membra nutri
mentum sanguis deportetur. Unde etiā

est iũcture membroꝝ et alias ptes mobiles suas liq̃da hũiditate hũmectare ne ex calore motus vel ex sanguine calido casu aliquo a suo officio retardentur. quia siccitate insuper inducta impediantur. Fleumatis aũt innaturalis q̃tuor sunt species: Est enĩ acetosum frigidũ ⁊ siccum propter melãcolie admixtionem. salsum calidũ ⁊ siccũ propter colere rubee infectionem. dulce propter sanguinis participatõem Vitreum sic dictum propter coloris vitri assimilationem. tale enim omino elongatur a colore. et ideo ceteris eius speciebus illud est compactiꝰ et difficilius ad digerendum ⁊ in sanguine conuertendũ Hic humor si corruptus fuerit/ diuersas generat in corpe infirmitates cuius superabundantia (vt dicit Constantinꝰ) cognoscitur per diuersa. nam vere fleumaticus est corpe reses/ grauis ⁊ tardus ⁊ sensu ebes/ mẽte obliuiosus/ carne mollis et fluidus/ colore liuidus/ albidus i facie/ corde timidꝰ/ sputis et excreationibus multis plenus. piger ⁊ somniculosus/ parui appetitus/ parue sitis/ nisi sit salsum fleuma. quia tũc salsus sapor in ore sentitur propter calidi humoris admixtionẽ/ crine mollis et flauus ⁊ laxus cuius pulsus est mollis/ grossus et tardus. vrina alba spissa cruda ⁊ discolorata. statura pinguis et grossa i extremitatibꝰ breuis ⁊ curta/ cuius cutis superficies plana et lenis ac a pilis denudata. somniat de aquarũ minium et pluuiarũ inundatiõe/ nauigatione in aq̃s frigidis/ et etiam natatiõe. talis complexionis homines solent frigidũ morbum sepius incurrere et ipso fatigari. et precipue tempe hyemali. quia tunc tempis qualitates fleumatis. scilicet frigiditas ⁊ humiditas intendũtur. vt dicit Constantinꝰ. quere supra de proprietatibus frigiditatis ⁊ humiditatis.

Cap. x. de colera

Colera sm̃ Ysidoꝝ dicta est eo q̃ in humore colerico calor tẽperamentum excedat. Colera alia naturalis/ alia innaturalis. Naturalis est que naturaliter est calida ⁊ sicca et in saubstantia subtilis/ in colore rubea clara. in sapore amara cũ quodam acumine/ que q̃nto est calidior/ tanto est in colore rubicũdior ⁊ in sapore amarior. que cũ in corpore generatur in duas partes diuiditur/ quarũ vna transit cũ sanguine ⁊ alia trãsmittitur ad cistam fellis. illud autem quod vadit cũ sanguine penetrat cum ipo causa necessitatis ⁊ iuuamenti. necessariũ eniz fuit vt sanguini admisceretur ad aptificandũ sanguinẽ ad membra colerica temperãda et nutrienda. quoniã in hoc sanguine oportz esse colerã rubeaz actualiter sm̃ debitã proportionẽ huiusmõi membroꝝ iuuat etiam vt sanguis subtilietur vt facilius transeat per angustos meatꝰ ad interiora corpis nutriẽda. alia vero pars q̃ ad cistam fellis trahitur/ transmittitur ad ipsam causa necessitatis ⁊ etiã iuuamenti. necesse enim fuit ꝓpter mũdificatõez totius corpis ⁊ propter nutrimentum ipsius fellis. iuuat etiam stomachũ et intestina calefaciendo ⁊ pungendo. vt a superfluis se exonerent. ideo enim sepe accidit torsio et ventris dolor ⁊ colerica passio. quia via opilatur q̃ est inter fel et intestina. Innaturalis colera est q̃ egreditur a natura propter aliquod extrancum sibi commixtũ. nam cõmixto cum colera rubea fleumate aquoso/ generatur colera citrina que pre ceteris est nimis calida ⁊ nocina. si vo fuerit fleuma grossioris essentie et spissioris inde colera vitellina. iste due species sũt note. Tertia species ẽ colera quedã prassina in colore viridis et amara acuta. sicut herba que prassium. id est marrubium vel porrus nũcupatur. nascitur aũt in stomacho illorum qui continue vtuntur herbis nimis calidis. vt porris cepis alleis ⁊ nastracijs. et huiusmõi. et forsitan a talibus herbis viridibus ⁊ crudis in colore contrahit virorem. et sic Gal. visum est. Auicenne aũt visum fuit q̃ prassina generatur ex colera vitellina. quando nimis aduritur. cũ enim aduritur adustio in ea facit nigredinem ex q̃ cum citrinitate mixta viriditas intro-

ducitur. Eruginosa vero colera est quar
ta species que per vlteriorē adustionē
generatur ex prassiua. quādo enim tan
tum aduritur q̄ eius hūiditas desic
catur. tūc declinat color eius ad albedi
nem qualis est color cineris. nam calor
in humido corpe primo nigredinem ef
ficit. deinde consumpta totaliter humi
ditate albedinem quādam introducit. vt
est videre in lignis que prius q̄ conuer
tant in cinerē cōuertunt in carbonē. Fri
giditas vero econuerso in humido facit al
bedinē. in sicco aūt nigredinē operat. s3 hec
vltima in omnibus alijs peior est et ve
nenosior/ cuius venenosa qualitas pessi
mas et mortiferas inducit in corpore
passiones sicut herisipylam et noli me
tangere/ et cetera huiusmodi. Humor
igitur coleric⁹ naturalis non excedens
terminos nature est aliorum humorū
subtiliatiuus digestionis confortatiu⁹
fecis et putredinis mūdificatiuus cor
poris s̄m dimensionē lōgitudinis ⁊ la
titudinis distensiuus/ animositatis et
audacie generatiuus mobilitatis et le
uitatis effectiuus ad iram ⁊ ad appeti
tum vindicte excitatiuus. venerei appe
titus prouocatiuus virtutis expulsiue
adiuuatiuus materie grosse attenuati
uus. ⁊ a centro vsq3 ad circumferentiā
diffusiuus s̄m citrinitatem vel nigredi
nem superficiei substantie in colore mu
tatiuus. Unde colerici generaliter so
lent esse iracundi animo/ immansueti
leues et instabiles impetuosi in corpo
re longi tenues ⁊ macilenti colore fusci
in crinibus nigri et crispi pili hyspidi
et hirsuti. tactu calidi pulsus fortis ⁊ ve
locis. eorum vrina in substantia est te
nuis ⁊ subtilis in colore ignea rutilans
et clara. Hec colera si in aliqua parte
corporis fuerit corrupta molestissimas
infert corpori passiones. quarū hec sūt
generalia signa. sicut enim dicit Con
stantinus in pantegñ. libro. ix. caplo. ij
Si corpori dominetur colera corrupta
erit cutis glauca vel citrina ⁊ erit defe
ctus appetitiue virtutis. amaritudo sen
titur in ore. ita q̄ dulcia videntur ama
ra ⁊ sapida insipida pūctura et ardor in
stomacho calido ex fumo pūgente ner
uos stomachi et mordicante. abomina
tio cum vomitu colerico cu3 siti lingue
siccitas ex fumo calido trabeam arteri
am desiccante et humorē saliualem cir
ca neruos lingue consumentē. oculorū
cōcauitas cum humido aspectu pulsus
subtilis ⁊ velox et spissus. vrina rubea ⁊
intensa dolor capitis grauis. vigilia et
alienatio mentis. horribiles visiones
in somnis. tales enim somniant de igi
ne et fulgure. et stupenda aeris inflam
matione quod fit ex igneo fumo peten
te cerebrum et ymaginatiuā immutan
te. Et tantum de colera et specieb⁹ eius
diuise s̄m Galienum ⁊ Auicennam ad
presens dicta sufficiant. Sequitur vlti
ma proprietas substātie corporee quar
ti libri que dicitur melancolia.

Capitulum. xi.

De melancolia.

Melancolia est humor spissus
et grossus. ex fece et turbulen
tia sanguinis generat⁹. Et di
citur a melon quod est niger ⁊ colim q̄d
est humor. Unde dicitur melancolia/
quasi niger humor. Unde a phisicis co
lera nigra nuncupat. nam color eius de
clinat ad nigredinem. Est autem melā
colia alia naturalis alia innaturalis. Na
turalis est frigida et sicca que fit in san
guine sicut fex in vino habet generari
cuius substātia est spissa/ et terrestris
cui⁹ sapor inter dulcedinem et ponticita
tem existit vicinus accipienti. Hec me
lancolia in duas partes habet diuidi.
quarum vna remanet cum sanguine et
penetrat secum ad membra causa et ne
cessitatis ⁊ iuuamenti. fuit enim necesse
vt cum sanguine misceretur. vt aptifi
caret sanguinem/ ad membra melan
colica nutrienda. Juuat etia3 sanguinē
quia inspissat ne sua liquiditate subter
fugiat digestionē. Secunda pars vero
transmittitur ad splenem propter ne
cessitatem et iuuamentum. necesse eni3
fuit hoc propter mūdificationem totius
corporis/ et propter nutrimentum ip

sius splenis. Iuuamentum vero est vt profluat in os stomachi. vt scilicet ipm fortificet/inspisset. et vt ibi puncitũ faciat. et sic excitet famem et cooperetur ad desiderium nutrimẽti. Illud autem melancolie quod est superfluum sanguinis transmittitur ad splenem. et quod a splene egreditur/ est illud quo indiget splen ad sui nutrimentum / et sicut colera rubea iuuat stomachum ad expellenda superflua inferius. sic ꝛ melancolia iuuat virtutem appetitiuam superius. Dicitur autẽ fex sanguis potius q̃z colere vel fleumatis. quia resudat ꝛ separatur a sanguine/sicut descendit ypostasis vrinalis siue sedimen in liquore. de fleumate vero nihil resudat nec descendit propter eius viscositatem. similiter nec de colera propter eius subtilitatem. et ideo fex colere vł fleumatis non vocatur. Melancolia autem innaturalis non est ad modum ypostasis siue residentie et fecis. sed per modum adustionis et cinereitatis. et hoc accidit istis modis. Agẽs enim calor nimis in substãtia fleumatis ipsam adurit et per adustionem nimiam in coleram adustam conuertit. ꝛ si fuerit humor primo subtilis et aquosus quando aduritur. efficitur salsus. et si fuerit grossus trahitur ad acredinem vel ponticitatem. si vero contingat sanguinem aduri vel incinerari/. cinis eius fit salsus cum quadam dulcedine pauca. sed quando contingit melancoliam naturalẽ aduri/. illa adustio seu cinis erit acris sicut acetũ. et cũ cadit in superficiem terre ebullit/cuius odor est grauis et acris sicut acetum/ quod musce fugiunt propter odoris horribilitatem et illa siquidem que magis est acris deterior est. Si vero melancolia quando aduritur grossioris fuerit substantie/ erit cinis eius minoris acredinis cum ponticitate pauca que cadens super terram minus ebullit et minus in vmbra penetrat/nec est minus maliciosa et venenosa / s3 ita cito perimit. sic prima. Nec colera nigra nature inimica pessimas habet ac mortiferas qualitates. morbos eni3 inducit incurabiles/ sicut cancrum et lepram / et huiusmodi. Ex admixtione igitur per adustionem nimiam incinerati fleumatis sanguis et melancolie naturalis/ melancolia innaturalis et pessĩma generatur. ꝛ cum ex fleumate per decoctiõem generetur sanguis. et ex sanguine per intensiõem generetur colera. ex colera vero melancolia. Impossibile est ex ea humorem vlterius generari. sed tantummodo incineratur et ex illa incineratione naturalem humorem inficiente. ille humor pessĩmus accidẽtaliter procreatur vt dicit Constantinus libro primo capitulo. xxiij Istius humoris dominantis in aliquo corpe/ hec sunt signa. Primo quia color cutis mutatur in nigredinem vel liuorem sentit acidum saporem /ponticum et terrestrem fm humoris qualitatem Patiens animo est timidus sine causa/ passio eius est melancolia. Unde omnes hanc passionem habentes sine causa sunt timidi sepius atq3 tristes. Et hoc ex melancolico humore cor constringente. Unde sic tristes interrogati quid timeant vel pro quo doleant/ non habent quid respondeant. Alij tamen sibi mortem imminere putant irrationabiliter. alij inimicicias alicuius formidant. alij mortem diligunt et desiderant. Unde galienus in libro passionum. Non est mirum inquit si patiens coleram magnã tristiciam vel mortis suspitionem patiatur cum exterius in corpore obscuritate nihil sit timidus. Unde quando aliquod obscurum. vt est fumus melancolicis operit cerebrum. necesse est vt patiens timeat/. quia causam vnde timeat secum portat. et ideo somniat terribilia et tenebrosa et visui pessĩma et in odore fetida. vel sapore accsa. ex quibus omnibus generatur melancolia passio : Item maniace et melancolice dispositionis est quando tales de tristabili gaudent et rident. De re vero exultanti plangunt / atq3

dolent. Item tales pertinaciter tacent
vbi esset loquēdum ⁊ insolenter loquū
tur vbi esset tacendum. Item alij pu
tant se esse vas fictile terreū et timent
tangi ne rumpantur atq3 frangantur.
Item quidam putant se pugno mun
dum claudere et omnia in manibus cō
tinere. et ideo manus ad cibum non ex
tendunt. timent ꝙ si manus extende
rent partes mūdi defluerent ⁊ perirēt.
Item quidā putant angelū tenere mū
dum et pre tedio velle mundū dimitte
re cadere. et ideo manus erigunt et hu
meros volentes mūdum corruentem
sustinere et multū recalcitrant quando
man⁹ et humeros a medicis supprime
re compellitur. Item aliq̄bus videtur
ꝙ caput nō habeant. vel si putent se ha
re illud. putant caput esse plumbeum
vel asininū seu aliter mōstruosum. Itē
alij audiētes gallos cantare brachia eri
gunt ⁊ sese percutiūt et cantātes se esse
gallos credunt. et tandem nimis cla
mantes rauci in clamādo vel muti fiūt
Item alij in suspitiōem pessimam irre
uocabiliter incidūt propter quod ami
cos odiunt vituperant et confundunt.
Imo quādoq3 percutiunt ⁊ occidunt. has
et multas alias mirabiles incurrūt me
lancolie passiones. prout refert Galie
nus ⁊ alexander. et multi alij autores.
quas quidē longū esset per singula enar
rare. ⁊ hoc quotidie ad oculū experimur
sicut nuper accidit quādam nobilem ad
tantam desipientiā melancolie vicio
deuenisse ꝙ modis omnibus murilegū
se putabat. Vñ alias q̄3 sub lectis vbi
catti insidiātur muribus quiescere nō
valebat. forte tali pena peccatis suis exi
gētib⁹ percussus fuit Nabuchodonosor
qui (prout dicitur in historijs) bestiam
triformem scilicet leonem. aquilā et bo
uem septem annorū spacio se putabat
Hec autem de melancolia ⁊ de alijs hu
moribus naturalib3 quātum ad hoc per
tinet opusculum dixisse nūc sufficiant.

Explicit liber quartus.

Incipit quintus liber de dispositione membrorum.

Dicto de
proprietatibus hu
morū restat aliqua
dicere de dispositiōe
membrorum que ex p̄
dictis humoribus
componuntur. Et primo de ꝓprietatib3
eorum in genere. deinde de singulis in
specie dicendum est aliquid.

Capi. I. De membrorum ꝓprietatibus in generali.

n
Am vt dicit Auicenna. Mem
bra sunt corpora ex prima humo
rum cōmixtione procreata. Vel
vt dicitur sup Jo. Membrum est fir
ma pars et solida animalis ex similib3
vel dissimilibus composita ad aliqd spe
ciale officiū deputata per hoc ꝙ dicit fir
ma ps differt mēbrū a pte q̄ non est fir
ma vt est spiritus. per hoc aūt ꝙ dicitur
ex similib3 vel dissimilib3 cōpositū insi
nuatur mēbrorum duplex diuersitas sim
plicium siue consimiliū et compositorū
siue officialiū. nam consimilia membra
dicuntur et simplicia. quorum partes
eiusdem nature sunt cū toto. vt quelib3
pars sanguinis est sanguis. et sic de alijs
et huiusmodi membra. scilicet similia
organicis et officialibus membris na
turaliter sunt priora vt puta ea compo
nentia. sicut principiū cōponēs est cōposi
to prius. orgāica siue officialia mēbra di
cunt ex cōsilib3 generata ⁊ statuta q̄ ad
cōpletionē sensus et mot⁹ sunt anime in
strumēta. vt man⁹ pes ocul⁹ ⁊ c̄silia. fu
it enī necessariū ꝙ in q̄litate ⁊ q̄ntitate
diuersa essent vt actio anime cōpleret
Natura enim fecit corporis instrumenta
virtuti anime cōgruentia. virtutes enī
anime sunt diuerse. ⁊ ideo mēbrorum diuer
sitates sunt necessarie. vt patz in manib3
in quib3 sunt multi digiti in q̄ntitate ⁊
in q̄litate diuersi vt per eos possint ma
gna sicut minima retineri. Cū igit sit tri
plex anime actio. sc3. animalis naturalis

et spũalis sic sunt membra istis opera-
tionibus anime necessaria. vnde mem
bra animalem virtutẽ sequentia dicũ/
tur animata q̃ fuerũt necessaria ad sen
sum formandũ et motum voluntarium
in omnib' animalibus. sicut cerebrum
neruí oculi et alia instrumenta sensuũ
Membra vo virtuti vitali obedientia
dicũtur spẽaliter vitalia q̃ facta sunt
propter anhelitus ⁊ vitalis spiritus at
tractionẽ et caloris mitigationem ⁊ vi
te conseruationẽ vt cor/pulmo. ⁊ huiuſ
modi. membra aũt virtuti naturali de
seruientia dicũtur naturalia ⁊ nutriti-
ua/quorum quedã sunt nutritiua. q̃ scꝫ
cibum in membrorũ substãtiam trans-
mutant. sicut stomach' epar ⁊ huiusmo
di. Quedam vero sunt generatiua ad
conseruationẽ spẽi vt scilꝫ specificarenſ
generalia ⁊ indiuiduarenſ specificata.
Cũ enim omia indiuidua consumman
tur/necesse est vt per vim generatiuam
ne penitus pereãt reparẽtur. et sic in esse
specifico saluentur. Habent aũt hec mẽ
bra sibi alia deseruientia et adiuuãtia
mutuo enĩ membra sibiinuicẽ submi-
nistrant. Hec autem membrorꝫ subser-
uientiũ vtilitas est multiplex. scilicet
preparatoria. purgatoria. defensoria. ⁊
deportatoria Prima itaq; sunt prepara
toria sicut organa sensuũ deseruiũt cere
bro cordi. pulmoni. epati. stomacho/et
cetera instrumẽta cibabilia. Secunda
sunt deportatoria/sicut sunt nerui q̃ su-
scipiunt spiritum animalem a cerebro
et deferunt ad singula membra. ad mo-
tum ⁊ sensum faciendũ. Similiter ⁊ ar
terie deseruiũt cordi/⁊ vene epati. nam
spiritũ suscipiũt arterie a corde ⁊ defe-
runt ad pulsuꝫ faciendũ. et vene sangui
nem ab epate ad corpus nutriendum.
Tertia sunt purgatoria. scilicet ea que
expellunt sup̃flua ⁊ nociua. sicut forami
na narium in capite et meatus per que
cor emittit sup̃fluã fumositatẽ pulmo-
ni vt emittatur. Similiter cista fellis
et splen purgant epar a sup̃fluitatibus
colericis ⁊ melancolicis. sic renes mun
dificãt ab aquosis. Quarta sunt defen
soria/sicut duo panniculi cum craneo

defendunt cerebꝝ a nocumẽto et lesiõe
et dicitur a phisicis dura mater et pia
mater. Similiter ossa pectoris defendũt
cor et lacerti ⁊ testudines costarũ defen
dunt epar. Inter membra vo spiritua
lia cor est principalissimũ. quia totius
vite aĩalis est principiũ ⁊ caloris na
turalis fundamentũ. Cuius adiuuati
ua sunt pulmo/panniculi/lacerti et ar
terie/quorum motu aer ad cordis re-
frigerationem attrahitur/et fumosus
calor sup̃fluus ab ip̃o remouetur. cu-
ius defensiua interius sunt sui pannicu
li dyafragma. ⁊ huiusmoĩ. Membrorũ
naturaliũ ⁊ nutritiuorꝫ prĩcipale ẽ epar
in quo sanguis digeritur vnde corpus
nutritur cui' ministerio vicina sibi mẽ-
bra deputãtur. Ex predictis patet q̃ q̃
dam sunt membra principalia. q2 aliorꝫ
membrorꝫ inferiorum sunt principia ⁊
radicalia fundamẽta. Quedam vo sũt
officialia que influentiã virtutis reci-
piunt a p̃dictis et ad conſuationẽ ani
malis sibiinuicẽ administrant Quedã
vero sunt similia que a constãtino vocã-
tur omogenia. id est simplicia. et hoc ab
omo quod est vnũ ⁊ meros qd̃ est pars
quia vnius generis sunt cum partibus
suis quo ad naturã. q2 quelibet pars vi
sibilis carnis est caro/et q̃libet pingue
dinis est pinguedo. et sic de alijs Recol
lige igiť ex predictis q̃ membra nature
artificio ordinata sunt corpis animati
perfectiua. Sunt etiã influentie ⁊ vtu-
tis ab anima receptiua. Item quadaꝫ
mirabili p̃portione armoniaca pariter
sunt coniũcta. Nam minora maioribuſ
et maiora minorib9 neruis ⁊ alijs liga
mẽtis p̃iter coaptãť Itẽ sibi mutuo sũt
admĩstrãtia. ⁊ suarꝫ vtutũ ⁊ opationum
pariť cõmunicatiua. Nã supiora iferio
rib' administrãt influẽtiã ⁊ gubernatiõꝫ
inferiora supiorib9 supportationẽ. Me
dia vo vtrisq; ipendũt copulã ⁊ coopa
tionẽ. Oculi enĩ inferiora mẽbra diri
gunt et rectificant. Pedes vero ⁊ crura
pondus aliorum sustentant et suppor
tant. sed manus et brachia vtraq; ad-
iuuãt et defensant. Item mẽbra q̃diu
reguntur ab anima sana permanent ad

completionem sue actionis et perfectionem corporis sunt vtilia. sed priuata a regimine spirituum residuo corpori sunt nociua. Item membra pure et imperturbate complexionis ad obediendum actioni spiritus sunt abiliora. Unde dicit Arestoteles libro xviij. quod caput ideo est parue carnis et etiam pinguedinis propter meliorem sensum et intellectum. Et hoc forsan ideo est quod spiritus in neruis sensibilibus per carnis grossiciem in suo transitu nimis impeditur. Item tanta est connexio inter membra/ quod propter mutuam adinuicem colligantiam sibi mutuo compatiuntur. Unde membrum minus compatiens condolet amplius patienti. et ideo si vnum membrum lesum fuerit ad locum doloris confluunt humores aliorum membrorum. sicut dicitur in amphorismis. Dolor membri maior superueniens dolorem alterius membri denigrat et eius diminuit sensibilitatem. vt patet in freneticis quibus si fortiter brachia ac crura constringuntur dolor capitis diminuitur. quia ad constrictum membrum confluxit spiritus et humores ex quo superius caput alleuiatur. Item membra quanto sunt nobilioris substantie et compositionis vehementius et citius sentiunt molestiam cuiuscumque lesionis. vt patet in oculo qui grauius leditur puluere modico quam manus vel pes magno vulnere. Et hoc accidit propter oculi nobilitatem. quia in eo spiritus sensibilis plus dominatur. Unde lesio quantumcumque modica in iuncturis membrorum in sensibilibus neruis maxime est nociua. quia per impedimentum talium membrorum potissime et citissime impeditur virtus sensibilis et motiua. et dissoluitur totius corporis armonia. Item in membrorum procreatione ex errore nature aliquando accidit quod membra fiunt superflua et monstruosa. sicut dicitur libro animalium xvij. quod sepe sunt visa animalia habentia vnum corpus et multa capita. sicut apparuit serpens vnus duo habens capita. nec hoc est mirum/ nisi quia rarum. quia vnum ouum aliquando habet duo vitella/ que tamen ad inuicem vna tela sunt distincta. et hoc accidit propter concursum duorum spermatum/ que diuerso tempore tamen propinquo mutuo se contingunt. Et dicit idem quod ex tali ouo accidit membrum monstruosum. sicut pullus habens vnum corpus et quattuor pedes et quattuor alas habere est visus. Et secundum arestotelem ibidem hic error monstruosus maxime habet locum in ouibus. et in capris et in animalibus multorum filiorum. Et ideo dicit quod visus est caper habens in cruribus cornua in antiquis temporibus. Ista autem monstruositas in membris superfluis generaliter accidit ex superfluitate materie et defectu virtutis informatiue. vt dicit ibidem in eodem. Unde debemus estimare quod ista monstruositas in membris accidit ex materia. quando vero fortis est virtus operatiua et materia est modica. vel occasione alicuius diminuta. tunc quidem contingit multa apparere membra. sed in omnibus incompleta. quia virtus propter defectum nature complere non potest. quod intendit sicut dicit idem virtus operatiua forte operans operatur/ nihil perfecte. scilicet vel complete. Augustinus autem recitat in li. de ciuita. dei. capitulo. viij. Cenocephalos esse homines monstruosos capita canina habentes et vocis loco latratus emittentes. alios autem sine ceruice/ oculos habentes in humeris. Narrat insuper idem quod temporibus suis natus est puer qui in superioribus membris erat duplex/ in inferioribus simplex. Nam duo erant capita et duo pectora/ quattuor manus. venter autem vnus/ et pedes duo. et multa alia recitat ibi augustinus. In quibus omnibus error nature designatur. Item inter ipsa membra quo ad dignitatem et ordinem magna differentia est. Nam quedam sunt tribuentia ex se et aliunde non suscipientia. sicut cor quod nihil ab aliis suscipit secundum Arestotelem. Et tamen aliis vitam et modum distribuit et diffundit. Et sunt quedam que sunt distribuentia et suscipientia/ sicut epar et cerebrum suscipiunt vigorem a corde/ et sunt principia virtutum. quia aliis administrant membris. Sunt etiam membra nec distribuentia nec suscipientia. scilicet sunt munita propria virtute secundum opinionem medicorum/ sicut sunt membra.

cōsimilia. Et sunt mēbra suscipientia et non tribuentia. sicut sunt membra instrumentalia que recipiūt a cerebro virtutem sensitiue vel motiue / et quando qꝫ vtriusqꝫ. sed susceptam virtutem ad alia membra quātum est de se vlterius non diffundūt. quia oculus non potest visiuam virtutē quā recepit a cerebro dare pedibꝰ vel manibus vel alicui membro / nec auris audientiā. et sic de alijs. Et tamen ista membra corpori maxime sunt necessaria. quia per officia sibi appropriata sunt omniū aliorum mēbrorum corporis regitiua / nisi forsan in suis actionibꝰ fuerint casu aliquo impedita. sicut quādo lesa sunt vel corrupta Hoc autem propriū habent omīa officialia membra. vt pro principalibꝰ mēbris periculo se exponant vt est videre qꝫ manus pro defensione capitis vel cordis sine omni deliberatione naturaliter se opponit. Item membrū bene sanum etiam membro infirmo subuenit. et materiam morbi ad se attrahēdo. purgare vel alleuiare membrū morbidum cōsueuit. Unde membrꝫ sanum pro non sano sepius lesum fuit. membrꝫ vero si putridum fuerit aut mortuū / sibi et toti corpori est nociuum. Et ideo nō restat nisi vt abscidatur / ne corrumpat aut destruat totum corpus. Et hec de membris in generali nunc sufficiant.

Ca. II. De proprietatibus capitis.

Nter membra principalia hominis. primo a proprietatibus capitis inchoandū est. Est autem caput prima pars et principalis inter omnia membra corporis exteriora. quo ad situm et effectum obtinens principatum. Est autē caput a capiēdo dictum vt dicit ysidorus libro xi. cap. ij. eo qꝫ omnes sensus et nerui inde initium habeant et capiant / atqꝫ ex eo qꝫ omīs vigendi causa et sentiēdi ratio oriatur. In capite enī omēs sensus apparent. vnde et ipsius anime que cōsulit corpori quodāmodo personam gerit. Isidorꝰ. Est igitur caput sedes sensuum principium et origo omnium sensuum organicoꝝ animalis virtutis proprium domiciliū. diffundens et trāsmittens ad omnia membra inferiora sensum et motum. habens septem foramia que sunt sensuum instrumenta. et hec scḋm aliquos septem planetaꝝ orbibus correspondent. Caput itaqꝫ dignꝰ et nobilius est oībꝰ membris. qꝛ regnū et gubernaculū totꝰ corporis. ei influens perfectionem virtutis ad suas pagendas sensibiles actiōes Et iō a natura caput situ habet in corpis summo vt regat ordinet et disponat omīa q̄ scḋm nature ordinem sunt sub ipo. Sicut dicit Haly sup teg. Gal. Dispositio capitis totꝰ scitur ex tribꝰ. s. ex q̄ntitate eiꝰ et figura. et qḋ ē ex ipo et ex capillis. Nā caput debꝫ esse medium et mediocre inter magnū et puum et ad alia membra i q̄ntitate proportionatum. Caput enī si fuerit nimis puū est illaudabile. Signat enī defectuꝫ materie et debilitatem virtutis informatiue pariliter si fuerit nimis magnū nō erit laudabile. Nam ex defectu virtutis opatiue et supfluitate materie hoc procedit vt dicit Haly. Item figura capitis est rotunda. et hoc ꝓpter passibilitatꝫ et lesionis amotiōem et propter receptionem medulle cerebri ampliorē Est tn̄ caput oblongū et circa tympora aliq̄ntulū planum. Nam pfectio boni capitꝫ est qn̄ in rotunditate disponitur ad similitudinē globi terrei inter manus vel ligna duo compssi. Talis enim globus est rotundus. et tn̄ aliquātulum in vtroqꝫ latere erit planus In pte enī anteriori aliq̄ntulum est acutum et eleuatū. et hoc ad retinēdum ventriculum cerebri in prora capitis ex qua ꝓcedunt nerui quiqꝫ sensus facientes Simili mō parū acuitur a parte posteriori propter receptionem ventriculi in puppi ex quo procedunt medulle spondibiles et nerui motum facientes voluntariū. Item signū bonitatis capitis est quādo perfecte dispositionis sunt illa q̄ ex ipso sunt et sibi immediatꝰ ꝯiungunt. vt si collū fuerit forte et mediocriter grossum et oēs nerui fortes et magni fuerint et boni motus

Similiter ex capillis de capite procedē
tibus noscitur caput. Nam ſm eoꝝ q̄li-
tatem et q̄ntitatem/velocitateꝫ ſiue tar
ditatem creſcēdi de cōplexione capitis
et interiori eius diſpoſitiōe iudicat̃. Nā
ſi capilli multi et criſpi cito naſcentes
poſt partũ calorem ſignāt capitis ⁊ bſio
tem Et ecōuerſo ſicut dicetur inferi⁹ de
capillis. Capilli eni bñ diſpoſiti q̄ꝫdiu
adherent capiti ipm cuſtodiũt decorāt
et defendũt. ablati vo ⁊ a capite oīno p̄
ciſi ipm turpe reddunt. vt pꝫ i alopicia
et in decaluatis. Item caput ex multis
oſſibus cōſtituitur. et hoc propter cere
bri defenſiōem. Nam ſubſtātia cerebri
tenera eſt ⁊ mollis. Et iō de facili lede
retur niſi ꝑ interpoſitōem cranei ⁊ alio
rum oſſiũ a leſione extrinſeca tueretur
Item caput aliquid habet de carnoſita
te. et hoc fuit neceſſe ad temperamentũ
oſſium ⁊ neruoꝝ/ne forte frigiditate ni
mia oſſium tenetitudo cerebri occaſiōa
liter lederetur. Caput tñ in ſua cōpoſi
tione paꝝ habet carnoſitatis et pingue
dinis reſpectu alioꝝ membroꝝ. et hoc ꝓ
pter ſenſus viuacitateꝫ et iuuamentũ
intellect⁹. Areſtoteles libro. xij. Item
caput q̄ꝫuis in partium ſuaꝝ cōpoſitiōe
multā videatur habere duriciem/et po
tiſſime in oſſib9. multũ tamen interius
habet ō mollicie ⁊ medulla. q2 mollicie
ipſius cerebri inter oſſa capitis incluſi
tota corpis machina irrigatur. Iteꝫ ca
put ex ſua cōpoſitione prima multũ eſt
neruoſum. et hoc fuit neceſſe ꝓpter oſſiũ
diſſimiliũ coniūctionem/et etiam pro
pter ſenſus ⁊ voluntarij mot⁹ opatōem
Nam ꝑ neruum mediũ aīa motum ⁊
ſenſum in corpe opatur/et ſine neruo
deſcendēte a capite. membꝝ mēbro nul
latenus copulat̃. imo ſi impediat̃ virtus
efflueus a capite per neruoꝝ viciũ ⁊ cor
ruptelam. totius corpis diſſoluit̃ vni-
tas et compago. Itē caput totius corpo
ris eſt caminus ſiue tectũ ſiue coopercu
lum. et iō multaꝝ fumoſitatũ aſcenden
tiũ de toto corpe eſt in ſe receptiuũ. fec
itaq3 natura totam ſubſtantiā capitis
poroſam occulte et manifeſte. Occulte
vt per occultos poros occulte fumoſita
tum ſuperfluitates euacuarentur. Ma-
nifeſte vt per emunctoria ⁊ foramina ma
nifeſta groſſiora ne caput lederet̃ / pur
garentur. Item alique ſunt capitis pro
prietates q̄ndā defectũ nature repſen-
tantes. ſicut patet in capitib⁹ monſtruo
ſis. Dicit enim Areſto. lib. xij. q̄ aliqñ
contingit vnũ eſſe cor in animali/et tñ
apparēt duo eſſe capita vel plura mem
bra. Et etiam ecōuerſo/ aliqñ videtur
duo eē corda ⁊ alia membra. et tñ non ē
niſi vnũ caput. ſed hoc totũ eſt mōſtruo
ſum. Et hoc nō accidit niſi ex errore na
ture/vel ex ſuperflua materia/vel ex vir
tute defectiua. ſicut dicit Areſt. li. xviij
vbi dicit. cauſa mōſtruoſitatis talis nō
eſt niſi i materia. Et ſeq̄tur. Talis mō-
ſtruoſitas inuenitur in aīalib9 generā
tibus multos filios. ſed in mulieribus
raro/niſi in mulierib⁹ egyptiaꝗ multos
pariunt filios pluſq3 in alijs regionib9
vel q̄ꝫ aliaꝝ regionũ mulieres niſi vbi
alie mulieres mulieribus egyptiacis
ſunt ſimiles. Itē caput cũ ſit radix toti⁹
corpis et oīm corpalium vtutũ primũ
et principale fundamētũ. ipſo bñ diſpo
ſito et ordinato omīa q̄ ſibi ſubſunt. in
meliori conſiſtentia diſponitur. et ipſo
verſa vice corrupto et corruptionis ſin-
thomata patiente omīa inferiora corpo
ris membra neceſſario patiuntur. Pati
tur autem caput aliquādo ex cauſa in-
trinſeca ſicut ex illis paſſionib9 que na
ſcũtur ex ipſo cerebro ⁊ adiunctis eius
vt patet in cephaticis. freneticis. epilē
ticis. ⁊ hmōi. Aliqñ vo patitur a cauſa
extrinſeca/ſicut ex aeris frigidi ⁊ calidi
ſiue alias diſtēperati imutatione ſiue q̄
licunq3 alia rōne Item q̄ndoq3 ex alio
rum membroꝝ colligantia ⁊ aſſociatio-
ne/vt patet. Nam ex ſtomacho humori
bus corruptis repleto fumoſitates re-
ſolute ratiōe vicinitatis cerebrum pe-
tunt. ⁊ concauitates ſi quas inueniunt
vacuas replentes. pelliculas cerebri cō
primunt et diſtendunt. Et ſic pũgen-
do. cerebri pelliculis dolorem inferunt
et includunt. Item idem accidit ex ni-
mia inanitione et abſtinentia. vt patꝫ
in nimis abſtinētibus ⁊ vigilantib9. q2

vt dicit Galienus longa vigilia gene-
rat dolorem capitis. Item idē patet ex
nimia repletiōe. sicut accidit ebriosis
qui ex vino ꝛ sup̄fluo fumo a vino reso
luto cerebrū ꝑtente et pūgente. maxi
mas exꝑiūtur capitis passiones. Dicit
etiam constātin⁹ ꝙ omīs dolor capitis
ex stomacho alleuiatur quādo stoma-
chus exinanit̄. augmētatur aūt quādo
stomach⁹ repletus cibis in malas qua-
litates immutatur. Item sicut dicit are
stoteles libro. xij Natura ordinauit in
capite sensus ꝛ instrumēta sensuū ꝺm
eorum dignitatē/et ꝺm aīalis necessi
tatem. Et ideo posuit oculos in ante-
riori parte capitis et superiori. quoniā
animal debet videre quod est anterius.
quia sensus visus subtilior ē ꝛ nobilior
Organa autē audit⁹ posuit natura in
medio capitis rotūdi. qm̄ auditus non
audit directe sed circūquaqꝫ. Sensum
ꝯo olfactus posuit natura post oclos q̄si
mediū inter visum et gustū. nā ille sen
sus visu ē grossior. gustu vero subtilior
Ultimo ponit̄ lingua que est instrumē-
tum gustus et tactus/quoꝝ operatio est
circa substantiā magis grossam. Unde
sensibꝫ sic ordinatis caput est ꝑfectuꝫ ꝛ
toti⁹ corpis ꝑfectō ꝛ ornamentū. Et sic
dicit. Arestoteles ibidē. Non fuerunt
ita bene posita instrumenta sensuū in ca
pitibus quadrupedū ꝛ brutoꝝ quoniaꝫ
auricule taliū aīaliū sunt in parte su
periori capitis et apparent / itaꝙ tale
animal nō ē rectū neqꝫ eleuati corporis
sed ad terram declinatū. Deuiat etiam
quandoqꝫ natura et errat in quibusdaꝫ
monstruosis hoīibꝫ. Qui dicuntur
etiam habere videlicꝫ totum corpus ho
minis ꝑter caput. Nam beluinā habent
faciem siue caninā. vt narrat Solinus
Simil̄r errat natura in quibusdā ani-
malibus monstruosis. sicut patet in la-
mia/que scđꝫ glosam sup̄ treń. Caput
virgineū habet et corp⁹ beluinū. Et di
citur quādo lamie volunt aliquē homi
nem complectere primo muliebri fa-
cie ei blandiūtur et secū coire compel
lunt vsqꝫ ad defectū. et quādo vlterius
earū libidini nō potest satisfacere. ipm
dilaniant. et tunc eum morsibꝫ interfi
ciunt et manducant.

Capitulum. III.

De cerebro.

Cerebrum vt dicit Constanti⁹
in pantegń. libro. scđo. cap̄. xi.
Est corp⁹ album ꝛ sine sanguine de spi
ritu et medulla habens multū. In cel
lulis tribus est distinctū. Neruoꝝ toti
us corpis est principiū. infra duas pelli
culas scilicet piam matrē ꝛ duram est
contentū. In summitate capitis tanq̄
excellentiori loco corpis collocatum.
Fuit aūt cerebrū naturaliter albū vt
similitudinū cuiuslibꝫ corporis esset fa
cile susceptiuū. Habuit multū de spiri
tu vt mult⁹ in eo esset motus. Habuit
etiā multū de medulla vt caloꝝ acumen
generatū ex motu temperaret̄. Paꝝ
vero habuit de sanguie. ne ei⁹ colore in-
ficeretur. ꝛ sic oīe a ꝑplexiōe sua rubeū
esse videretur. Ideo etiā fuit sine san-
guine hūidū. vt cito in naturā sentiēdi
mutaret̄ vt dicit Constan. Ex tribus
autē cellulis est distinctū. quia cerebꝝ
tres habet concauitates q̄ ventriculi a
phisicis nuncupātur. In anteriori cel-
lula siue ventriculo format̄ imaginatio
in media ratio. in posteriori memoria
et recordatio. Cognominat̄ autē pars
anterior prora. posterior ps puppis vo
catur. Puppis minor est. quia pauci
nerui ab eo procedunt. Et est puppis
dura vt nerui motiui motū facilius pa
tiantur. Frigida etiam est et sicca vt in
ea melius fieret retentio. parū habuit
de spiritu vt fieret quietis generatio.
parum habuit de medulla respectu an-
terioris vt esset mediocriter dura. et sic
forme impssio diutius in ea teneretur
Prora vero. i. ps anterior est maior ca
lidior ꝛ liquidior Maior vt nerui sensi
biles ab eo ꝓcedant. Molles vt sensi
biles nerui ad susceptionē sensus faci
lius disponant̄. Calidior vt ad susce
ptionē forme imaginatiue aptior red
deretur. Liquidior ꝛ hūidior paꝝ vt ner
uus sensibil̄ facili⁹ moueret̄ Cellula do
inter prorā et puppim mediā calida ē

et humida plus ceteris habens de spū
et medulla. de spiritu plꝰ vt pfectioꝛ fie
ret in ea per rōem discretio / sic̄ in alijs
mēbris fit per digestionē puri ab impu
ro sepatio. Multū hūit de spū vt multꝰ
fieret morꝰ ⁊ multū de medulla vt tēpe/
raretur morꝰ aīe. vt sic melius discerne
ret concepta. In istis trib; cellulis sūt
tres opationes principales. qꝛ ī prima
forma a sensib; app̄hensa in fantasia si/
ue ymaginatōe recolligitur. Deīn̄ ad
mediā trāsmissa discernitur. tandē post
iudiciū rōnis ad ventriculum puppis
trāsmittitur / et memorie cōmendatur.
Fuit āt cerebꝝ rotūdū vt capaciꝰ sit spi
rituū ⁊ ne facile patiatur. Ad defensiōꝫ
autem cerebri fuerūt necessarij duo pāni
qui vocātur mr̄es cerebri. vnꝰ est grossꝰ
scꝫ dura mater. Hic craneo supponitur
sed in medio cerebro ingrossatur / et ad
maiorē fortitudinē solidatur. nō tm̄ im
mediate cū craneo ꝯiūgitur. Imo ponꝰ
suspēditur. ⁊ huc atqꝫ illuc circa cerebꝛi
substantiā dilatatur. Hec dura mater
fuit necessaria. / vt piā mr̄em q̄ ea tene/
riorem a duricia cranei defensaret. ⁊ vt
venas et arterias cerebri colligaret. et
etiā si qua eēnt ibi spacia vacua illa im
pleret. Scd̄us panniculꝰ dꝛ pia mater
que dure matri supponitur. q̄ mollioꝛ ē
dura matre. Vn̄ substantiā cerebri cir/
cūuoluit / ⁊ per dictas cellulas ab inui/
cem separat ⁊ discernit. / nec superfluit
pia mater. qꝛ cerebri interius venas re
colligit. etiā cerebꝝ ne sua liquiditate
diffluat coadunando custodit. cerebruꝫ
etiā coopiens ⁊ amplectens ipm̄ a du
ra matre defendit. Insup per venas q̄s
habet cerebrū nutrit. ⁊ p arterias q̄s ꝯti
net. spm̄ ei transfundit. Cerebꝝ etiam
est membꝝ mouens ⁊ regens oīa mem/
bra corpis inferiora. / singulis sensum
largiēs atqꝫ motū. quo impedito oīa
in corpe īpediūtur / ⁊ bn̄ se habente oīa
que sunt in corpe meliꝰ disponunt. Ha
bet aūt cerebꝝ hoc ꝓpꝛium ꝙ sentit et se
quitur motū lune. q̄ crescente medulla
cerebri crescit ⁊ decrescēte diminuit in
substantia ⁊ virtute. Nā tunc seipm̄ cō
trahit ⁊ animali spiritui ita liberē non
obedit. et hoc patet in lunaticꝪ ⁊ in epati
cis qui in nouilunio ⁊ plenilunio potis/
sime molestātur. et h̄ idem qd̄ dicit are
stoteles libro. xij. de signis videlicet bo
nis ⁊ malis cerebri. Cerebꝝ inqt q̄ndo
nimis exiccatur vel humectat̄ nō faciet
suum opus. Sed infrigidat corpꝰ. ⁊ si
militer etiā liq̄facit ipm̄ spm̄. Et etiaꝫ
ideo accidunt infirmitates ⁊ amissio i/
tellectus ⁊ tandē mors. Item aīalia nī
mis magnum cerebꝝ hn̄tia sunt multi
somni. ⁊ hoc forsan accidit propꝰ humi/
ditatem multā que inde resoluta in fu
mū opilantē meatꝰ cerebri inducit som
num. Item arestoteles ibideꝫ. Cerebꝝ
non habet in se sensuꝫ tactus / sicut nec
sanguis nec alie supfluitates aīales ⁊
nō est in corpib; oīm aīalium nisi ad
saluandū naturā. et qd̄ mirꝝ est cerebrū
omib; corpis ptibus sensum tribuit ⁊
tamē de se ⁊ in se nihil sentit. Itē ibidē
sentit idem. Omne aīal hn̄s sanguinē
habet cerebꝝ vel aliud membꝝ cōueniēs
loco eius sicut aīal multipes ⁊ sibi silē.
et q̄uis sit in omi animali sanguinem
hn̄te. nihil tm̄ sanguinis ꝯtinet in sub
stantia medulle sue. sicut dicit Aresto.
libro. iij. Item aresto. li. xvi. Cerebrū
est frigidum substantialr̄ ⁊ humidū. ⁊ iō
fonti caloris aīalis. s. cordi est opposi/
tum vt. s. humectetur ⁊ tēperetur super
fluitas caloris ⁊ siccitas arteriaꝝ ex q̄b;
rethe cerebri est ꝯtextum. nā ex corde
pcedunt arterie. sicut dicit Haly ex q̄/
bus ꝯponitur rethe mirabile in quo q̄si
inuoluitur cerebꝝ. ⁊ in illo rethi digeri
tur spūs aīalis. ⁊ p ipm̄ spm̄ fit penetra
tio virtutum cerebri ad alia mēbra. Et
ideo vt dicit Aresto. ibidē. Cerebrum
est primum membꝝ in creatōe aīalis
post creatōem cordis. Galienꝰ tn̄ dicit
ꝙ cerebꝝ bn̄ cōplexionatū debet esse in
q̄tuoꝛ q̄litatib; temꝑatū. sed sic ibi di
cit Haly. Complexio cerebri naturalr̄
magis esse debet frigida ⁊ humida q̄ꝫ sit
calida siue sicca qd̄ fuit necesse ad infri
gidationem pdicti rethis ⁊ ad mitiga/
tionem caloris accidentalis cerebri. / q̄
accidit ex assiduitate sui motus. Item
aresto. li. xv. Nō tn̄ omia aīalia sue

quantitatis maximū habet cerebꝝ. qꝛ cor maximi est caloris. Un̄ ꝓpter calorē dominiū ꝛ bonitatē cōplexiōis est hō boni intellect⁹ ꝛ intelligentior cunctꝭ aīali bus ꝛ nō pn̄t infantes lōgo tpe portare caput rectū ꝓpter magnitudinē ꝛ ponderositatem donec a calore cordis mediātibus arterijs a suo pondere alleuietur. Bona vo cerebri dispositio sicut ꝛ mala p suas cognoscit̄ actiones. Nā si fuerit substātia cerebri mollis clara ac peruia de facili recipit formaꝝ impssiones et sigillatiōes. Un̄ propt̄ velocitatem sigillationis formaꝝ reꝝ. est hn̄s cām bone ꝛ velocis discipline. qn̄ vo ecōuerso est nō mollis vel turbida hn̄s cām duriis ꝛ tardi⁹ recipit impssionē vel impssiones. Sed tn̄ cum recepte fuerint receptas diu suat. qd̄ est signū siccitatꝭ/ sicut fluxibilitas ꝛ labilitas signū est hūiditatis vt dicit Haly. ꝛ sic de alijs q̄litatibus intelligendū est. Verbi grā. Si qs fuerit sollicit⁹ ꝯsuetudinalr̄ mobilis instabilis audax iracūd⁹. calidū cerebꝝ videtur talis hr̄e. ecōuerso se hn̄s frigiditatem ptendit. Si vo fuerit piger obliuiosus somnolent⁹ humidū nimis designat. Et etiā ecōuerso si fuerit multū vigil ꝛ memoria tenax/ designat siccum. Si vo excedens fuerit cū caliditate humiditas multe fiūt supfluitates ꝛ multe accidūt capiti infirmitates. nocent aūt calida ꝛ hūida. ꝛ potissime meridionalis aer ꝛ cōfert septētrionalis/ adest somn⁹ multus tali/ nec pōt longo tpe vigilare. et qn̄ dormit accidit ei subeth. i. quies falsa. visum habet turbidū et sensus nō claros. Si vo excesserit cū caliditate siccitas priora accidunt sinthomata nisi ꝙ tot supfluitates n̄ generātur. Sensus siqdem hn̄t tales claros ꝛ a supfluitatib⁹ mūdos. sed plus vigilāt q̄ȝ alij boles/ ꝛ sunt animosi, vaniloqui ꝛ instabiles. et cito accidit talib⁹ caluiciuȝ post adolescentiā. q̄uis in eis pcesserit multi crines. Silr̄ si excesserit frigiditas cum siccitate solēt tales hr̄e claros sensus ꝛ mūdos meat⁹ a supfluis i iuuētute ꝛ oīno siue infirmitate. ȝ qn̄ ptēdit̄ etas de leui causa debilitantur ꝛ velociter senectus festinat ꝛ apparet cito in capite qꝛ eis aduenīūt cito cani. ꝛ si fortior sit siccitas q̄ȝ frigiditas cū canicie efficiūt̄ calui. si vero fortior fuerit frigiditas caluicies nō accedet. qn̄ vo excedit frigiditas cū humiditate accidit ꝓfunditas somni ꝛ sensus ei⁹ sunt mali ꝛ supfluitates multe. ꝛ si intendat̄ frigus aut humiditas patiens incidit in apoplexiā vel in palisim vel in mortē/ ꝛ nō accidit hn̄ti hāc dispositionē caluitiū vt dicit Galien⁹ in tegn̄. et in cōmento dic̄ idē Haly. Et hec de ꝓprietatib⁹ capitꝭ scilicȝ et cerebri dicta sufficiant.

Capitulum. IIII.

De caluaria.

Caluaria est anterior ps cranei ab ossibus carnis sic dicta ꝓpt̄ capilloꝝ defectōem ꝛ neutralr̄ ꝓnūciat̄. Un̄ dicit ysidor⁹ li. xi. c. i. sic vertex dr̄ supior ps capitꝭ exterius vbi capilli capitis colligātur/ ꝛ in q̄ cesaries vertitur vn̄ ꝛ nūcupatur. sic occipitium dr̄ ps capitꝭ posterior. q̄i cōtra capitiū. caluaria capillis spoliat̄ cito ꝓpter ei⁹ siccitatem vertex tardi⁹/ sed occiput tardissime siue nunq̄ȝ propt̄ hūoris supfluitatē. De capillis autem quere infra eodem.

Capitulum. V

De oculis.

Oculi vt dicit ysid. in li. xi. c. ij. quasi occulti sunt dicti. qꝛ eos ciliorꝫ tegmīa occultāt. ne q̄ inadūetis iniurie offensiōe ledātur. Siue etiā iō qꝛ occultū lumē ꝛ secretū in positū intus hn̄t. Hi aūt int̄ oēs sensus sunt aīme magis viciniores. Nam in oculis oē iudicium mentis est. Un̄ anime perturbatio vel hilaritas i oculis apparet. silr̄ amor vel odiū ꝛ cetere passiōes. Dicūt̄ et lumina. qꝛ lumen exterius accipiūt̄ acceptum cōicant ꝛ refundūt. Sūt autem oculi instrūmta visus/ vt di. Constantin⁹. Et sunt duo vt si forte vn⁹ pateretur ei⁹ defect⁹ per alteꝝ suppleretur. ꝛ quoniā oculus est loco speculatoris. iō locauit natura oculos i eminentiori loco corpis. Sunt aūt oculi decem cause

ipſius ſubſtantiā cōponentes.ſ.ſeptem
tunice ⁊ tres hūores. Jnt̄ humores vō
primus albugine⁹.ſcd̄us criſtallinus.
tertius vitre⁹. Septe; aūt tunice ſunt
ſeptē pellicule ſiue tele q̄ circūdāt illos
hūores ⁊ ab inuicē diſtiguūt in q̄bꝫ vel
in quoꝝ medio formatur viſus.⁊ ſic ſūt
a natura. inuicē ordinate ꝙ q̄ttuor a pꝛ
te ſunt anteriori.quaꝝ pma dr̄ tela ara
nea.ſcd̄a vuea.tertia cornea.q̄rta ↄiun
ctiua. Tres vō ſunt a pte interiori.ſcꝫ
rethina ſecūdina ⁊ ſclirotica.i.dura vt
poſt patebit. Jnt̄ hec āt,oīa vnū ſolum
eſt viſus inſtr̄m.ſ.hūor criſtallin⁹ a cri
ſtallo ſic dict⁹.q2 criſtallo ī colore aſſimi
latur. Eſt igitur criſtallin⁹ hūor ſm̄ cō
ſtanti.alb⁹ lucidus clar⁹ in ſupficie pla
nus.in medio oīm aliꝝ collocat⁹.⁊ hoc
iō vt ei ab alijs oībꝫ eq̄liter ſuiatur. Fu
it etiā pur⁹ clarus ⁊ dyaphan⁹ vt citius
in oppoſitos colores trāſferretur. et ad
oīm coloꝝ indiūter ſilitudinē īmutare
tur. Fuit etiā rotūdus ī forma ⁊ ī ſubſtā
tia vt nō facile lederetur nec ī ei⁹ angul
ſupfluū aliqđ colligeretur vñ caſualit̄
pateretur. Sꝫ ne nimia rotunditate ni
mis eſſꝫ mobilis/hūit aliquā planiciē
vt ad moderantiā ei⁹ velocitas ducere
tur. Nā oīs res penit⁹ rotūda eliſa ī ſua
latera inſtabilis eſt ⁊ nō firma.vt dicit
conſtan. Q⁹ aūt ꝑ iſtū humorē habeat
fieri viſus pꝫ ꝑ hoc ꝙ ſi aliq̄d int̄ ipm
et ſpm̄ viſibilē includeretur vt humor
vel aliud accidens actus videndi aufer
retur cū ſpūs viſibilis ad ipm penetra
re ꝓpter obſtaculū nō valeret. Oritur
autē hūor iſte a ptib⁹ cerebri ſupioribꝫ
puris puijs ⁊ dyaphanis.⁊ hoc proprie
eſt pupilla ſiue medi⁹ oculi pūctus vbi
eſt proprie vis videndi vbi nobis pro
pius videntibus relucent q̄dā imagīes
velut in ſpeculo apparentes. ſed de hoc ī
fra dicetur. Hic aūt hūor in medio alio
rum duoꝝ collocatur.ſ.vitrei ⁊ albugi
nei. Uitreus āt humor a pte interiori
collocatur. Albugineus vō a pte.ſ.ante
riori collocatur. Uitreus āt humor ad
modū vitri purus eſt ⁊ pſpicuus ⁊ ara
bice dr̄ gelados:cuius iuuamen eſt du
plex primū ⁊ pricipale eſt.qm̄ ſangui
nem nutritiuū criſtallinū humorē ſuſci
pit ⁊ dealbat ⁊ aptat.⁊ ſic facile ↄuertit
in ſubſtātiā criſtallini.nō eīn fuit ↄue
niens vt tā puriſſimus humor impu
ſuſcipet nutrimentū:qđ q̄dem fieret ſi
ſanguis rubeus nō digeſtus/nō dealba
tus/nō ſubtiliatus criſtallino humori
occaſione aliq̄ ſe miſceret.aliud etiā ē
iuuamētum vt phibeat humorē criſtalli
num a cōtractu ⁊ aſpitate tunicaꝝ q̄ re
ſpectu ipſius dure ſūt plerūqꝫ atqꝫ groſ
ſe. Siīr vō hūor albugine⁹ q̄ alio nōie
dr̄ euagaydos eſt a pte āteriori q̄ etiā
dupliciter iuuat criſtallinū.nā phibet
eius leſionem ⁊ in ſua hūiditate tēpat
criſtallini ſiccitatē cum albugineus ſit
humor ī oculis magꝫ humidus ⁊ criſtal
lidus ſit magis ſiccus. ſpiſſitudine ſua
etiā aliq̄ntulum ſpm̄ viſibilē aggregat
et ↄfortat. Jſte tres ptes oculi licꝫ vo
centur humores non tm̄ ſcd̄m vitatem
ſunt humores.q2 nō ſunt liq̄di ⁊ fluxibi
les vt humores. ſed maiorē longe hn̄t
in ſe humoris denſitatē.ſunt etiā corpa
vegetata ⁊ hn̄tia vtutes innatas qđ
alcui humoꝝ nō ↄuenit. Dicūtur tm̄ hu
mores ꝓpter maiorē molliciē ⁊ pſpicui
tatē quā hn̄t ſup cetera mēbra corpis
et magis ſunt obediētia q̄ alia organa
ſenſibili actiōi aīalis ſpūs virtuti. Hi
tres humores ne pit̄er cōmiſceātur tu
nicis interioribus ⁊ exterioribꝫ ab inui
cem ſepant. Ordinātur igit̄ iſte ſeptē
tunice in hunc modū.nam iuxta criſtal
linū humorem a parte interiori imme
diate eſt tunica q̄ dr̄ rethina q̄ a venis
⁊ arterijs pie mr̄is eſt orta. ⁊ ↄtexta in
modū rethis portās ſecū cibū ad vitreū
hūorē.⁊ cū ſuis neruis ſenſū ad criſtalli
nū trāſmittit. p⁹ rethinā vō imediate
ſeq̄tur tunica ſecūdina ab ipſa pia mr̄e
generata q̄ rethinā nutrit ⁊ defēdit ne
diſſipatur caſu aliquo aut ledatur. tertiō
ſeq̄tur tunica q̄ dr̄ ſclirotica.i.valde du
ra a dura mr̄e cerebri ꝓcedens a duri
cia oſſis oīa alia defendens.⁊ eſt q̄ſi li
gamētū oculoꝝ. A pte vō anteriori im
mediate iuxta criſtallinū humorē eſt te
la aranea ſic propter ſui ſubtilitatem
dicta vt eſſet ſpui quia ex ſubtilioribꝫ

partibus rethine tunice generata. Hec aūt tunica posita est inter cristallinū ꝛ albugineū humorē ꝑhibens eos cōmi/sceri. Hec tunica .s. aranea ꝯiuncta cū interiori rethina primū facit orbē. Nā he due tunice intra se claudūt humorē cristallinū. Post hāc seq̄t tūica vuea sic dicta. eo ꝙ vue nigre assimilatur i colore. et h̄ sano nature ꝯsilio. nā oīa ꝑdicta in cōpositione oculi erāt alba ꝛ clara. et spūs visibilis disgregatiua. ꝛ iō necessaria fuit tunica vuea vt sua nigredie lumen in oculo aggregaret. Nā nigredo ē cōgregatiua visus. Hec etiā tunica ad modū spongie est quodāmodo porosa ꝛ villosa. neruoꝝ ſm Constan. cōtinens fila. vt cristallinū humorem a sup̄flua humiditate depuraret ꝛ spm̄ circunstā/tib⁹ aliis ministraret. Hec tunica vuea a parte anteriori cum tunica secundi/na in pte interiori ꝯiūgitur q̄ ꝯiuncta faciunt secundū orbē. claudentes albugineum hūorem quē illic collocauit natura vt spm̄ clarefaceret ꝛ cristallīo hu/mori humiditatis naturā ministraret Post hanc imediate seq̄tur tunica q̄ ab effectu dr̄ cornea. q2 cornu lucido est si/milima vn̄ ꝛ puia est. Et spūs visibilis rōne sue trāsparentie ꝛ rōne aliq̄ntule densitatis sue est aggregatōis visus aliq̄ntulum cōpatiua. Rōne eni sue fortitudinis ꝛ coadherentie a nocumētis exterioribus est interioꝝ munus fortium defensiua. Et hec tunica q̄ dr̄ cornea est interiori .s. sclirotice ꝯiuncta. ꝛ aliū fac orbem. Nā he due tūice .s. exterior cor/nea ꝛ interior sclirotica vitreū humorē orbiculariter in se claudūt. vltimo aūt in sup̄ficie oculi exteri⁹ ponitur ꝯiunctiua q̄ a craneo descendēs non totū tegit oculū. s3 ꝯsistit in angulis oculoꝝ eos. s. ligās ꝛ retinēs vt i dbita maneāt fixiōe

Capitulum .VI

De dispōne oculoꝝ.

a D oculū autē sic dispositum et ꝑfecte organisatū/ defert spūs visibilis per hunc modū. Al prora eniz id est ab āteriori pte cerebri exeūt duo nerui cōcaui q̄ dicuntur obtici. q̄ in substantia cristallini humoris se infigunt. Hi duo nerui cōcaui transuersaliter p modū crucis infigūtur in oculis ꝛ termino siue puncto ꝯtactus cōiungūtur. et hoc ingeniose fec̄ natura vt altero clauso ꝛ impedito spūs vitalis ad alteruz se transferat/ ꝛ ibi ꝑfectius suam cōpleat actōem. Vn̄ tunc pupilla videndi actu cōfortatur ꝓpter ꝟtutis visiue coadunationem vt p3 in sagitariis q̄ vno oculo clauso directi⁹ iaculant ꝛ sagittant Itē iō etiā pariter ꝯnectūt spūs vitales. vt sc3 ex mutua sustentatōe efficiātur for/tiores Item iō etiam ꝯuenisit in termino cōtact⁹ ne vnū duo videatur. quod etiā fieret/ si vterq3 ocul⁹ ꝓpriū idolum diuisim videret. Vn̄ optet ꝙ ꝟtus visiua cōtinuetur ad vnū organū in quo fit vna ꝟtus fontalis deriuata in pupillis sicut dicit auctor ꝑspectiue. vt p3 in illis qui digitos oc̄lis supponūt. in qb3 vna depssa pupilla reliq̄ eleuatur vn̄ ꝛ spūs visibilis diuiditur. ꝛ vna res duplex videtur. ꝛ hec est cā. q2 lumen ab vno oculo tendit sursum. ꝛ ab altero recedit re/trorsū. vn̄ tardius ab vtroq3 oculo exiens. tangēs extrema rei mediū interci/dente aere non penetrat. vnde q̄si duo videt corpa. cū tn̄ nō sit nisi vnū. Nō tn̄ ois strabo videt sic q̄uis sint oculi ine/q̄les. q2 radius piramidalis recta linea egredit̄ ad sup̄ficiē rei vise sicut supra dictū est de sensu visus. li. iii. Oculus igitur bn̄ dispositus ꝯsideratur q̄ntū ad ꝑfectam ptū suaꝝ cōpositōem vt patet supra Itē q̄ntum ad situatōem. locum eni sibi vendicat supiorē propt̄ sue sub/tilitatis dignitatē. et maximā quā habet cū aīa vicinitatē. vt di. ꝑhō. ꝛ arest. Item q̄ntū ad q̄ntitatē debitā ꝓportio/nem. nō eni debet esse nimis ꝓminens et rect⁹. q2 signat ꝑturbatōe discretōis nec nimis ꝓfund⁹. q2 signat defectū na/ture ꝛ ꝟtutis. Mediocris igitur ē laudabilis. Dicit āt aresto. li. xix. Profundus visus videt a remotis. Nā mot⁹ aīi q̄ exeat de organo visus nō diuidit̄/ neq3 cōsumitur. sed directe vadit radi⁹ visibilis ad res visas. sic supra p3 de visu Item ꝯsideratur quo ad mot⁹ diuersifi

cationem. Nam in motu debet esse mediocris. qz si fuerit ocul' nimis mobilis. signat excessum caloris z pnosticat mētis instabilitatē z affectionū mutabilitatem. Nimis vo tard' motus. 9riam sigt dispositōem. s. excessum frigiditatis z ptinaciā affect' z voluntatis. Mediocritas igitur motus laudabilis est. qz sigt facilē ment' apphensiōem z in apprehensis debitā fixionē. Un̄ di. aresto. lib. xij. Clausura oculi debet esse mediocris' festina. qz si fuerit mlte aptionis z pauce clausure. inuerecūdia denotatur z stulticia. sic di. li. i. Si vo fuerit nimis tarda aptio designat defectū vtutis z cōpactionē materie i neruis. q̄ actioni spūs nō obedit vt pz in litargicis. Itē cōsiderant oculi ex pte quo ad sue actiōis pfectionem. s. si fortis est apphensiōis. z de facili sine reuerberatōe iudicat de obiectis bonā dispositionē significat. vt patz in oculis aqlinis q̄ solem i sua rota apphendunt. Actio aūt oculi 9sideratur ſm acutū z obtusum m'. Nā cui' visus subtilis fuerit z multus remota z propinq̄ apphendit qz multus videt remota. qz vero subtilis est discernit ipsa visa Ocul' ei' cui visus sicut di. arest. li. xix. nō bn̄ videbit a remotis. spūs vo grossus z multus remota videt qz mult'. sed n̄ pfecte qz grossus. pauc' vo subtilis videt pppe et pfecte. sz nō videt a lōge. propt' spūs visibilis paucitatē. qz cū videt pfecte videt propt' ei' subtilitatē. Pauc' vero et grossus nō videt lōge. z hoc propt' sui paucitatē / neqz etiā videt pfecte ppt' sui grossitudinē. Scdm vo q' q̄s habet spm̄ visibilem mag' grossum z turbidū tanto difficilior est et debiliorē hz actū videndi. Itē 9sideratur ocul' ſm coloris variatōem. qz ſm arest. li. xix. Oculi in pricipio generatiōis hn̄t viridem colorem. deinde mutātur in nigredinē vel glaucitatē vel quēcunqz mediū colorem eis cōdecentē. Nā si fuerit humor multus z spūs visibilis pauc' in aliquo accidente ptrubat'. color niger i eo fortificatur. si vo fuerit humor pauc' z spiritus visibilis / debilis erit color glauc'. Nā sicut di. arest. Glaucitas q̄dem oculorz motus debilitatis est. Si āt fuerit humor mediocris z spūs fuerit tpat' ex causis 9uenientibz ad albedinē z nigredinem color erit varius. Oculi igitur si fuerit nigri de die erūt visus acuti. ppter luminis z hūoris in organo visus aggregatōem. de nocte vo erunt obtusi. qz lumen noctis est debile / z hūor nocturnus naturaliter est grauioris mot'. vt dicit arest. Ocul' vo glauc' econtrario de die debilis est. de nocte vo fortis. qz cum materia glaucitat' ex se sit lucida adiuncta luci diurne multū disgregatur et iō in actū videndi manente luce spiritus visibilis debilitatur. de nocte vero spū visibili in oculo cōadunato. claritate intra humorē paucū 9tenta / nōdum recedente pmanet in oculo potentia videndi z inter obscura aliq̄liter iudicandi. vt patet in murilegis. Itē 9siderat' per ptiū circūstantiū dispositōem sicut ex cilijs z supcilijs. qz si fuerint cilia corporia int' carnosa z hūore supfluo repleta visum impediūt. qz hmōi cilia aerem grossum propter puitatē sui mot' nō intercidūt. Dicitur etiā li. i. Si lacrimale qd̄ seq̄tur ad angulū oculi fuerit multe carnositatis sic accidit oculis milui signat' astutia et formatio mala. Alias proprietates oculi q̄re supra in tractatu de sensu visus. Et hec de oculi compositione et effectu dicta sufficiant.

Capitulū. VII.

De pupilla.

Pupilla ſm ysid. li. xij. c. ij. est medius pūctus oculi vbi est vis videndi in q̄ qz pue ymagines videntur pupilla appellatur. pueli el pupilli appellantur. Uocatur āt pupilla eo q' pura sit z impolluta vt puella. Dicunt āt phisici easdē pupillas q̄s videm' i ocul' p triduū morituros nō hīe q̄bz n̄ visis certa desperatio est. Habet aūt circa se q̄ndā circlm qui corona dr. quo discernente p nigredinē albe ptes oculi. a pupilla sepantur. Hec corona rotūditate sua ornat ambitū pupille / z in ipa cōsistit maxia oculi pulcritudo. huculqz ysido.

Sicut aũt dicit haly. pupilla est in qua
formãtur imagies eoꝝ q̃ videnẗ in ocu
lo. Omnia aũt q̃ sunt in oculo / ex tunicis
et hũorib⁹ aut sunt iuuantia pupillam
aut ei ſuientia. et iõ sedet ĩ medio oĩm
vt regina. Parua siq̇dez ẽ pupilla in q̃n
titate. maxia tñ est inter oĩa mẽbra ĩ vir
tute ⁊ iõ maxia. sicut ⁊ mĩma ꝯplendit
interius a spũ de cerebro veniente exte
rius ꝯo a lumĩe ĩmutatur. Vñ median
te luce rei obiecte spẽm in se recipit / et
receptã anĩe iudicio trãsmittit. Nam a
singulis ptib⁹ rei vise ꝯfluunt linee q̃
faciũt piramidẽ. cui⁹ conus est in pupil
la ⁊ basis in re visa sicut supra de visu ẽ
ostensum. quere ibi. Hec pupilla oĩm
coloꝝ ⁊ figuraꝝ reꝝ sup̱ficiẽ exprimen
tiũ est distinctiua ⁊ diiudicatiua In me
dijs colorib⁹ ⁊ figuris siue formis dele
ctatur. Corrũpitur aũt ĩ extremis aut
saltem propẽ discõuenientiã cõtrariat.
vt dicit phs. Item oĩa q̃ extra ipam si
bi sũt obiecta videt ⁊ diiudicat. seipam
aũt nũq̃ videt ꝑ lineas rectas sup̱ q̃s
venit spẽs rei vise ad visum. Sed qñ se
videt / hͦ accidit ꝑ radioꝝ reflexiõem. s.
qñ primo multiplicatur spẽs rei a se vi
se ad speculũ / ⁊ a speculo fit reflexio ad
visum. sicut dicit autor ꝑspectiue Et iõ
forsan spũs visibilis ĩ aspectu speculi de
lectatur. qꝛ ꝑ radioꝝ reflexiõem q̃i in se
reuersus fortificatur ⁊ quodãmõ robo
ratur. Item pupilla oĩa sub angulo ꝯp
hendit. qꝛ siue radij a pupilla exeãt ad
rem visã; siue a re visa ad pupillã rede
ant sp̱ in pupille medio siue centro tã
q̃ in cono anglãriter vniũtur. Nam an
gulus duaꝝ lineaꝝ alterius est ꝯtactus
et iõ qꝛ oĩes linee ꝑ quas formatur vi
sus vniũtur. ⁊ q̃si angulãtur in pupille
cono. et iõ bñ ⁊ proprie dꝛ a pħo q̧ ocu
lus oĩa videt sub angulo. Item int̃ oẽs
ꝑtes corpis est maxie sensibilis. ⁊ ꝑpt̃
nobilitatẽ sue cõplexionis maxie ẽ pas
sibilis. Et iõ citissime leditur. sed diffi
cilime reparatur. Et iõ dedit ei natura de
fendẽdi tunicas ⁊ cooptoria. vt sic resi
stat facil᷑ us causis interi⁹ vel exterius le
ferentibus lesionẽ. De his aũt oculi ⁊
pupille passionibus quere infra in tra
ctatu speciali libro. vi.

Capitulum. VIII

De cilijs.

Cilia sunt oculoꝝ tegmina a ce
lando sic dicta / eo q̧ oculos te
gant ⁊ celent tuta custodia. vt di. ysid.
li. xi. c. ij. Sunt aũt cilia in substantia
neruosa ⁊ tenui propter facilitatẽ mo
tus. qꝛ suo motu cõtinuo aerem interci
dũt. ⁊ sic a lesiõe aeris exteri⁹ custodiũt
oculos ⁊ defendũt. Hec cilia palpebre
dicũtur. qꝛ palpitãdo sp̱ mouentur. assi
due enĩ ad inuicẽ concurrũt vt assiduo
motu reficiant obtutũ. vt dicit ꝯstan.
⁊ ysido. sunt minute palpebre villis pi
loꝝ vt aptis ocul᷑ si q̇d inciderit vel etiã
occurrerit repellatur et inuolutis ipsis
securius ⁊ q̇etius dormiatur. Itẽ vt ae
rem mediocriter intercidẽdo mitificẽt
et sic visum serenũ custodiant ⁊ cõsuet
hucusq̧ Isido. c. ij. supradicto. Scḋm
ꝯstãtinũ aũt palpebre hñt pilos nõ om
nino rectos. sed ĩ extremitatib⁹ medio
criter reflexos. ⁊ hoc adinuenit natura
vt abili⁹ se claudant / ⁊ fortius si q̇d im
pedimentũ occurreret ei efficaci⁹ obuia
rent. Itez hec cilia in crescẽdo determia
tam hñt q̃ntitatẽ a natura. ⁊ iõ coꝝ pi
li nõ se extẽdũt / nec crescunt vt capilli
sꝫ determiatã ꝓportionẽ hñt. Et iõ ſm
cõstan. palpebre nõ sunt molles nec po
rose. sꝫ poti⁹ dure vt pili crescentes sint
duri ⁊ reflexi. et nõ nimis in crescendo
se extendãt sic herba crescẽs ĩ terra du
ra modica fit ⁊ erecta ⁊ nõ illa q̃ ĩ terra
molli. Has palpebras ⁊ cilia fecit natu
ra vt essent corpori ornamenta ⁊ oculis
iuuamẽta. Vñ dic̃ arest. li. xij. q̧ oẽ aĩal
generans solũ habꝫ pilos in palpebris
et oĩe animal quadrupes claudit ocu
lum per palpebrã supiorem. Auis autẽ
habet loco palpebre quoddã cooptoriũ
ad custodiam sensus visus / et claudit
oculum per telam quãdam appropria
tam extremitatibus oculorum. et quia
natura oculi est aquea et humida. ideo
indiget tali custodia. Item omnis a
uis claudit oculum palpebra inferiori.
Item oĩe aĩal carens palpebris est

debilis visus. vt patet in piscibus/lepo
ribus ⁊ hmōi. vt dicit Aresto. li. iiij. ⁊c.

Capitulum. IX

De supercilioꝝ proprietatibus.

Upercilia sunt dicta eo ꝙ aliis
sunt supra posita que iō piloꝝ
mltitudīe sunt vestita vt sint oculis iu
namēta ad repellendū hūorem vl' sudorē
de capite influentē. Intercaliū vo est il
lud mediū spaciū qd est inter supcilia
sine pilis. vt di. ysido. li. xi. Sunt āt sup
cilia alioꝝ iuuamēta bm cōstan. ne qd
nociuum extrīsecus adueniat phibētia
sunt ⁊ honestātia qr nullus sine eoꝝ pñ
tia decoratur. Hñt aūt supcilia quādā
vim latētē passionū aīe indicatiuā bm
aresto. qr cum fuerint supcilia recta sic
lince ptendūt femineā mollicieē vel aīe
leuitatez. Itē supcilia demissa ⁊ nimis
pressa vel depssa signāt inuidū. sic dicit
aresto. li. i. Item supcilia eleuata ⁊ i pi
lis spissa aīositatē ptendunt. depaupe
rata vo a pilis ⁊ oblōga timiditatem.
Item si fuerint spissa ⁊ lōgi pili visum
quodāmō obūbratiua excessum caloris
signant. Item si fuerint multe carnis ⁊
pauce pilositatis sensum duꝝ signant ⁊
obtusum ⁊ frigiditatem in mēbris pri
cipalibus dñantem. Itē si fuerit pilis
spoliata aut interiorē signāt sanguinis
corruptionē. vt patet i leprosis aut na
turalis hūoris cōsumptōz. vt in ethicis
et similib. aut meatuū ⁊ viaꝝ humorū
opilatōem vt patet i castrat. Et dicit
crescere circa senectutē intm ꝙ visū im
pediūt nisi rescindātur. vt di. arest. li. iij
Item dic idē li. iij. in freqntantib coi
tum nimis cadunt pili supcilioꝝ vel al
bescunt. qd quidē accidit ꝓpt humiditat
cōsumptōem/⁊ propt defectum vtutis
⁊ ꝓpter frigiditatis cerebri augmētatō
nem. nā nimia siccitas caluiciem gene
rat. supabundās vo frigiditas caniciē
introducit sicut supra dictum est.

Capitulum. X

De fronte

Rons ab oculoꝝ foraminib' est
nolata vt di. ysid. Hec ei quan
dam animi imaginatōem ⁊ indiciū mē
tis sua specie exprimit dū leta vel trist
est. Scdm āt vitatez essentialē frōs est
vt di. cōstan. os semicirculare nec mul
tū duꝝ nec multū molle/qd iō fuit ne
cessariū vt esset tpamentū ne lederetur
vicinitas oculoꝝ. pelle aūt extrinseca tu
ta est ad sui dfensiōem ad alioꝝ orgāoꝝ
sensibiliū ɔtinuatōem. ⁊ ad toti' capit
decoratōem. Toti' eni aīalis vtuositas
potissime in frōte lucet. Frons ei vt dic
plinus sedes est verecundie ⁊ honoris. et
hoc qdem est ꝓpt vicinitatē imaginatie
vtutis. cui' vtute tristia vel leta decētia
vel indecentia rōnis iudicio subito de
ferunt vbi vtiqȝ discernūtur. Frōs ita
ꝙ oīm neruoꝝ a cerebro descēdētium ad
sensum pficiendū quodāmō turris est
⁊ defensaculū. infra cui' ɔcauitatē descē
dūt nerui ad oīa instrumēta sensuū infe
rioꝝ quo misterio de oib obiectis sen
suum apud rōnis domiciliū fit iudiciū
Uñ bm Greg. Frōs ē dignissima ps ca
pitis exterioris vbi iprimit caracteris
signū. s. signū iusticie ⁊ salutis vt signa
culum crucis qd quondā erat supplicij
mō locum habet in frontib impatoꝝ.
Frōs igitur bñ disposita oīa pdicta ma
nifestat. sȝ si fuerit a mediocritate dege
nerās alia bm plm pnosticat ⁊ figurat
Dicit ei arest. li. i. qñ frons fuerit ma
gna designat ponderositatē declinantem
ad stulticiā. ⁊ qñ fit int mediocritatem
pua signat bonitatem vtutū. Sed qñ ni
mis eleuatur/⁊ qi in supficie rotunda
tur excessum signat colere/⁊ tales sepe
dispositi sunt ad colericas passiōes. sic
ad frenesim ⁊ furorem. Frōs aūt respcu
alioꝝ membroꝝ faciei modice est carno
sitatis ⁊ pinguedīs. cui' cā est bm Ha
ly ⁊ Arest. qr carnositatis ⁊ pinguedīs
supfluitas ipedit itellectū. Et iō nimia
carnositas in fronte cum qdā relucētia
et extensiōe cutis signum est corruptio
nis. vt patet h in leprosis. Item nimia
frontis attenuatio et supficialis pellis
corrugatio interiorem/designat cerebri
defectum ⁊ humoris substantialis fina
lem consumptōem. vt patet in antiqs
senio vel morbo lōgissimo tpe manit.

Capitulum. xi.

De tymporibus.

Tympus vel typora dicunt' illa capitis mēbra ad dexterā sinistrā〈q〉 capitis adiacentia q̄ sic dicuntur. qr sui mobilitate ꝯtinua q̄i interuallis tēpoꝝ immutātur. vt dicit Isid. li. xi. c. ij. Sunt aūt tympora sm Cōstantinū/ossa vltimeꝗposita. in laterib' oculoꝝ constituta. q̄ quidē aliq̄ntulū sūt mollia ⁊ neruosa. et h̄ fuit necessariū propt' sensum et motū oculoꝝ pficiendū. Nam p tympora ad instrumēta sensuū mediantibus neruis spūs aīalis defertur. ⁊ p eadem sm anathomiā spūs vitalis p q̄sdā arterias a corde ad cerebꝝ demandat'. Vn̄ propter neruoꝝ sensibiliū ⁊ propt' arteriarum venarꝗ pulsatiliū in loco tympoꝝ colligātiā. tympora sunt passibilia et faciliora ad lesionē. vnde animal percussum in loco tympoꝝ de facili moritur qr sic dicit Arest. li. xix. pcussio q̄ cadit sup ossa tympoꝝ mortalis est. qr si in eis cōtingit vuln' aīal piclitatur. Et h̄ accidit qr humor q̄ est in tymporib' cito exit propter tenuitatē ossium. ⁊ tympora citius canescūt propt' hūoris paucitatem et siccitatē in eis dominantē. ⁊ propter ꝯuertibilitatē ad naturam frigiditatis. Item tympora interi' villosa sūt aliquātulum. vnde hūorem a cerebro venientē recipiunt et somnū oculis inducunt. Et si illi villi fuerint compssi p eliquationē contenti humoris oculos lacrimare faciunt.

Capitulū. XII.

De auribus.

Auris est instrumētum audit'. et ē dicta auris a vocib' hauriēdis aut quia greci ipsam vocem audensidē vocant. vnde dicuntur aures q̄si audes. vox enim repcussa p eaꝝ amfractus sonum facit. quo sensum excipiunt audiendi. Summa auris pticula dicit' pinnula. Pinnū enim antiqui acutū vocant. Hec ysid. Est aūt auris proprie q̄dam substantia cartilaginea q̄ duab' causis fuit necessaria. defendit enī ne quid nociuum in auditū cadat sicut oculos defendunt cilia. preterea auditū adiuuāt. Nam vox pcussi aeris cū venerit ad cartilaginē ibi fortiter coadunat'. vnde intrat foramina q̄ sunt audit' propria instrumēta. Sunt aūt hec foramina in petroso osse cōstituta in q̄bus nerui descēdentes a cerebro sunt infixi. sensum et motū auribus deferētes/⁊ immutationē vocis a foramib' receptā iudicio aīe deferentes. et sunt hec foramina sicut torcular trāsuersa. ⁊ hoc ne frigid' aer nimis cito intret. et interiores panniculos siue neruos ledat. ⁊ ne aliq̄d nociuū incidat q audit' impediat instrumētū. vt dr in pantegni. li. iiij. ca. xv. patitur auris multiplr. qr aliq̄n ex apostemate ī aure existente vn̄ ⁊ sanies egreditur ab aure. Itē ex vermib' foramen ab extrinseco intrātib' vel ex putridis hūorib' intrinsecus nascentib' quoꝝ signū est prurigo intra auriclas ⁊ titillatio/⁊ sentitur eoꝝ motio. Item ex supflua carne atꝗ verruca patitur auricula q̄n mali hūores in ea adunātur. Itē patitur ex mala dispositiōe nerui aurē ingredientis. sicut patꝫ in sonitu ⁊ tynnitu/⁊ hmōi q̄ cōtingunt ex ventositate in panniculis cerebri se claudente in pte nerui auricularis. Itē patit' ex grossis hūorib' illic se mouētibus. ⁊ tunc sentitur grauitas capitis cū sonitu ⁊ tynnitu. Itē deficit auditus ex defectu vtutis audibilis vel ex ꝯtractione nerui sensibilis sicut in senibus cōtingere cōsueuit. Itē aliq̄n fit surditas cū puer creatur in vtero q̄n natura negligit instrumentū audit' pforare. ⁊ hoc est propt' sui defectōem vel propter materiā quā inuenit sibi natura inobedientē. Itē patitur ex acuta egritudine cū colerici hūores ad cerebrum ascendētes auditū impediūt. hos adiuuat si p digestionē colera purget'. Vn̄ dr in amphorisī. Surdis si solutio colericā superuenerit surditatē tollit. hucusꝗ cōstan. Itē dicit arest. li. xij. instrumētū audit' plenū ē spū naturali. qr sic spūs naturalr facit in venis motū pulsatilē. sic in aure facit vtutem auditus. ⁊ propter h̄ addiscūtur res p sensū audit'.

Et dicitur ibi q creatio auriũ fuit ma
nifesta tela ꝛ cõtinens fuit tenuis. ꝛ hoc
propẽ subtilitatẽ audit' ipius. Debili
tat aũt audit' in tympoꝛib hũide cõple
xionis. ꝛ pcipue in freq̃nter coeuntib'
ꝛ hꝫ ꝓpter ꝑturbationẽ spũum q̃ pficiũt
auditũ. Nam vt dicit idẽ Arest. freq̃ns
nimis coitus corpi ꝛ cordi nocet. idem
dicit hali. Item fm arest. li. xij. in rõna
li animali aures ponũtur naturalr in
medio capitis rotũdi. qꝛ auris ñ in vna
parte recte sed potius vndiqꝫ vocũ ꝛ so
noꝝ differentias cõphendit. In aĩali
bus vero q̃drupedibus q caput hñt incli
natũ ad terrã ꝛ nõ sunt eleuati corporis
sunt aures in sũpiori pte capitis. vt pꝫ
in bobus asinis ꝛ equis, ꝛ mot' auricula
rum hmõi aĩaliũ sunt multiplex eleua
tiones sui loci. et qꝛ multũ mouẽtur in
ptes diuersas. recipiũt sonũ repcussiõe
multa. Item idẽ Aresto. ibidem nullũ
animal ouãs habet auriculas exp̃ssas.
nihilomin' tamen hñt talia animalia
quasdam vias occultas. et etiã volati
lia carent aurib exteriorib'. hñt tñ fo
ramen mediũ ꝛ viã aptam p quã audi
tus pfectissime celebrat. Item hõ inter
oĩa aĩalia habet aures min' mobiles ꝛ
etiã fm dimensionẽ situs breuiores. sꝫ
ad audiendũ maxime sunt efficaces vt
dicit li. i. et hꝫ ẽ ꝓpter bonitatẽ cõplexio
nis. Vñ qñ nimis est excessus i aurib
hominis in magnitudine alijs signis con
currentib signũ est stoliditatis ꝛ tardi
tatis intellect' vt dicit arestoteles.

Capitulum. XIII

De naso.

Nasus ẽ instrumẽtũ olfactus fm
Isidoꝝ a naribus aũt dr nasus
Nares aũt iõ sic vocãtur. qꝛ p eas odo
rifera ꝛ spũalia q̃si odoramus ꝛ inter fe
tidũ ꝛ odoriferꝝ discernamus. vñ quia
odorifera nobis p eas manãt. nares di
cunt sicut per ɔ̃trium inscij ꝛ rudes ac in
experti ignari. q̃si sine nare dicti. Na
sus aũt duo habet foramina fm ɔstan.
que p q̃ndã substantiã cartilaginosam
adinuicẽ sunt distincta. Et hoꝝ forami
num vnũ ad concauitatẽ palati tendit.
alterum supius ad pellicculas cerebri va
dit vt aerẽ attrahat cerebro ꝛ referat
ipsis narib spũm aĩalem ꝛ ad sensum
odoratus pficiendũ adducat. primũ fo
ramen fuit necessariũ ad eijciendas su
perfluitates a cerebro veniẽtes aliud ad
spm̃ attrahendũ ꝛ odoratũ perficiendũ.
Sunt tñ propria instrumẽta odoratus
due caruncule q̃ dependẽt a narib' per
modũ mãmillaꝝ. q̃ primo aerem attra
ctum in se recipiũt. Deinde ad interio
rem partẽ cerebri trãsmittũt. Istis au
tem carunculis subseruiunt nares exte
riores aerem. s. attrahendo ꝛ intra se in
cludendo ꝛ subtiliando. vt tanto facili'
et pfectius immutet in organis odora
tus. Neru' eĩ a cerebro veniẽs illa duo
vlera nasi subintrat ꝛ eis aĩalẽ spiritũ
administrat. vt dicit Constã. Fumus
igitur mediante aere per nasum attra
ctus spiritui aĩmali se associat. qui im
mutatus illam imutatõẽ i cerebro ani
me iudicio represẽtat. Nasus igit fm Cõ
stantinũ fuit necessari' ad aerem tempe
rate attrahendum ad cerebrum per sua
emunctoria expurgandũ. ad calorem in
natum in ventriculis cerebri temperan
dum: necnon ad discernẽdum fumum
a quacũqꝫ substantia resolutũ redolen
tem suauiter aut fetentẽ. Et iõ fm are
stotelem li. xij. sensus olfactus est diui
sus, sicut sensus audit'. et si ita nõ esset
nõ faceret opus proportionatũ ꝛ sensus
olfactus nõ esset nisi propẽ attractõẽm
aeris in aĩali hñte nasum. Et hꝫ mẽbꝝ
scꝫ nasus i medio est. s. anteriori pte ca
pitis. Et propẽ hoc posuit natura nasũ
in medio trium instrumẽtoꝝ sensibiliũ
q̃si trutinã positã propẽ motũ anhelit'
alijs sensib' necessariũ. Recollige igit
breuit ex pdictis q nasus ẽ mẽbꝝ siue
organũ officiale aeris attractiuũ ꝛ mis
siuum inter odores discretiuũ. grossaꝝ
supfluitatũ cerebri purgatiuũ spiritui
aĩali mĩstratiuũ p attractionẽ aeris pul
monis dilatatiuũ ꝛ ɔstrictiuũ. Et ideo
fm ɔstan. nares posite sũt ex trãsuerso ꝛ
nõ ex opposito pulmõi. vt si frigid' aer
q̃nqꝫ subeat pulmonẽ subito nõ ledat si
quid cũ aere sit puluis vel q̃dcũqꝫ aliud

intrauerit pulmoni / olfesse non possit.
Est etiã nasus vt dicit Grego. sup can
tica faciei maximũ ornamẽtũ. itaq̃ ei⁹
carẽtia tota facies residua dehonestat.
Debet aũt dispositio nasi esse mediocris
ita q̄ in longitudine. latitudine. altitu
dine modũ debitum nõ excedat. Nam
si nares fuerint nimis tenues vel late
mi͛ti aeris attractione ferocitatẽ aĩe p̄
tẽdũt ⁊ mẽtẽ indignãtẽ Ex dispositõib⁹
eñ mẽbroꝝ corpis sumunt pnostica iu
dicia de affectõibus mentis. sicut dr̄ in
principio phisonomie. Nã accidentia
mentis sepe imutãtur s̄m accidẽtia cor
poris sicut vinũ albũ ex vitro rubeo/qñ
infunditur. colorẽ ↄtrahit et rubore. Et
iõ mediocritas dispositiõis mediocrita
tem designat bonitatis. sicut dicit phus
in libro suo in principio Impeditur aũt
nasus in suo effectu. sicut di. Galien⁹ su
per pnostica ibi. Nares acuti oculi cõ/
caui ⁊c. pp̄ter vehementiã caloris hũidi
tatem ↄsumentẽ. vñ ⁊ acuũtur nares ⁊ p
fundãtur oculi ĩ acutis / ⁊ est signũ mor
tis. et accidit idẽ narib⁹ sicut dicit Ga
lien⁹ qñ calor naturalis est debilis q̃ nõ
potest se expandere ad extrema. ⁊ iõ ↄse
quitur q̄ spũs ⁊ sanguis non ↄcurrunt
ad extrema. Et iõ propt̄ frigiditatem
mortificantẽ ↄstringuntur mẽbra ⁊ cor
alteratur ⁊ accidit acumen nariũ / qđ ẽ
signum pessimũ ⁊ mortifeꝝ in patiẽtib⁹
acutam. Item impeditur nasus. vt dic̄
Constan. li. ix. c. xv. aliqñ ex mala cere
bri dispositione. aliqñ ex neruĩ odorabi
lis opilatõe. aliq̃ñdo ex humoꝝ fetido
rum ⁊ corruptoꝝ in caruncul͛is narium
repletiõe. qñq3 ex carnis supflue corru
pte in foraminib⁹ nasi generatõe. vt p3
in polipposis ⁊ leprosis. ⁊ hec lesio non so
lum ledit olfactũ. verumetiã facit mino
ratiõem vocis. Aliqñ patitur ex nimio
fluxu humoris in ventriculis cerebri de
fluentis. ⁊ hoc vel ex caloris dissolutiõe
vel ex frigiditatis nimia constrictione
sicut p3 sepi⁹ in catarro. Aliquando ex
nimia repletione ⁊ acumine sanguinis
ora venaꝝ nasi apientis. vnde de nari
bus fluit sanguis / tñ flux⁹ maxime per
nares in multis egritudibus causa est
dissolutiõis morbi ⁊ certum indiciũ cõ
ualescentie ⁊ salutis. vt patet in acutis
febribus q̃ p fluxum sanguis nariũ3 se
pius terminantur. Et in amphoris. dr̄
Mulieri deficientib⁹ mẽstruis sangui
nem ex narib⁹ fluere est bonum.

Capitulũ. XIIII.

De genis.

Ene sunt inferiores oculorum
ptes vñ barbe inchoãtur. vt di
cit Isid. li. xi. c. ij. Genos eñ grece bar/
ba dr̄. eedem eñ ptes dicũtur maxille
que p diminutõem a malis sunt dicte
Male autẽ sic eminentes dicitur ocu
li ptes ad eoꝝ ptectiõem supposite. vo
cate aũt sunt male siue q2 ĩ rotunditatẽ
pminent infra oculos quã greci mala
appellant. siue q2 sunt supra maxillas
vñ ⁊ a malis diminutiue dicuntur ma
xille sicut a palo paxillus. vt dicit ysid.
Sunt aũt maxille siue gene s̄m Cõstã.
ex neruis et ossib⁹ interi⁹ cõposite ⁊ haꝝ
ossa craneo cerebri sunt cõiuncta. Que
ideo de varijs ⁊ mult̃ frustulis composi
ta sunt. ne alia lederentur si vnũ aliq̃d
pateretur. Exteri⁹ aũt sunt calide ⁊ car
nose vt frigiditatem ossium ⁊ cartilagi
num auriũ ⁊ narium temperarẽt vt or
ganis sensibilib⁹ sibi vndiq3 adiacẽtib⁹
suo calore fomentũ administrarẽt. Et
ideo maxille oculis supponũtur ad coꝝ
ptectõem. In medio sensuũ sunt posi
te pp̄ter nutrimẽti administratõem. cali
de sunt ⁊ neruose propter frigiditis in
strumentorum sensuum mitigatiõem.
Candide sunt et rubicunde propter or
natum faciei et vultus cõpositionem.
Maxima enim pulcritudo hominis re
sultat ĩ genis ⁊ maxillis. maxime sicut
dicit Constantin⁹ / maxille potissime ho
minis ostendũt complexiões. que si fu
erint multũ rubicunde mixte cũ tempe
rata albedine et in substãtia non nimis
crasse. sed mediocriter carnose. calida3
et humidã pretendunt complexiõem
et ipsius temperamẽtum. Si vero fue
rint in colore albide sine alicui⁹ rubedi
nis admixtiõe ⁊ ĩ substãtia pigues mol
les ⁊ fluide frigiditatẽ ⁊ hũiditatẽ ostẽdũt

excessum. si vero fusce in colore aut citri
ne. in substātia autē tenues et macilente
dominiū designant siccitatis nimie ⁊ ca
loris vt ptꝫ in colericis. Si v̾o fuerint
quasi livide in colore ⁊ in substātia a car
nib⁹ depaupate excessum signāt frigidi
tatis ⁊ siccitatꝭ sicut in melācolicis vide
ri pōt/nec solū declarant cōplexionum
diuersitatē. verūetiā animi ⁊ affectiōnū
notificāt q̄litatē. Nā s̄m animi affectō
nes ex subito timore vel gaudio palle
lescit vel rubescit subito. vt dicit Con
stantinus.

Capitulum. XV.

De barba.

Barba vt dicit Constātinus fa
ciei viri est ornamentū. vñ ap/
parens et cooperiens maxillas
in vna parte est ad ornamentū/ in alia
ad maxillarū adiutoriū siue famulatū.
Naꝫ sua villositate neruos maxillares
tuetur a nimia aeris frigiditate. et ideo
maxillarū est necessarium tegmētum.
Barba vigoris et caloris naturalis est
indicium. Et hec est causa q̄re vir et nō
mulier barbescit quia masculi feminis
naturalr̄ sunt calidiores. et ideo in ma
ribus fum⁹ qui piloꝝ est materia magꝭ
augmētatur. quē quia natura non suffi
ciebat consumere expulit per duo loca
scilicet per caput et p barbam. vnde ac
cidit aliq̄n̄ in mulierib⁹ calide et hu
mide complexiōis q̄ videntur barbesce
re. Et econtrario fit in masculis frigidis
et siccis q̄ barbescunt parū. Unde ⁊ in
eunuchis non crescit barba. q2 perdide
runt illa membra calidiora que calidis
humoris ⁊ fumi qui pilorū est materia
sunt generatiua. Ex quo patet q̄ bar/
be spissitudo caloris et h̄uoris substan
tialis ac vigoris est indiciū et differen
tie sexuū certum experimentū. Item in
pueris non crescit barba q̄uis paruuli
calidi sint ⁊ hūidi. q2 fumosa superfluitas
que pilorū et capilloꝝ est materia. tran
sit in augmentū ⁊ nutrimentū pueroꝝ.
Hucusqꝫ constātin⁹. s̄m vero Aresto. li
bro. xix. pili barbe sicut ⁊ capilli in sua
dispositione repn̄tāt qualitates vapo
ris ex quo generant̄. quoniā si fuerit hu
mor calidus fumosus ⁊ siccus. erūt pili
barbe sicut capilli crispi reflexi et inuo
luti. Et hoc accidit q̄ per duas vias va
dunt ꝯtrarias. q2 pars terrestris moue
tur ad ptes inferiores/et calor mouet̄
ad partes supiores. ⁊ sic inuolsitur pi
li/et erūt pili crispi ꝓpter debilitatē suā
Et hoc accidit propt̄ paucitatē humidi
tatis et multitudinē partis terrestris.
Unū ex intenso calore corrugātur et in
uoluūtur. Si v̾o fuerit vapor multum
hūidus/erūt pili lenes et longi. Nam
humor decurrit lubrificando donec per
ueniat ad pilos. et propter h̄ pili ⁊ bar
be coꝝ qui morant̄ in tracia sunt lenes.
Nam coꝝ complexio est hūida. et aer
continēs eos est hūidus. Econtrario
accidit in hoib⁹ cerebꝝ siccū hūtib⁹ ⁊
h̄itantib⁹ in regiōib⁹ calidis propt̄ sicci
tatem aeris cōtinentis. Itē alteratur
color piloꝝ barbe s̄m etatis varietateꝫ.
et ideo canescit barba. in senectute ꝓpter
debilitatē caloris ⁊ abūdantiā frigidita
tis. Defluunt aūt q̄nqꝫ pili barbe pro
pter caloris ⁊ hūoris interceptionē vt
in castratis. q̄ndoqꝫ ex corruptiōe hūo
ris. vt patet in leprosis. Nam sicut dic̄
idem Aresto. Casus pilorū similis est
folioꝝ arborum. et causa illius est dimi
nutio humoris calidi et pinguis. Et ideo
non fluūt folia arborū in quib⁹ est hūor
pinguis. Hucusqꝫ aresto. libro. xix.

Capitulū. XVI.

De mandibulis.

Mandibule a mādūcando sunt
dicte vt dicit Isidor⁹ libro. xi.
Mandibularū autem q̄dam
est superior in qua dentes supiores infi
gunt̄. quedā inferior in q̄ dentes infe
riores radicantur. Et est propriū man
dibule supioris q̄ in omi animali fixa
est et immobilis excepto centeaculo. id
est cocodrillo qui mouet mandibulā su
periorē ꝯtra naturā omniū animalium
et fixam ⁊ immobilē tenet inferiorem
vt dicit Aresto. libro. iij. Sunt autem
mādibule ex diuersis ⁊ duris ossib⁹ cō
posite. neruis ⁊ lacertis varijs connexe

Et hoc fuit necessariũ ppter motus con tinuitatẽ. ⁊ aptionis clausure necessita tẽ vt dicit Constan. Sũt enĩ quasi due mole cõtinue ad cõterendũ et molendũ cibũ se mouẽtes. vñ toti corpi nutrimẽ tum mādibule subministrant. Mādibu le autẽ quibusdã pticulis carnosis/et neruosis q̃ gingiue dicũtur circũdantur vndiq; ⁊ velãtur ⁊ hoc propter fortiorẽ dentiũ in maxillarũ fundamẽtis radica tionem. ⁊ ppter nutrimẽti neruis denti um administrationẽ ⁊ frigiditatis dentiũ moderatões. Et dicũtur gingiue vt di cit Isido. a dentib⁹ gignẽdis. quia in eis dentes gignũtur ⁊ nutriũtur. Facte enĩ sunt ad decorẽ dentiũ pariter ⁊ necessi tatẽ ne nudi horrori potius existerẽt q̃ decori pelliculis labiorum circũdant. quod fecit natura vt tã dentes q̃ maxillas ñ solũ intrinsecus iuuarent. ver a lesione extrinseca defensarent. cõtingit gingi uas corrũpi in animalib⁹ aliquando ex negligẽtia ⁊ quãdoq; ex putridis humo rib⁹ infici ⁊ corrũpi ⁊ tũc diuersas infe runt molestias ⁊ passiones. vt fetorem dentiũ casum vel relaxatõem.

Capitulũ. XVII.

De labijs.

Labia fm Isi. a labendo sunt di cta. q̃d autẽ supiũs est labium dicit̃ quod vero inferius est la brum nũcupatur. Sunt autẽ labia ne cessaria fm Constan. q2 dentes muniũt atq; tegũt. Sunt etiã neruosa et ex di uersis lacertis cõposita vt sic ad sensum et motũ essent abiliora. Nã ad vocis formatões necessario se apiunt vel clau dunt. q2 illis abscisis vel p aliquã epi latõem vel cõtradictões aliã impeditis. verba pfecte nõ possunt formari. Item labia mollia sunt ⁊ carnosa et hoc ppter duriciei dentiũ tempamentũ fuit neces sariũ. Dentes igit̃ et eorũ nerui cũ ex natura sint frigidi nimis lederentur ae ri frigido expositi si nõ labiorũ tegmine tuerentur. Item labiorũ extrema sunt ru bicũda. quod accidit fm Constan. pro pter cutis labiorum subtilitatẽ que de faci li a colore sanguineo recipit quodãmo do roseam q̃litatẽ. vnde rubedo labiorũ signũ est puritatis cõplexionalis ⁊ im pmixtionis turbati sanguinis ⁊ interi oris virtutis sicut ecõuerso labiorũ li uiditas signũ est defectõis virtutis ⁊ ca loris naturalis. Itẽ labia tenuia sunt in substantia ⁊ subtilia vt sint flexibiliora ad motũ ⁊ abiliora ad aerẽ immittẽdũ ⁊ intercidendũ ne subito attractus inte riorib⁹ sua frigiditate inferat lesionẽ et ideo labia aeri frigido se opponũt et ipm recipiendo depuratũ reddũt vt sua uius ⁊ vtilius ad interiora attrahat̃ hec oĩa fm Constan. Cõsimiles p̃dicta tes narrat Aristo. li. xij. circa finẽ vbi di cit. Labia hois mollia sunt ⁊ carnosa et separi pñt ppter salutem ⁊ custodiã den tiũ et vt cõueniant ad exitũ sermonis. vnde ⁊ labia duplicẽ habent vsum. sicut et lingua cui⁹ creatio est ad gustandum humidũ et ad sermonẽ pferendũ sicut idẽ expresse dicit Arist. et ideo oportz q̃ labia sint humida. q2 si creatio lingue ñ esset talis dispositõis ad labia nõ posset lingua ptingere ad dicẽdos multos mo dos literarum quoniã quedã ex eis dicũt̃ per pcussionẽ lingue ⁊ etiã quedã p con iunctõem labiorum. ⁊ ideo necessaria fuit labiorum creatio vt optima esset nature opatio. ⁊ ppter hoc fuit caro hominis val de mollis quoniã homo est homi sensus tactus scz ⁊ gustus magis q̃ alia aĩalia hec omia Aristo. li. xij. Recollige igit̃ q2 labia sunt tegmina dentiũ custoditi ua. mollicie sua duriciei dentiũ tempa tiua. vocis articulate ⁊ literalis forma tiua. aeris frigidi vel calidi intercepti ua. sua rubicũditate vel liuiditate defec tus vel vigoris designatiua. virtutis in terptatiue ppria organa passionũ aĩme scz odij ⁊ amicicie doloris vel tristicie ex pressiua. vñ d2 q̃ tremor labiorũ in fre nesi ⁊ acutis morbis mortẽ ptendit vt d2 in pnosticis. Et hec de labijs sufficiãt

Capitulũ. XVIII.

De mento.

m Entũ est dictum q̃si mandibu larũ fundamentũ eo q̃ inde ori antur. vt di. Isi. Menti autem

vt dicit Constan. duo sunt ossa et ipsa iuncta sunt in medio vbi dentes subtiliores firmãtur quadrupli atq; pares. Hoꝝ ossiũ extremitas duas hʒ furcłas vna est acuta cuius acumẽ quoddã ligamen inserit qḋ ligamẽ a latere timpoꝝ ꝓtendit p quod etiã ⁊ bucca clauditur et apitur. Altera vero furcula grossa ẽ et rotũda cui⁹ rotũditate mentũ fit mobile vt dicit Constã. q2 hoc membrũ fuit necessariũ ꝓpter originẽ mandibulaꝝ et dentiũ inferioꝝ radicatõem ⁊ ꝓpter voluntariã aeris clausurã ⁊ aptõnẽ. fuit etiã cõueniens ꝓpter faciei cõplexionẽ ⁊ ꝑfectã ipsi⁹ vultus cõsummatõeʒ qḋ si fuerit ꝓportionatũ fronti totam honestat faciẽ ⁊ decorat hec oĩa dicit Constan. In mento autẽ aĩalis maxima est fortitudo propť ossis duriciẽ ⁊ neruoꝝ cõpaginatõem. ⁊ propter fortẽ dentiũ radicatõem. ⁊ iõ bruta aĩalia se tangi p mentũ de facili nõ pmittunt. nã mento cõfracto tota eoꝝ ferocitas q̃si armis ꝑditis eneruať. vt ptʒ. i. Regũ. xvij. vbi dr Confregit dauid mentũ vrsi ⁊ eruit ouem de ore ei⁹ ⁊c. Homis vero mentũ ptractari amoris et fidei indiciũ est. ij. Regum. xvi. Tenuit ioab mentũ amase quasi deosculans eum. ⁊c.

Capitulum. XIX.

De ore.

Os est dictũ ex eo q̃ p ipm quasi p ostium cibos immittim⁹ et sputũ foris eijcim⁹ vel eo quasi de ostio sermones egrediũtur. vt dicit Isi. Os etiã. vt dicit idẽ animę nũcius est q2 illud ore exprimimus qḋ prius in mẽte cõcepimus. Est aũt os vt di. Grego. multis circũseptũ custodijs scʒ dentib⁹ ⁊ labijs vt tot intermedijs mẽs prius discernat q̃ȝ proferat siue dicat vt prius verbũ trãseat p lim. ĩ q̃ȝ p linguã. Fuit aũt oris instrumẽtũ necessarium ſm Constã. propter nutrimẽti susceptionẽ. nullũ enim membꝝ in aĩali nutrit nisi prius nutrimentũ in ore recipiatur. Os eñ prio cibum recipit ⁊ masticando ⁊ immutãdo aptũ digestioni stomacho trãsmittit. et propť hoc natura fecit os humidũ intrinsecus vt cibi siccitas eius hũiditate facilius imutet. Fecit etiã os neruosum ⁊ mediocriť durũ ⁊ cõcauum. Neruosum vt saporositas cibi facilius sentireť. durũ ne cibi aspitate lederet nec nimis factũ est durũ. sed mediocriter ne nimia duricia sensualitas gustus impediret Concauũ autem et rotundũ fuit intrinsec⁹ vt cib⁹ assumptus hincinde facili⁹ moueret ⁊ p dẽtes sine impedimẽto spũs trãsduceret. Itẽ necessariũ est os propter aeris ⁊ spirit⁹ attractõem aer eñ attractus p os in ipsius cõcauitate immutať depurať ⁊ subtiliať ⁊ sic ad cordis refrigeratiõem per cannale pulmonis transmittiť sine cui⁹ refrigerio cor pre nimij caloris incẽdio vreret et destrueret. Itẽ necessariũ est propter vocis informatõeʒ. ad hoc eñ est palatũ oris concauũ vt plectꝝ lingue moueret facilius ⁊ ad vocẽ formãdã expedite eleuaretur ⁊ deprimeť. Itẽ vtile est ad grossarũ sup̃fluitatũ a cerebro et pulmone venictũ crebrã eiectõem q̃bꝰ p ostium oris eiectis vitalis spũs ĩ corde ⁊ aĩalis in cerebro suas cõplent actõnes expeditius. Itẽ vtile est propť mẽbrorũ nutribiliũ a sup̃fluis exoneratiõnẽ qñ ergo stomach⁹ crudis humoribus oneratur. natura p vim expulsiuã operãte p oris orificiũ expurgať. sicut dic. Constã. ⁊ Gal. sup illud amphoris. in vomitib⁹ ⁊ purgatõib⁹ que spõte fiunt si q̃lia oportuit fiant conferũt ⁊ bñ ferũt. si vero nõ ꝯtrariũ. Patitur aũt os. vt dicit Constan. in viatico. qñq; ex alijs membris sibi vicinis infirmãtibus. Patitur autẽ pustulas vlcera ⁊ hmõi ex corruptis humorib⁹ aliũde ad buccã defluẽtibus. si rubeat ita q̃ nigredini attineat ⁊ caleat doleat aut ardeat materia sanguinea est ⁊ colerica. si vero multũ nigrescat tãto molestius est ⁊ timidius ne forsan ad cancrũ deueniat. Accidũt autẽ vlcera in ore lactentiũ puuloꝝ ꝓuenientia ex acumĩe lactis ⁊ ei⁹ corruptiõe. hucusq; Cõstan. in viatico ꝑticula secunda.

Capitulum vicesimum.

De dentibus.

d Entes ſm grecoſ dicũť odũtes quaſi oĩa oppoſita diuidẽtes ⁊ incidẽtes vt dicit Yſid. Et ſunt dentes ſm Conſtan. quedã plãtaria in oſſibus maxillaꝝ ⁊ menti q̃buſdã radicibus inſerti ⁊ ſunt in marib⁹ ſm Cõſtã. xxxij. Sedecim enĩ in maxillarib⁹ ſunt poſiti quoꝝ quatuoꝛ in anterioꝛi parte pares vocanť ⁊ q̃drupli, ⁊ hi lati ſunt et acuti inciſoꝛes vel preciſoꝛes a medicis nũcupanť. ad inciſiones cuiuſlibet cibi ſunt apti ⁊ quicq̃d in eis accipiť in oꝛe conteriť et moꝛdeť. Sunt iteꝝ duo qui canini ſunt dicti collateraleſ q̃druplẽs ⁊ in ſummitate acuti duris cibis tamẽ molendis apti. Et dicũtur ſm Yſid. canini. qꝛ ad ſimilitudinẽ caninoꝝ conſiſtunt ⁊ canes p ipſos oſſa rodũt. preciſoꝛib⁹ enim dentib⁹ ſunt foꝛtioꝛes acutioꝛes ⁊ rotũdioꝛes. ⁊ ideo a q̃buſdaꝫ collumnelle vocãtur ⁊ qꝺ prioꝛes ꝑcidere nõ pñt iſtis tanq̃ foꝛtioꝛib⁹ ad cõſtringendũ tradũt. Sunt ⁊ decẽ alij ex vtraq̃ pte ſupioꝛis mandibule q̃ collaterales q̃druplis hi ſunt lati atq̃ groſſi. hi molares ſunt vocati ⁊ ad molendũ bene ſunt apti. nã que cõciſa ⁊ cõfracta ſunt a prioꝛib⁹ moꝛe molẽ ſubigũt. vt di. Yſido. Sunt quidẽ in ſuperioꝛi mãdibula. xvi. dentes. ſcilꝫ quatuoꝛ q̃drupli atq̃ pares ⁊ duo canini ⁊ nouẽ molares ⁊ totidem etiã dentes numero collocanť in inferioꝛi mãdibula ſeu in mẽto. dentes igitur q̃tum ad ſuũ numerũ et etiã ad officiũ quadripharie diuidũtur. quidã enĩ ſunt inciſiui ⁊ hi ſunt quatuoꝛ. duo ſupioꝛes ⁊ duo inferioꝛes q̃ pꝛĩo aſpectui ſe offerũt. quidã vero ſunt pares et hi ſunt quatuoꝛ. duo ſupioꝛes ⁊ duo inferioꝛes q̃ alterutrũ iuxta inciſiuos poſiti mutuo ſe cõtingũt. Quidã vero dicũtur collaterales ſeu canini et hi quatuoꝛ ſcꝫ duo ſupioꝛes et duo inferioꝛes ſe mutuo collidẽtes. quidã vero ſunt molares ⁊ hi. xx. ſcꝫ. x. ſuperius ⁊ totidẽ inferius mutuo ſe tangẽtes ⁊ q̃ ab alijs incboata ſunt quaſi mole cõtinue cocidẽtes. Hi oĩes ſunt mãdibulis radicati et quodãmodo furcati ſed diuerſimode qꝛ anterioꝛes ſcꝫ q̃drupli ⁊ pares vnam habent furculã ſeu radicẽ. canini vo molares tres vel quatuoꝛ habere dicũtur. vt dicit Conſtã. Dentiũ quoq̃ numerũ diſcernit q̃litas ſexuũ. nam in viris plures. in femĩs paucioꝛes inueniũtur vt dicit Conſtã. et Yſido. Diſtinguũť etiã dentes ſm pceſſum etatis: quoniã ſicut di. Ariſto. li. ij. ꝙ dentes ſenũ generaliter ſunt nigri ⁊ nõ acuti vt patet in canib⁹ quoꝛũ etas p dentes noſciť quia dentes iuuenũ ſunt albi ⁊ acuti. ſenũ vero ecõtrario. Excipit tamẽ Ariſto. ibidem ab hac generalitate dẽtes equoꝛũ quos dicit habere propꝛiũ ꝙ ꝑcedente etate magis albeſcũt. diciť etiã ibidem opoꝛtet vtiq̃ ſcire ꝙ aĩalia que ſunt multoꝛũ dẽtium ⁊ cõiunctoꝛũ ſunt vite lõgioꝛis que vo paucoꝛũ ſunt dentiũ et ſepatoꝛum ſunt vite brevioꝛis. Iteꝫ diciť ibidẽ omne anĩal quadrupes generans anĩal ſibi ſimile habet dentes. Itẽ homo eijcit dentes in iuuẽtute anterioꝛes nõ molares ⁊ hoc cõtingit foꝛſan ppter furcularũ ⁊ radicũ debilitatẽ. molares autẽ nõ eijcit propter cãm cõtrariã et eſt generale in alijs animalib⁹ que nõ eijciũt aliquẽ dentẽ priuſq̃ alter ſibi ſimilis in loco oꝛiať pꝛim⁹. Item Ariſto. li. xij. Omne aĩal carens dẽtib⁹ in ſupioꝛi mandibula eſt ſiccũ ⁊ terreſtris nature. oĩe aĩal habẽs dentes in vtraq̃ mãdibula eſt pĩguedini ſimile. Itẽ idem li. xiiij. Natura nõ facit aliq̃d niſi quod meli⁹ et pfectius eſt. ⁊ ideo neceſſe eſt vt materia ptis terreſtris declinet a q̃buſdam aĩalibus ad partẽ ſupioꝛem ſcꝫ in dentes et culmos pminentes ⁊ in quibuſdã in coꝛnua. Et propť hoc nõ poteſt habere dentes in vtraq̃ mãdibula anĩal habens coꝛnua. Itẽ ibidẽ. li. xvi. Solũmodo inter alia oſſa creſcũt dentes dũ remanet aĩal et hoc eſt manifeſtũ in dentib⁹ ſup excreſcẽtib⁹ et declinãtibus a locis ſuis cõtingentib⁹ ſeinuicem. Et cauſa incremẽti illoꝛũ eſt ppter opatiõem eoꝛũ. Si enĩ non creſcerent cõſumerẽtur cito et propť hoc terũtur cito dentes aĩalium comedentiũ multum ⁊ carentiũ dentib⁹ magnis. Et ꝓpť hoc ingeniata ẽ natura ⁊ aggregauit

dentes ad inuicē propter senectutem et
finem. aliter si vita duraret p millena
rium sp dentes plures essent q̄z in pria
creatōne. vñ dicit idē li. ij. dentes q orī
untur intra gingiuā. nō oriūtur in viris
et mulierib⁹ nisi post viginti annos et for
te in quibusdā mulierib⁹ post. lx. et origo
eorū erit cum maximo dolore. Itē idem.
li. xix. Dentes acuti oriūtur añ latos
quoniā dentib⁹ acutis indigetur ad ab
scisionē cibi prius. q2 prius est abscide
re q̄z molere. ideo etiā citius crescūt. q2
minores sunt / q2 origo minoris rei est
ex calore añ originē rei maioris. Item
calor etiā lactis facit oriri dentes cito/
et ꝓpter hoc est q pueri lactētes lac cali-
dius nascūtur in eis dentes citi⁹ Item
idē etiā ibidē. Anteriores dentes nascū
tur in osse tenui et etiā debili propter h
sunt velocis casus hucusqz aristote. Ad
hec Constā. in viatico ꝑticula secunda
Dentiū magnū est iuuamentū. et cum
iuuamēto magnū corpis ornamētū ip-
sorū inq̄z non patientiū quoniā in pa-
tiētibus actio corrūpitur. Quorū pas-
sio diuersa est. Cui⁹ diuersitatis ps est
visui manifesta sicut putredines fetores
rupture. pforatōnes. morsiōes casus. li
mositates et similia. ps vero nō apparēs
est et occulta. sicut quādo dentes nimiū
dolent et tamē exteri⁹ sani apparēt. Cau
sa autē talis doloris sunt humores a ca-
pite descendētes vel a stomacho mediā
te fumositate ascendētes. vel humores
acuti in gingiuis et tūc dolores nimij cū
saltu et pulsu sentiūtur propter maliciā
humorū et acumē. Si vero dolor est a ca
pite grauitas sentit' in capite et dolor. in
facie rubor ex sanguine vel colera ad ra-
dices dentiū descendēte. Si vero fuerit
a stomacho. dolor sentit' in stomacho et
assidua eructuatio egredit' et erumpit.
Dentes etiā aliquādo pforātur. aliq̄n
do rumpūtur. aliquādo ex vermibus in
citrinū viridē seu nigrum colorē mutāt'.
que oīa ex corruptis et pessimis hūori
bus. ex malis cibis per neruos ad liga-
mentū dentiū descendentiū accidere di
noscitur Dentes etiā aliquādo mouē
tur et causa motus humores sunt in den
tiū radicibus / q2 si sint acuti necesse est
in dētibus foramina effici ac fetores et
putredines generari. Et si vermes fue-
rint in causa dolor maxim⁹ gignitur. q2
neruū sensibilē corrodendo penetrant.
Obstupescūt etiā dentes et exacerbātur
ex hūore acido int⁹. vel extra neruos sen
sibiles inficiēte et dormitare vidētur ex
causa nimis frigida sicut ex niue vel gla
cie neruos dentiū cōstringente. Itē den
tes quādoqz cadūt ex nimia humidita-
te ligamēta dentiū relaxante quādoqz
ex nimia siccitate. vt patz in senib⁹ quo
rū dentes proptᵉ subtractōem humidi-
tatis nutribilis dilabūtur. Has et mul
tas alias dentiū recitat Constan. passio
nes. sed hec sufficiāt Recollige igitur ex
pdictis q dentes in mādibulis tanq̄z in
fundamētis ꝓprijs radicātur ex frigidi-
tate dominā te albiores ceteris ossibus
efficiūtur proptᵉ suā duriciē de facili nō
ledūtur. Substātia enim dentiū est ex
se impassibilis. cū non sit sensibilis. vt
dicit Constan. vñ dens ruptus nullū
dolorē patit'. Dicit' tamē patiet dolere
ꝓpter neruū sensibilē qui in ei⁹ radicib⁹
sepe leditur et grauat'. Dentes enī intri
secus neruis colligātur terminos car-
nis dentes excedūt et tamē in carne ra-
dicātur nihil intra se nec in se esse pati
unt'. Clausi sunt labijs ne videātur In
decens est enī cum apparent nisi forsan
ꝓpter risum. Itē supiores ad inferiores
reuertūtur et sibi inuicē mutuo coaptā
tur et si inferiores aliquādo moueāt' su-
piores tamē fixi et imobiles reperiunt'
Ordinate autē ad inuicē cōponunt'. ad
informatōem articulate vocis maxime
coopantur toto corpori obsequūtur.

Capitulū vicesimumprimū. De lingua.

l Ingua a lingendo cibū est di-
cta. vel q2 ꝑ eam articularis so-
nus vba ligat. sicut enī plectrū
corde. sic allidit' lingua dentib⁹. vt dicit
Isido. Est autē lingua instrumentū gu
stus et locutōis. vt dicit Constā. et com
ponit' de substātia molli carne porosa et
spongiosa Est autē neruosa ꝓpter sensū

et motū porosa vt facilꝰ sapor penetret ad neruū facientē gustū ad quē veniunt multe vene sanguine plene. vnde rubicūda est in colore. Hec opatur pānicu lis qbus spaciū bucce ꝛ palatū induitꝛ vestitꝛ. a supiori pte patet tota. ab inferiori autē pte patet vsqꝫ ad ligamēta qbus merito est cōnexa vn̄ radices lingue et sensibile nerui qbus recipit sensum ꝛ motū a spiritibꝰ sunt occulti. In qbusdā autē hominibꝰ vt dicit cōstā. cōtrahitꝛ lingua plusqꝫ oportet intantū ꝙ nec in diuersas ptes mouetꝛ vn̄ oportet incidi ligamēta vt motus p totū bucce spaciū amplietꝛ. Passiones enī multe accidūt lingue vt in substātia ipsiꝰ vel in neruis ad illā venientibus vn̄ in viatico cōstan. Lingua animalis pdit motū voluntariū. Unde ꝛ vsum amittit sermonis cuius causa est ex defectu virtutꝭ motiue ex cerebro veniēte vel ex neruo opilato p quē virtus trāsit a salis. Aliqn̄ ex apostemate vel ex pustulis in lingua accidētibus Aliqn̄ sunt ꝓpria vicia in substantia lingue sicut cōplexio mala ex q̄ est sensibilis distemperātia ex nimio calore frigiditate vel humiditate vel siccitate vel apostema vel tumor. ꝛ similia ꝙ si lingua videatꝛ nimis tumida excessuꝫ caloris designat. Si vero alba frigiditatē. si mollis humiditatē. si sicca ꝛ aspera siccitatē. ꝛ oīa talia ligue impediūt vsuꝫ vel tollūt in toto vel in pte. Si aūt lingua sana videatꝛ nullas habēs maculas loq̄la tamē sit ablata. ex cerebro est defectus vel ex neruis sensibilibus opilatis Aliqn̄ est pditio loq̄le ex pdita mente vt in frenesi vel litargia. Huiusqꝫ Constan. in viatico. alios designat defectus lingue in pantegni. Constā. vbi dicit. accidūt pustule late ꝛ extēte in pellicultꝛ exteriorībꝰ lingue sicut accidit pueris malū lac suggentibus. ꝛ sunt qn̄qꝫ albi qn̄qꝫ nigri coloris. accidit aūt apostema lingue. eā nimis magnificans. ꝛ ab ore exire faciēs. ꝛ vocatꝛ exiliū lingue. Aliō etiā genꝰ apostematis ligue est q̄ō rana vocatꝛ eo ꝙ sicut rana nascitꝛ sub lingua ꝛ aufert vsum ligue. ꝛ ita rana muta dr ab effectu. Est autē aliud apostema lingue sanguinolentū vn̄ tota lingua patitur et loq̄la pariter cū gustu impeditur Ex viscosis enī humoribꝰ in lingua dominātibꝰ sensus gustꝰ corrūpitꝛ ꝛ imutatꝛ ita vt dulcia amara ꝛ insipida iudicentꝛ ꝛ ecōtrario. vt dicit Gal. Itē Gal. sup amphor. ꝙ accidit lingue balbucies ex nimia humiditate qn̄ lacerti lingue p nimia humiditate i extremis nequnt dilatari sicut est videre in ebriosis qui balbuciūt qn̄ in cerebro humore nimio pfunduntꝛ. Un̄ dicit ibidē Gal. naturaliter autē balbuciētes vel ꝓpter nimiam cerebri humiditatē balbuciunt vel ꝓpter lingue humectationē vel propꝛ vtrūqꝫ. Illa etiā supflua humiditas est causa quare aliq̄ efficiūtur drauli. q̄ aliq̄s litteras pferre nō pn̄t. sciꝫ r. p n. vel c. p t. pferūt. ꝛ hoc patet in infantibꝰ q̄ multas lrās corrūpunt ꝛ eas pferre nō pn̄t Hec oīa dicit. Gal. sup illū amphorīs. ipodrauli a diarria maxime capiūtur: ꝙ nimia humiditas taliū que est causa draulizatōis redit ad stomachū ꝛ itestina sepe lubrificādo inducit diarriā vel dissenteriā. i. fluxū ventris. sicut dicit. Gal. Itē dicit Constā. in pantegni. ꝙ in lateribꝰ ligamētoꝝ lingue sunt q̄daꝫ vene. q̄ saliuā lingue administrāt. Hec ab initio lingue incipiūt. a qbꝰ emanat quedā humectatio fleumatica que saliua appellatur. vnde ille vene vocātur a medicis saliuales siue habitatio saliualis. Initiū autē lingue vn̄ exeunt hee vene est caro glandulosa ꝛ alba ipsiꝰ saliue generatiua q̄ humectat linguā ꝛ tēperat caloꝝ siccitatē. ꝛ augmentat eoꝝ succositatē vt post dicetur. vn̄ dicꝛ Arist. in. vi. ꝙ oues aliqn̄ habent sub lingua venas albas ꝛ ille faciūt fetus albos ꝛ aliq̄ habent nigras ꝛ ille faciūt fetꝰ nigros. alie varias ꝛ ille ꝓcreāt fetus varios ꝛc̄ Recollige igitur breuiter ex iā dictꝭ ꝙ lingua est substātia carnosa sanguinea et porosa. influētie spiritꝰ receptiua incōplexione calida ꝛ humida. in dispositōe tenuis ꝛ oblonga anteriori pte similis gladio in cono. in colore rubicūda. in loco concauo ꝛ humido sita ad motū facilima. vocū informatiua. sapoꝝ discretiua

ꝑ emissionẽ salíue oris humectiua. ꝯce
ptionũ anime intercptatiua. dentibus ⁊
labijs q̃si muro duplici circumsepta In
diuersis aĩalibꝰ quoad figurã varia. Nã
in q̇busdã breuis est ⁊ grossa. in q̇busdã
vero ecõuerso. Qui vo hñt linguã gros
siorẽ hñt vocẽ grauiorẽ ⁊ ecõuerso. Que
dã etiã aĩalia hñt linguas medicinales
⁊ salutiferas. ⁊ hoc vel ex nature bonita
te. vel ex occulta aliq̃ ꝓprietate vt ligua
canis. vt dicit Cassiodorꝰ Quedã autẽ
linguas hñt mortiferas ꝓpter maliciã ⁊
furiositatẽ humoris in eis dñanꝫ sicut
lingua serpẽtis draconis ⁊ rabidi canis
cuiꝰ morsus est summe venenosus cuiꝰ
lingua apparet sꝑ extra os ⁊ distillat ve
nenũ ⁊ inficit aquã in quaꝫ cadit. de q̃ q̇
biberit efficit̃ rabiosus. vt dicit Auicen
na ⁊ Cõstanti. in tractatu de venenosis
aĩalibꝰ ⁊ venenis. Vñ etiã serpentũ lin
gue ꝭm Arist. nigre sunt siue liuide siue
subrufe ⁊ maculose. acute ⁊ in motu ve
locissime. Et hoc ꝯtingit ꝓpter humoreꝫ
furiosum ⁊ venenosum. qui tã velociter
linguã agitat vt vna numero bifurcati
videatur. ligua tñ aspidis q̃uis in cor
pore viuẽtis serpentis plena sit veneno
mortifero. sepata tñ a corpe ⁊ desiccata
venenũ ꝑdit. ⁊ venenũ si p̃ns fuerit pro
dit vñ in p̃ntia veneni l sudorẽ ꝓrũpe
ꝯsueuit. vñ talis lingua velut vtilis ⁊ ꝓ
ficua reputat̃ inter thesauros regios p̃
ciosa. q̃uis prius fuerit venenosa. ⁊c.

Capitulũ vicesi mumsecundũ.

De saliue ꝓprietatibꝰ

Saliua est humor fleumaticꝰ ex
naturalibꝰ venis lingue genera
tus. vt dicit Constã. Est autẽ
saliua naturalr̃ humida in colore alba.
ex cõtinuitate motꝰ lingue ⁊ instrõꝝ spi
ritualiũ spumosa in sapore insipida. qꝛ
potẽtialr̃ est oĩm saporũ in se receptiua.
Si enĩ esset alicuiꝰ saporis determinati
nõ eẽt alteriꝰ susceptiua. Est etiam ꝭm
eundẽ Cõstan. saliua inter gustũ ⁊ eius
obiectũ media. nihil enĩ sensu gustꝰ per
cipit̃ nisi cuiꝰ sapor mediãte saliua gustꝰ
organo p̃ntat̃. Unde etiã ipsa ꝭm q̃lita
tẽ saporis rei gustate immutat̃. Fuit ãt
necessaria saliua. vt dicit cõstan. ad hu
mectatõnẽ oris. vt saliue bñficio irriga
retur. Itẽ propter digestionis prepati
onẽ. Cibus enĩ siccus in ore assumptus
non vtilr̃ stomacho mitteret̃. nisi saliua
media prius humectaret̃. qꝛ sine saliue
adminiculo. res sicca nõ de facili transi
glutiret̃. Itẽ vtilis est ad faciliorẽ suꝑ
fluitatũ cerebri ⁊ pulmonis euacuatio
nẽ. qꝛ tales emũctõnes calore vel frigo
re indurãtur aut inuiscãtur nõ ita de fa
cili ꝑ ostiũ oris extraherent̃. nisi primo
cũ humoris salíualis adiutorio lubricã
do ad exitũ pararent̃. Itẽ saliua hoĩs ie
iuni habet q̃ndã vim latẽtis infectiõis
vñ ⁊ sanguinẽ aĩalis ledit si in aliquo
vulnere aliq̃d sanguini admisceret̃. vt
dicũt predicti autores in tractatu de ve
nenis. Et hoc forsitan est vt dicit Auicẽ
na. rõne cruditatis Humor enĩ crudus
sanguini ꝑfecte digesto in suis q̃litati
bus repugnat ⁊ suũ vt dicũt autores ꝑ
turbat tpamentũ. Hinc est etiã vt di
cũt sancti. ⁊ habet̃ a plinio q saliua siue
sputũ hoĩs ieiuni interimit serpẽtes et
venenosis aĩalibꝰ est venenũ. sic dt Basi
liꝰ suꝑ illud verbũ in exameron Ipsa cõ
teret caput tuũ ⁊ tu nisi. calca. eiꝰ Geñ.
iij. Itẽ sicut dicit Gali. suꝑ amphoris.
ibi. in sanici sputo fit phtisis ⁊ fluxus ⁊
vbi saliua tenet̃ moriũtur. ⁊c. Phtisici
ꝓpter vlcus pulmonis sꝑ tussiũt. et de
suꝑfluitate saniei vlceriꝰ spuendo se exo
nerãt ꝓut p̃nt sed tñ mors imminet q̃n
nõ spuũt. qꝛ retẽta eiꝰ saliua cũ sanie vie
spũs interiꝰ claudũtur ⁊ sic phtisici suffo
cati moriũtur. Itẽ sicut dicit Gal. in
li. crisis. Inter sputũ ⁊ saliuã est diffe
rẽtia. Nã saliua est suꝑfluitas natural̃
nutrimenti pectoris ⁊ generat̃ digesta.
Sputũ vo est illud qḋ ad pectus adue
nit ꝭm diuersitatẽ cursus naturalis et
cursus p̃ter naturã. nec est semꝑ dige
stũ. Et iõ sputũ in acutis febribꝰ ⁊ apo
stematibꝰ si leuiter fiat cũ signis digesti
onis ⁊ sine tussi laboriosa. fortitudineꝫ
signat virtutis ⁊ defectũ morbi. sicut dr̃
in ꝓnostica. ⁊ ecõuerso. Et ꝭm Gal. ⁊ ali
os cõmentatores ibidẽ. In saliua siue
in sputo cõsiderant̃ tria generalr̃ Color

scʒ odor. ⁊ sapor. Quia si sputū fuerit in colore liuidū cordis ⁊ spūaliū signat lesionē. Si vero sanguineū cū sanie admixta pulmonis designat alteratōem. Si etiā fuerit in odore fetidū interiorē signat corruptōem. Itē si in sapore fuerit amarū aut acidū humoris corrupti in stomacho ⁊ pulmone seu in substantia lingue signat dn̄ationē. Item in sputis habūdare signū est fleumatice cōplexionis. vn̄ ⁊ in senib⁹ solēt sputa habūdare grossa ⁊ viscosa ſm intensionē frigiditatis ⁊ resolutionē vel dissolutionē humiditatis substantialis. ⁊c.

Capitulum vicesimumtertiū. De voce.

Vox est aeris tenuissim⁹ ictus. plectro lingue format⁹ vt dicit Isi. ⁊ Pristian⁹. Organa āt vocis sine instrumēta multa sunt. vt dicit Constā. s. pulmo. arterie. guttur. vuula os. dētes. labia. atq; lingua. Sine eniʒ istoꝝ instrumēto vox nō formaẜ. Et horū quedā sunt vocis receptiua sicut pulmo cū suis receptacul' ⁊ canalib⁹. Quedā vero sunt vocis ordīatiua sicut vuula q̄ ſm ꝯstanti. pulcrā reddit ⁊ fortē qn̄ ad alia se hʒ ꝓportionalr̄. Aerē enim introeuntē tpat. ⁊ ne nimis īpetuose exeat cohibet ⁊ refrenat. A receptiōe etiā pulueris guttura ⁊ arterias ꝓhibet ⁊ cōseruat. Quedā enī sunt vocis emissiua vt canales pulmonis ⁊ arterie q̄ sunt q̄dam fistule. q̄ si fuerint lenes mūde et tempate dulcē ac tempatā ⁊ eq̄lem reddunt vocē. Si vero aspere fuerint ⁊ plus debito fuerint late ⁊ stricte aut distorte nimis grauē vel exilē dissonū aut ineqūlem emittūt vocē. Ad formatōem igit̄ vocis aer in folliculo pulmonis recipitur ⁊ p ordinatū arteriatum motū p os emittiẜ. Vn̄ ex veloci aeris cōmotione ⁊ organoꝝ vocis extensiōe son⁹ reddiẜ q̄ in ore aīalis platus ⁊ plectro lingue formot⁹ vox a sapiētib⁹ diciẜ. Ducusq; constan. in pantegni. vn̄ Aristo. li. iiij. Pulmo est primū vocis receptaculū. Et iō oīe aīal carēs pulmone caret ⁊ voce ac loquela. Loq̄ enī est distinguere vocem Vn̄ oīe aīal nō hn̄s linguā absolutam nō hʒ vocē. vt dicit idē. Apes vel musce carent voce. faciūt tn̄ crepitū in volando extendēdo ⁊ cōtrahēdo alas p aereʒ cadentē inter corp⁹ ⁊ alas. ⁊ sic faciūt locuste. Et hui⁹ ꝓbatio est q nunq̄ faciūt sonū in sedendo. sʒ tantūmō in volādo rana āt habet vocē ꝓpriā ⁊ anterius lingue sue applicaẜ ori suo q̄ ꝙ ex lingua ꝓpinquat canne pulmonis absolutū est ⁊ ꝓpter hoc habet vocē ꝓpriā. ⁊ est coax nec facit hoc nisi in aqua tantū. et ꝓprie masculus tēpe coitus qn̄ clamat feiam per vocē cognitā. Rana vo multiplicat vocem qn̄ ponit mādibulā inferiorē in aquā ⁊ extendit supiorē ⁊ p extensionē duaꝝ mandibulaꝝ vociferāt ⁊ propē nimiū conatū extensiōis lucent eaꝝ oculi sicut cādele. cantāt ⁊ vociferant pl⁹ de nocte q̄ de die. q2 tūc est sepi⁹ coit⁹ earū dē. ⁊c. Itē ibidē. aues pu. corpis plus vociferāt ⁊ garriūt q̄ magni ⁊ maxime tpe coit⁹. qn̄ vociferatio auiū est maxime in illo tpe. Item idē. gall⁹ vociferat post bellū ⁊ victoriā. Itē in aībus est q masculꝰ dat vocē ⁊ nō femina sicut gallus ⁊ mas coturnicū. Loq̄ āūt appropriatur homini. qui aūt naturalr̄ sūt muti sunt surdi ⁊ hn̄t vocē sʒ oīno indistinct ī vt dicit idē. Itē idē in eodē libro. oēs femie sunt subtilioris vocis ⁊ acutioꝝ q̄ masculi ṗter vaccā. q2 vox femie est grossior. Itē ibidē exitus spermatis est in marib⁹ apud alteratōem vocis. ⁊ hec est in termino duoꝝ septenniū aliq̄ndo mutaẜ tamen vox citius in q̄busdā. et est significatio motus ad luxuriā. Iteʒ ibidē qn̄ equi incipiūt coīre erit eorum vox maior simulr̄ femie. vox tn̄ femine clarior est. Itē ibidē voces masculorum mutanẜ qn̄ mutilanẜ. Itē dr̄ li. viij. voces oīm quadrupedū mutātur ⁊ efficiūẜ sicut voces femiaꝝ qn̄ castrātur. ⁊ li. xix dr̄. causa acuminis et alteratiōis vocis est ſm alteratōnem etatū qn̄ vox iuuenū aīaliū est acutior voce senū ⁊ mulierū q̄ viroꝝ ⁊ voces omniū animalium sunt acutiores in iuuētute. Itē ideʒ mite femine et multi iuuenum vociferāt voce acuta. qn̄ propter debilitatē mo

nent paucũ aerem ⁊ qđ est paucũ moue
tur velocius. et vox velox est acuta. gra
uitas autẽ vocis seq̃tur tarditatẽ. ⁊ aer
mult⁹ mouetur tarđ. mares aũt ⁊ senes
mouẽt multũ aerẽ. ⁊ iđ sunt grauioris
vocis. neruos enĩ ⁊ arterias hñt fortio
res masculi q̃ femine. ⁊ senes q̃ pueri
⁊ nõ castrati q̃ castrati. propt᷑ debilita
tẽ ergo neruoꝝ erunt voces castratoꝝ si
miles vocib⁹ feminaꝝ. Huiusq̃ Arist.
Vox equalis clara. flexibilis inter acu
tũ ⁊ graue mediocris est laudabilis. sic
ecõuerso. vox tremula rauca ⁊ aspa debi
lis ⁊ dissona nimis grauis vel acuta est
vitupabilis. nã vox vnica dissona ⁊ in
ordinabilis multaꝝ ꝯfundit vocũ armo
niã. Vox itaq̃ cõsona dulcis ⁊ ordina
ta est letifica. amoris excitatiua. passio
nũ aĩe expressiua. vigoris ⁊ ṽtutis orga
noꝝ spũaliũ prestatiua. puritatis ⁊ bo
ne dispositõis earundẽ ostẽsiua. laboris
subleuatiua. tedij seu fastidij ablatiua
etatis ⁊ sex⁹ discretiua. p̄conij ⁊ laudis
acq̃sitiua. affectõnis audientiũ mutati
ua. sicut de orpheo đr in fabulis ꝙ vocis
sue modulatõe arbores ⁊ nemora mon
tes ⁊ saxa demulcebat. ita est etiam vox
cõposita nature cõsona ⁊ amica ꝙ nõ so
lum delectat hoĩes. ṽꝫ etiã bruta aĩalia
qđ patet in bobus q̃ cãtu bubulci dulci
sono potiusq̃ iaculo ad laborãdũ excitã
tur volucres etiam in dulcis vocis mo
dulo delectãtur intantũ ꝙ sepe ꝑ dulcẽ
sonũ ad laq̃os ⁊ pericula ab aucupe ꝓuo
cãtur. iuxta illud poeticũ. Fistula dulce
canit volucrẽ dũ decipit auceps. Item
ꝑ dulces cãtilenas ⁊ armonias musicas
infirmi ⁊ maniaci ⁊ frenetici ad sensuꝫ
mẽtis ⁊ sanitatẽ corpis sepius reuocã
tur. Unde dicit Constã. in viatico ꝑti
cula. ij. ca. de amore q̃ đr Hereos sic dicẽ
Dicunt alij ꝙ orphe⁹ dixit. Impatores
ad cõuiuia me inuitãt vt ex me delectẽt
ego tñ delector ex ipsis cũ quo velim ani
mos eoꝝ flectere possim de ira ad mãsue
tudinẽ. de tristicia ad leticiam. de auari
cia ad largitatẽ. de timore ad audaciam
Hec est ordinatõ musicoꝝ que circa sua
uitatẽ aĩe esse dinoscitur. et cũ dulciso
na etiã melodia demones aliq̃n coartã
tur. ⁊ exire de corpib⁹ cõpellũtur. vt ꝑꝫ
in saule a quo spũs malus voce dauidi
ca recedere cogebatur. vt ꝑꝫ. i. Regum
xvij. Ex q̃bus oĩbus iã patet q̃ vtilis
sit iocũda vox atq̃ dulcis. Ecõtrario ve
ro est de voce inordinata et horribili. q̈
nõ letificat sed cõtristat et aures ac mẽ
tem grauat. Unde Constã. in quodã ca
pitulo supradicto interrogatus q̃dam
phs. quare homo horribilis grauior eẽt
q̃ quodlibet pond⁹ taliter rñdisse fertur.
Homo inq̃t horribilis pond⁹ animi ẽ ⁊c.
Hec de voce bona ⁊ mala nũc sufficiant
Nam de his que vocẽ impediunt supra
dictũ est in tractatu de lingua Et adhuc
etiam dicetur infra. ⁊c.

Capitulum vicesimunquartũ. De gutture.

Guttur est extremitas canalium
pulmonis. vt dicit Constan. et
est duplicis iuuamẽti. maius ⁊
primũ est vt aerẽ attrahat ⁊ emittat. se
cundũ est vt cibos interi⁹ traijciat et vo
cẽ faciat. Hec canalis substãtia cartila
ginosa est atq̃ dura. vt cum vent⁹ exeat
vox emissa fiat clara. nã raucitas vocis
fit ex hũiditate canalis pulmonis Cõ
ponitur igitur a trib⁹ cartilaginib⁹. pĩa
est anteri⁹. gibbosa exteri⁹. cõcaua inte
ri⁹. Scđa priore est maior ⁊ recte iuxta
os stomachi collocatur. Tertia cartila
go media inter primã et scđam. ex istis
cartilaginib⁹ quasi q̃dã ꝯcatenatõe gut
tur cõponitur vt dilatetur ⁊ cõstringat᷑.
induitur tota substãtia gutturis eidẽ
pãniculo q̃ lĩgua induit᷑ ⁊ palatũ Cõca
uitas aũt gutturis quã aer itrat ⁊ exit hꝫ
qđdã corp⁹ lĩgue sĩle ꝯpositũ ex glãde et
pĩguedie ⁊ pellicul᷑. et vocat᷑ a medicis lin
gua gutturis siue cataracta. ⁊ ẽ primũ vo
cis vt đr instrm̃ Nõ eñ pt alr vox eẽ nisi
claudatur ista cataracta. q̈ si via guttu
ris fuerit apta impossibile est vocẽ esse
q̈ aer paulatim exit. Unde gutturis ca
taracta ad flatũ ꝯstringẽdũ fuit necessa
ria. q̈ ṽo guttur patitur ab hũorib⁹ a ca
pite descẽdẽtibꝫ vñ raucitas generatur ⁊
tussis q̃nꝫ a tractu corrupti ⁊ sicci aeris
q̃nq̃ etiã ab iniecti pulueris. iđ habet

uuulā pro obstaculo ne puluis et hmōi
aliquid pulmonē valeant subintrare q̄
fuit necessaria vt vocē faceret pulcrā.
fortem. ⁊ expeditā. Alleuiat autē aerem
introeuntē eiusqꝫ tēperat frigiditatem
Unde quidā moriūt̃ qñ radicitus eis
inciditur. qꝛ nimiū recipiūt aerē guttur
⁊ pulmonē infrigidantē. Est igit̃ guttur
organū vocis informatiōi necessariū ci
bi ⁊ potus in primū digestionis locū. s.
in stomachū inductiuū. qꝛ ideo lōgum
est ⁊ rotūdum vt amplioris aeris ad in
frigidatōem caloris cordis sit faciliꝰ at
tractiuū et expulsiuū. Est aūt in vtraqꝫ
extremitate magis cōcauū et in medio
magis strictū. vt sic sit vocis magis in
formatiuū. Est autē ex diuersis cartila
ginibꝰ more ciphi se coopientibus cōpo
situ vt fortius existat. ⁊ ita vt ex teneri
tudine cartilaginis ad vocē variādā fa
cilius se reflectat. Ingeniata autē est
natura circa guttur. vt sm̄ duplex offi
ciū animali necessariū duplicē viē ha
beat cōcauitatē Habet enī viā canalem
ad aerē attrahēdum ⁊ anhelitū pficien
dum. Habet etiā et viā manifestā ad ci
bum recipiendū. et hec duplex via quo
dā coopculo qd̄ epiglotū dr̄ distinguit̃.
habet enī se in supficie gutturis ad mo
dū vestis ad vtrūqꝫ foramē gutturis eq̄
liter se habētis. Cū enī natura cibū ap
petit clauso foramine anhelitꝰ foramen
ad susceptōem nutrimēti omnino se ape
rit ⁊ ecōuerso cū natura attractiōem ae
ris desiderat foramē aliud gutturis se
claudit ⁊ obturat. Itē contingit guttur
multiplicr̄ pati. s. p extrinsecā compas
sionē siue qualēcumqꝫ lesionē. Itē qñqꝫ
p incautā cibi vel potus sumptōem. Si
enī cibus intrauit meatū p quē cōtrahi
tur aer. via spūs de facili intercludit̃ et
aīal suffocatur. qñqꝫ p humorū fluxū et
reumatisatōem. Cōtingit autē hūores
a capite ad canales gutturis cōfluere ⁊
ibidē facere apostema. qꝛ si materia co
lerica fuerit et furiosa / cito mortificat
animal ⁊ suffocat. nā vt dicit Constan.
angustat flatū ita qꝛ infirmꝰ vix cibū vel
potū sumere possit vel recipe. dolorē pa
titur nimiū. si aūt sit materia sanguīea

ifirmꝰ appatꝫ plenꝰ corpe. tuberꝰ in facie
vene sunt plene. plenꝰ pulsus. tumor ca
lidus ⁊ dulcis ex supabundātia sangui
nis sentit̃ gustus. Si vero ex colera ru
bea dolor est fortꝫ angustia nimia. calor
cū siti maxima et vigilia amaritudo in
gustu est. Si aūt sit ex fleumate nō tan
tū dolet sed tumet lingua ⁊ mollescit Si
ex salso sit fleumate oīa saporat in guttu
re tanqꝫ salsa. vox patiētis efficit̃ sicut
pullorꝫ catulorū. quia ex siccitate salsi
fleumatꝭ trachea arteria coartat̃. vt di
cit Constan. Cōtingit autē istā mate
riā malā qñqꝫ totā recolligi interius in
pellicula q̄ diuidit viā aeris q̄ dicit̃ tra
chea arteria a via per quā trāsit cibꝰ q̄ di
cit̃ isophagus ⁊ facit squinantiā que in
vno die interficit. Ex cōpressione enī
trachee arterie denegat̃ aeri liber transi
tus ad cor. Ex cōpressione autē isopha
gi cibor̄ trāsitus denegat̃. Qñqꝫ colli
gitur materia ptim intra ⁊ ptim extra.
⁊ tūc iterum dicit̃ squinātia ⁊ nō est ita
mortifera. qñqꝫ tota materia est extra ⁊
dicit̃ synātia. ⁊ est adhuc minus morti
fera tamē piculosa. In omibus his est
dolor vehemēs gutturis. sed pcipue in
prima cū suffocatiōe vocis. est etiā dif
ficultas spirādi ⁊ respirādi. ita etiā re
plent̃ nerui ex squinātia. ⁊ ita maxille
spasmant̃ qꝛ vix etiam cum malleo pōt
dentes aliquādo apiri. et ita acurtatur
lingua qꝛ vix vel nunqꝫ potest extrahi.
In omībꝰ istis morbis guttur pmenti
bꝰ bonū signū est velox aspiratio anheli
tus ⁊ respiratio. qꝛ trachea arteria non
nimiū est cōpressa. Unñ nō ita timet̃ suf
focatio nihil enī ita timet̃ in hac passio
ne sicut anhelitꝰ [illegible] a quo nisi [illegible] ani
mal per violentiā [illegible]
piculo abstrahere. Hec tamē [illegible]
[illegible] patit̃ guttur. s. vlceratoꝛ ⁊ ex [illegible]
tione sui inmoderatā vocis [illegible] aer
humiditate nimia arteriā gutturꝭ. Et inde
te ⁊ vocē ipedientē vel qñqꝫ extinguē. Vo
cis asperitatē ex siccitate aeris vel corporis si
ne cibi vel pulueris instrm̄ loquendi exaspe
rante. Et de gutture dicta sufficiant.

Ca. XXV de collo

Collum est dictũ eo q̃ rigidum sit ⁊ rotundũ. caput baiulãs et sustẽtans cuiꝰ ps anterior gula. posterior vero ceruix vocat̃. vt dicit Isi. Ceruix autẽ est dicta eo q̃ p illã ptem ad medullã spine cerebꝛ dirigit̃. Unde ceruix q̃si via cerebri d̃r. vt dicit Isid. Est igit̃ collũ membꝛ rotundũ inter caput ⁊ corpus mediũ. ⁊ est osseũ ex mult̃ ossibꝰ ⁊ neruis ꝯpositũ. Osseum quidem est vt fortius sit ad caput sustentandũ. neruosum aũt ad motũ voluntariũ faciendũ et ad sensum ad inferiores ptes corpis deferendũ. Collũ enim influentiã virtutis motiue recipit a cerebro. ⁊ etiã sensitiue ⁊ receptã ad inferiores ptes corpis neruis mediãtibꝰ trãsfundit. Debet autẽ collũ habere quandã cõuenientiã ⁊ pportionẽ cũ capite. nam si forma capitis fuerit ꝑ se magna ⁊ ceruix aliquantulũ grossa bonitatẽ signat cõplexionis ⁊ dispositõis. vt dicit Constan. si vo fuerit caput puũ ⁊ collũ magnũ quãtitati illius nõ pporcionatũ abũdantiã designat materie supfluã ⁊ vtutis informatiue defectũ et eiusmodi caput cephalica infirmitate. ⁊ auricularꝫ dolore fatigatur. vt dicit Cõstan. ẜm ãt Aristo. li. xiiij. colli dispositio variatur in animalibꝰ ⁊ volatilibꝰ. Nã in quadrupedibꝰ spissi corpis et cruriũ mediocriũ collũ curtũ est ⁊ grossum. ⁊ hmõi aĩaliũ in collo plurima est fortitudo. vt patet in bobꝰ ⁊ bubalis ⁊ vrsis ⁊ lupis. quorũ maxima in spondilibꝰ colli fortitudo est ⁊ ideo solent boues p colla iugoꝝ vinculis alligari. Aĩalia vero longi cruris et grossioris corpis solent esse colli lõgioris. ⁊ hoc ppter necessitatẽ pastus. vt patet in equis. camelis. ceruis. ⁊ huiusmodi. maxima autẽ equi pulcritudo est in collo. nã ẜm eius erectõem ⁊ spissitudinẽ ⁊ extensionẽ a pluribꝰ estimatur aiosus. Itẽ Arist. in eodẽ. aues hñtes curuũ rostꝝ hñt curtũ collũ. vt pꝫ in accipitribꝰ. aqlis. et nisis. que vo sunt hñtes rostꝝ lõgũ ⁊ rectũ hñt collũ lõgũ. vt pꝫ in gruibꝰ. ardeis. anseribꝰ. ⁊ hoc est q2 acquirũt cibũ de pfundo. Itẽ idẽ ibidem Oẽs aues pedũ lõgoꝝ hñt collũ grossiꝫ ⁊ spissum. ⁊ volãt extẽso collo. ⁊ si habuerint collũ lõgũ ⁊ abile ad declinãdũ declinant illud ⁊ q̃si cõplicant in volãdo. Itẽ idẽ. si qđ aĩal fuerit lõgi cruris erit lõgi colli. ⁊ si curti/curti. Itẽ omne aĩal hñs collũ habet pulmonẽ. tale vero qđ non anhelat aerẽ interiꝰ collũ non habꝫ aĩalia aũt annulosi corpis nõ hñt collũ distinctũ a corpe sicut nec pisces. ⁊ hoc q2 nõ hñt scapulas. q2 nõ vocatur collũ nisi membrũ qđ est inter caput ⁊ scapulas. vt dicit Aristoteles ibidem.

Capitulũ vicesimũsextum. De humeris.

Humeri dicti sunt q̃i armi ad distinctõem hoĩs a pecudibꝰ mutis vnde nos humeros illi vo armos habere dicitur. vt dicit Cõstanti. Sunt aũt humeri ex varijs ossibꝰ cõpositi. quoꝝ precipue ista duo spatule dicũtur ad modũ spate late. spatuꝫ eñi latum d̃r. Fuerũt aũt ossa necessaria. vt dicit Constanti. de causis duabꝰ aut vt defendãt pectus ne quid retro pateretur ab exterioribꝰ. aut vt armoꝝ ligẽt ossa q̃ interiꝰ sunt cõcaua. exteriꝰ vero gibbosa. Erat aũt intra cõcauitas vt pdesset costis. que ossa sunt habẽtia nodos quos medici vocãt spatularum oculos. quod nomen ex officio assumpserũt. sicut eniꝫ oculi totius corpis anteriores sunt defensores. ita ista a posteriori pectora ⁊ eorum costas ⁊ ossa defendũt ⁊ custodiunt Sunt autem isti ido oculi cõcaui vt armoꝝ acumina possint ingredi. Habet aut spatula duo acumina retro. vnũ corui rostro assimilatur. p qđ eadem spatula furcule est cõnexa ne a supiori locũ suũ exeat interiꝰ. Ad hoc natura posuit alterum ne subtus exiret acumen armoꝝ. furcule autẽ fuerũt ad hoc necessarie vt armos ligarent ⁊ a pectore differre facerẽt. hoꝝ ossa exteriꝰ sunt rotũda: interiꝰ vo cõcaua ⁊ cũ teneritudie pectoris aũ colligata. retro vo cũ corui rostro. Sũt autẽ coꝝ ligamenta ossa cartilaginosa que vocãtur spatularꝫ capita ad hoc posita tãtũ. vt cõcatenatõeꝫ facerẽt armorũ. Ex iã dictis pꝫ q̃ humeri ⁊ armi isti

necessarij sunt etiā ad spūalium mēbro
rum defensionē. Itē ad brachiorū siue
costarū siue pectoris ꝛ vitaliū ossium cha
tenationē ꝛ colligatōem Itē ad ossium
ꝛ spondiliū colli supportatōem. Itē ne-
cessarij sunt ad ponderū diuersorū sustē-
tationē. nam ratōne sue osseositatis et
neruositatis maximā habent fortitudi
nē ꝛ vigorē. Itē post caput ꝛ collū in cor
pore maximā obtinēt eleuatōem. Alijs
enī membris supeminēt sub capite con
stitutis. vt pꝫ in omī animali. Itē pati
untur humeri qnqꝫ ab extrīseco. vt vul
nera siue qualēcunqꝫ lesionē. siue prop
ter nimiā laboris ꝛ oneris cōtinuitatē.
ꝛ tūc potissime curātur p quietē ꝛ alicu
ius vngenti appositōem. vn̄ dicit Arist.
li. vij. ꝙ iuncture elephātis solent inū-
gi oleo oliue proptͤ faciliorē oneris ꝛ la
boris toleratōnem vt meliꝰ dormiant.
Itē qnqꝫ a causa intrinseca. s. ex fluxu
humorū cōcurrentiū ad iūcturas in ner
uis humerorū. ex qbus nerui grauātur
ꝛ in suo effectu impediūtur. Qnqꝫ etiā
ipse iuncture supfluis humorībꝰ replē
tur ex quorum acumine dolor in sensibi
li neruo generatur.

Capitulū. XXVII

De brachijs.

Brachia a fortitudine sunt di
cta Barim enim grece forte dr̄
latine. vt dicit Isi. In brachijs
enī thori lacertorū sunt et insigne robur
existit. Qui thori dicūtur musculi. Et di
cunt thori eo ꝙ illic qsi viscera torta vi
deātur. vt dicit Isi. Brachiū aūt vt dr̄
Cōstan. ex duobꝰ constat ossibꝰ. vnū est
supra. ꝛ appellaꝛ cubitus supior. alterū
infra ꝛ dicitur cubitus inferior. Est autē
os inferius priori maiꝰ. qꝛ portans por-
tato maius esse debet ꝛ firmiꝰ. Cōcate
naꝛ autē brachiū cū armo supiori. ꝛ con
nectiꝛ neruis fortissimis qbus median
tibꝰ sensum ꝛ motū voluntariū recipit
et ad manū post trāsmittit Sūt brachia
rotūda propter maiorē ad opatōem et
motꝰ abilitatē ꝛ maiorē impassibilitatē
vt nō facile patiaꝛ. Sūt etiā flexibilia
in iūcturis tribꝰ. s. circa manū. cubitū. ꝛ
armū. vt motui volūtario sint abiliora
ꝛ ad obediēdū volūtatis impio pmptio
ra. Preterea brachia respectu aliorū mē
brorū minꝰ sunt carnosa. ꝛ hoc proptͤ sub
stātiā ossiū neruosam ex q̄ cōponūtur pro
pter roboris ꝛ virtutis ampliatōꝫ In bra
chijs enī maxia est hoīs fortitudo ad por
tandū. ad eleuādū. ad ↄstringēdū. ad re
pellēdū. ad pugnandū. ad opandū. Itē
brachiorū ossa sunt grossa. dura. cōcaua.
medullis plena. Grossa qdē sunt et du
ra ne de facili rūperent. cōcaua ne nimia
soliditate nimis pōderosa redderētur.
Medullꝰ plena. vt ossa sicca ꝛ dura me
dullarū pinguedine irrigarēt. ꝛ vt spūs
a neruis ꝛ venis cōfluētes medullari tē
perie seruarētur ꝛ nutrirētur. Cute mu
sculis et lacertis intermixta carne tegū
tur ne ab aliquo extrinseco de facili lede
rētur. In iūcturis ꝛ vertebris cartilagi
ne vestiūtur. ne nimia duricie ossiū mu
tuo se collidentiū nerui sensibiles ali
quā molestiā paterētur. Et vt ipsa ossa
in suis iūcturis planicie et mollicie car
tilaginea expeditiꝰ mouerētur. et nulliꝰ
aspitatis occursu tardarētur. Itē bra-
chia proptͤ vnitatē quā habēt cū regio
ne cordis. spm̄ et pulsum p quasdā arte
rias recipiūt ꝛ variā ipsiꝰ mutatōem et
ↄsistētiā defectū ꝛ pfectū in venis ꝛ ar e
rijs pulsantibꝰ manifestāt. Itē brachia
proptͤ vicinitatē cerebri familiarē hn̄t
ↄuenietiā cū capite. ꝛ ab eo recipiūt la
tētis virtutis influētiā. Et iō p defensiōe
capitꝭ ſm sensum nature ꝛ sine delibera
tōe ↄtra ictꝰ ferientiū se opponūt. Itē ve
ne totiꝰ corpis ꝛ maxie de regiōe capitꝭ
cordis ꝛ epatis ↄueniūt in maibꝰ ꝛ digi
tis nutrimētū tribuūt. Et iō q sanguie
repletos se sentiunt ꝛ grauatos aliquā
de venas brachiorū apire ↄsueuerūt. ꝛ sic
brachia sepe vulnerāꝛ ꝛ pcutiūtur vt alia
mēbra sanitatē bn̄ficiū ↄsequāꝛ. Dicunt
etē medici ꝙ sic hēꝛ in li. de flomia Qui
infirmātur in vna pte corpis dn̄t venā i pte
oppositā apire Eo q patiꝛ in dextra mi
nuit de sinistra. ꝛ ecōuerso. nisi materia
fuerit venenosa vl alias furiosa Tunc e
sanguis ad ptē oppositā nō ē attrahēdꝰ
ne materie venenositas trāsiēs p cor vel

aliud membroꝝ nobile ipm ledat. sicut
dr ibidem. Brachia itaqꝫ ꝑpter vtilita
tem aliaꝝ ptium corpis sibi mutuo ser
uiũt. ꝛ pro mēbroꝝ custodia vulnerari ꝛ
ꝑcuti ꝛ a suo onere minui non subter
fugiũt. ꝛ se ꝑcutientib⁹ resistunt Hoc ãt
dicit Gal. brachia hñt propriũ vt quod
cor diligit. brachia diligãt. ꝛ in amplex
um eoꝝ volũtarie se extendãt. Q8 aũt
corde diligi sentiũt. q̃nto vicinius pñt
cordi applicant ꝛ cõstringũt intantũ vt
totũ dilectũ toti amãti cordi imprime
rent si valerēt. Et hec de brachioꝝ ꝓprie
tatib⁹ sufficiãt. Itē denudatio ꝛ inq̇eta-
tio brachioꝝ mortiferꝝ signũ est in acut
vt dicitur in pronosticis.

Capi. vicesimũoc tauum. De manibus.

Manus est dicta eo ꝙ sit toti⁹ cor
pis munus. vt dicit Isi. Ipsa
eni cibũ ori administrat. Ipsa
omia operatur ac dispensat. Per eã ac
cipim⁹ ꝛ damus. Abusiue eni man⁹ ars
vel artificiũ dr. sicut aliq̃n de aliquo pi
ctore vel scriptore dr. Iste habet bonam
manũ. i. scribēdi artē vel artificiũ. De
xtra a dãdo est dicta. Nã vt dicit Isid.
dextra pign⁹ pacis daẜ. Ipsa fidei ꝛ salu
tis testis adhibeẜ. Et hoc est illud apud
Tulliũ fidem publicã iussu senat⁹ dedi
. i. dextram. Et apl's ad Gala. Dederũt
dextrã fidei ꝛ societatis. Sinistra ãt
dr quasi sine dextra siue qr rem fieri si
nat. a sinendo eni sinistra est vocata. Pal
ma autē dr digitis expãsis manus intē
sa. sicut cõtractis pugn⁹. Pugn⁹ autē a
pugillo est dict⁹. sicut man⁹ expansa dr
palma. ab expãsis ramis. Est itaqꝫ ma
nus magnũ corpis iuuamentũ pariter et
ornamentũ propriũ ꝛ principale tact⁹
instrumentũ. Nulla eni ps corpis est ta
ctu taz sensibilis. sicut vola man⁹. vt di
cit Isid. ꝛ etiã Constan. Manus autē
ſm eundē Constan. quo ad exteriorē p
tem sui ex nouē paruis ossib⁹ medullã ca
rentib⁹ diuersis ꝛ solidis est cõpacta. ha
buit autē tot ossa vt man⁹ esset mobiẜ.
Sunt autē ossa diuerse forme. Alia scꝫ
gibbosa. alia cõcaua. alia recta. vt cum
oĩa iungerētur q̃si vnũ os redderetur
Ista autē ossa in duob⁹ ordinib⁹ stantia
ex vna pte cũ vole pectinib⁹. ex alia p
te cũ duabus brachioꝝ ꝯcatenatōnib⁹
fortiter colligãtur. Cõcatenatio ad sup
iora habet hoꝝ triũ vnã cõcauitatē bra
chia sulcãtia p quã manus lateraẜ ex
tendiẜ atqꝫ stringiẜ. cõcatenatio vo in
ferior atqꝫ minor interiori extremita
ti brachij iungiẜ ipsi⁹ acumen cõcauita
te quiqꝫ ossium subintrãte. Hec vo cõ
catenatio motũ facit añ ꝛ sicẜ etiã retro
Vola manus dr interior ps vbi maxie
viget tactus. Et ideo in illa pte est ma
gis carnosa ꝛ magis mollis propter ta
ctus bonitatē. Et duas habet ptes. Pe
cten est vna ps. digiti ps altera. cõponi
tur autē ex q̃tuor ossib⁹. vt si forte vnũ
ledaẜ. alteꝝ nõ patiaẜ. In cõcauitatib⁹
autē q̃tuor ossiũ pectinis q̃ttuor digiti
sunt inserti. ꝛ in eis cõcatenati Et ideo
dicit Aristo. li. xiiij. Man⁹ nõ est vnum
instrumentũ sed multa. Natura eniz de
dit homi instrumēta ꝟtutib⁹ cõuenien
tia. vtpote manus in q̃bus sunt mlti di
giti ꝛ diuersi. vt p eos mĩma ꝛ maxima
valeãt retineri. Nã vt dicit idē. creatõ
man⁹ est cõueniens multis ꝛ oppositis
opatiõibus. Est eni diuisa ꝛ extensa in
multas ptes ꝛ potest homo vti vna sola
pte. ꝛ duabus ꝛ plurib⁹ ſm diuersos mo
dos. hñt eni vole manuũ hoc sibi appro
priatũ. ꝙ nũqꝫ in hoĩe pilescũt. Huius ex
tectus in aliq̃bus pili crescũt. Maxime
autē hoc cõtingit in masculoꝝ manibus
ꝛ hoc propter caloris abũdãtiã dñantē.
Est aũt manus dextra fortioris caloris
ꝛ maioris siccitatis q̃ȝ sinistra. Et ideo
ad opandũ dextra leuior est ꝛ abilior q̃ȝ
sinistra. Vñ Aristo. li. ij. aĩalia q̃drupe
dia que generãt aĩalia. loco manuũ ho
minis hñt pedes anteri⁹ Et pes sinister
in aĩalibus nõ est absolut⁹ neqꝫ leuis
motus sicut nec sinistra man⁹ in hoĩb⁹
ꝑterq̃ȝ in elephãte Elephas etiã vt dic
Ari. li. i. vtiẜ naso forti ꝛ lõgo loco ma
nuũ. ꝛ per ipm accipit cibũ ꝛ reddit ori
suo. Reddit etiã p nasum ori suo potũ
Et nullũ animal pt hoc facere nisi ipse
Inter volatilia autem vtũtur pede pro

manu psitacus ⁊ porphirio .s. pellican⁹ Nam psitac⁹ pede cibū accipit. ⁊ intingens in aquā. cibū cum pede suo ori porrigit sic intinctum. Similit' ⁊ porphirio Patitur āt man⁹ multipliciter .s. ɔtractionem. arefactiōem/pustulatōem/scissionem. vermiū corrosionem. pruritum et titillationē. iuncturaꝝ dislocationem. et cirogricā passionem. Causatur ɔtractio qn̄q3 ex calidis ⁊ siccis hūoribꝫ neruos desiccantibꝫ. vel frigidis ⁊ humidis eosdem inficientib⁹ et trāsitū spirituū includentibꝫ. vt patet in paliticis et leprosis quoꝝ man⁹ ex putridis ⁊ corruptis humoribꝫ neruos ɔsumentibus ⁊ desiccantibꝫ ɔtrahunt. Arescunt etiam manus ex debiti nutrimēti subtractōe. vt pꝫ in decrepitis ⁊ squalidis fame laborantibus ⁊ in cōfractis. Qn̄q3 ex distemperātia caloris ⁊ excessu totā humiditatē ɔsumēte. vt patꝫ in ptisicis ethicis ⁊ hmōi. Qn̄q3 etiam ex vicio venarum ⁊ neruoꝝ q̄ oppilantur. Un̄ ex defectu hūoꝝ ⁊ etiā spirituū virt⁹ regitiua impeditur. ex q̄bus manus arescunt ⁊ a vigore ⁊ corpulentia depaupātur. Pustule aūt ⁊ vesice turgentes generātur ex prauis ⁊ corrupt̄ hūoribus extrema petentibꝫ. vn̄ ⁊ caro intus supficialiter corrūpitur. et cute eleuata in vesicas vel pustulas immutaī. Scissure aūt ⁊ pruritus ⁊ hmōi accidunt ex hūoribus calidis ⁊ acutis fumis intercutaneis q̄ cutem scindūt ⁊ suo acumie carnis supficiem diuidūt ⁊ incidūt in primū pruritum ⁊ titillationē faciunt. sed post dolorem nō modicū supducunt. Item etiā humor corruptus sub cute latēs. qn̄ nō expellitur/nec a calore naturali ɔsumit paulatim plus ⁊ pl⁹ corrūpitur ⁊ in paruos vermiculos cōuertitur. qui paulatim cutē corrodentes titillationē puocant ⁊ pruritū. Dislocatio qn̄q3 accidit ex casu ⁊ pcussura vel cōpressiōe nimia Un̄ ex hmōi violentia iūctura locū suum exit ⁊ supinducitur dolor grauis et tota man⁹ redditur impotēs ad aliquid opandū. Accidit etiā ab intrinseco .s. a nimio hūore neruos iūcture infrigidāte lubrificante ⁊ relaxante. vn̄ de facili iunctura dislocatur. Cyrogra do dicit passio in manibꝫ q̄ ⁊ podogra in pedibꝫ nuncupatur. Generatur eni ex hūoribꝫ grossis ⁊ crudis. in iūcturis coadunatī et conglobatis. Un̄ ⁊ articuli ⁊ iūcture indurantur ⁊ q̄i nodose efficiūtur Et qn̄ talis infirmitas est longa artetica solet manibꝫ generari ⁊ vix curatur si fuerit diuturna. vt dr̄ in amplorib⁹. Multa alia incōmoda solent pcipue man⁹ occupare. sicut vesice ⁊ hmōi. et hec sufficiāt Hoc soluz addendū ē qd̄ dr̄ i amplorib⁹. mulier ambidexter nō fit. Sup qd̄ verbum di. galien⁹. Masculi ambabꝫ mānibus eq̄liter opantur. qd̄ a muliere fieri non vidim⁹ nec audiuim⁹. qd̄ ex sue defectione est nature. Vir em̄ fortis ē ad opandū in dextera. q̄nto minus in sinistra. Masculi aūt fortes hn̄t neruos et lacertos in vtraq3 parte. ⁊ calorem hn̄t mulieribꝫ fortiorē. ⁊ iō sepius ɔtingit q operantur sinistra sicut ⁊ dextera.

Capitulū. XXIX

De digitis.

Igiti nuncupati sunt. vel quia decem sunt. vel quia decenter iuncti existunt. habent inter se numeꝝ ⁊ ordinē decentissimū. vt dicit ysid. Primus digit⁹ pollex vocaī. eo q inter ceteros pl⁹ virtute polleat ⁊ p̄ualeat potestate. Scd̄s index ⁊ salutaris/sicut dr̄ demonstratiu⁹. quia illo oīs fere salutam⁹ ⁊ oīa demōstramus. Tertius est medi⁹ qui ⁊ impudicus. Quartus ē anularis. q2 eo anulus geritur Et dicitur etiā medicus vel medicinalis. q2 eo trita colliria a medicis colligūtur. Quintus est auricularis sic dictus. quia eo aures scalpimus. vt dicit Ysidorus. Componuntur autē digiti sm̄ Constantinū singuli ex tribus ossibꝫ que sibi inuiceꝫ concatenātur. Et quattuor digiti sunt qui cum pectine colligūtur. Pollex autem cū brachij interiori cōcatenatione iungitur. Sunt aūt noduli inferiores maiores q̄ supiores et latiores sic portans/eo qd̄ portatur latius ⁊ firmius eē debet. vt dicit Constan. Scd̄m aūt aristotelē li. iij. Mobilitas digitoꝝ conue

niens est ad recipiendū et retinēdum. Sunt etiam digiti in longitudine distincti graciles inter se diuisi. in extremitatibus vnguibꝫ muniti. ⁊ q̃nto sunt erectiores ⁊ reflexibiliores. tanto sunt ad operationes varias aptiores. Sunt modice carnis ppter mot' facilitatē ⁊ faciliorē tactū. qꝛ nihil facilius i corpore discernit inter obiecta tact' sicut extremitas digitoꝝ. Et hoc forsan est propter viuacitatē neruoꝝ qui in digitoꝝ summitatibꝫ reflectūtur. et ppter cutis in digitoꝝ extremitatibꝫ lenitatem. vt dicit constan. habent etiā digiti hoc ppriū q ante cibū sunt grossiores q̃ post cibum. vnde ⁊ anul' q̃ ppter sui strictionem vix ante prandiū diripitur/ de facili poterit post cibū amoueri. sicut dicitur sup amphoris. Item dicit aresto. li. vij. Aues aquatice hñt intra digitos quasi coriū/ ⁊ eoꝝ mãsio ē in aq̃. ⁊ aues hñtes digitos diuisos manēt ppe sec' aquā/ et cibantur ex eo qđ crescit in terra. Et iste non comedūt carnē nec viuūt de rapina sicut aues hñtes curuos vngues i digitis q̃ comedūt oīa aīalia q̃ pñt venari ⁊ viuūt sanguine. tū nō comedūt se inuicem sed parcūt auibus sui generis quod nō faciūt pisces. quoniā alios comedunt sui generis.

Capi. xxx.

De vngula.

Ungula est pars digiti extrema in supiori parte digitoꝝ collocata. que vt dicit Constantin' cū carne et cute sibi vicina est cōiuncta. cuius ligamenta sunt cordosa. veniūt etiã ad vnglas vene nerui ⁊ arterie vt eis dent sensum et naturale iuuamentū. Harū incrementū longū est ⁊ latum. quantitati aūt digitoꝝ pportionatū. Quod aūt supercrescit et neruoꝝ tactū transit nihil sensit. Et ideo sine dolore prescindi se p mittit. Nam vngule incrementū ⁊ nutrimentū est simile nutrimēto pilorum. Et iō excedunt in crescendo extrema digitoꝝ. vt dicit cōstantinus. Generatur aūt ex q̃busdā fumositatibꝫ a corde resolutis vsq ad digitoꝝ extremitates circumfusis. vbi fumositates ingredientes exteriori aere desiccātur ⁊ i vngule substantiā cōmutantur. sicut dicitur sup libro pnosti. in cōmēto. Et hoc ad extremitatū digitoꝝ subsidiū q̃ de facili propter sui teneritudinē lederētur nisi p vnguiū duriciē muniretur. vnde ipsoꝝ digitoꝝ sunt vngues iuuamētum et non minimū ornamentū. Est autē vnguis osse mollior. carne aūt ⁊ cartilagine durior. corneā quodāmodo hñs dispositionem ⁊ naturā. ⁊ iō habet in se quodammō corneam luciditatē et planiciem propt' eius supficiem politā. et aliq̃ntulū transparentē. Un̄ ⁊ q̃ndā in se repñtat luciditatem ⁊ speciositatem. quia cū vnguis ex cordis fumositatibꝫ generat' cordis ipsius viuacitas vl' mortificatio in eis aptissime pnosticatur. Calore eniꝫ cordis deficiente vngues nigrescunt ⁊ pallescūt. ⁊ iō etiā sui mutatione vel ɔtractione. extinctiōeꝫ caloris vel mortificatiōem nature pñtant ⁊ ɔtendūt. vt dr̄ in li. pnosti. Item arestote. li. vij. Aquilaꝝ vngues incuruantur ⁊ eleuātur qñ cibant sup oua ⁊ nutriunt pullos suos ⁊ albescūt ale earuꝫ et debilitant'. Hoc aūt habet aq̃la ppriū vt residens sup arborē ⁊ quiescēs. sepi' respicit vngues suos timens forsan ne debilitentur. Nam vngues habet pro mucronib'. et iō ne ledātur nō libenter residet sup petrā. vt dicit idem. et quādo quiescit in se vngues claudit ⁊ reflectit. vt sic illesi ɔseruētur. Hoc idem facit leo ⁊ aīalia curui vnguis. Itē ideꝫ libro. xij. Aues vncoꝝ vnguiū nō potāt omino pter paucas. ⁊ oēs aues curuorum vnguiū curuū hñt rostrū et breue ac grossum collū. ⁊ cibātur a carne ⁊ venantur. aues tamen ex suo genere non comedūt nec eas impetūt vel inuadūt causa cibi. Ad inuicem tamē pugnant rostro ac vnguibus se dilacerant propt' feminas ⁊ etiā propter nidos. Uariatur autem vngula in oībus volatilibus et animalib' quo ad dispositiōem/ etiam quo ad vsum. Nam in homīe man' muniunt ⁊ ornāt. In volatilibus muniūt atq pedes eorum armant. Animalium

dextro pedes custodiūt ꝛ calceant. Unde in q̄busdā aīalibus vngues sunt rotun de ꝛ integri/vt in eq̄s. in q̄busdā longi et abscisi. vt in porcis. Dicitur enim ab aresto. li. xiij. Omne aīal hn̄s culmos ꝓminentes sicut porci habēt vngulas scissas. ꝛ ī vnguibꝫ ponit natura fortitu dinem aīalium. Vn̄ arest. li. xiij. Na tura/inq̄t semꝑ ponit vigorem in mem bris quibus vtūtur animalia. vt facit ī dentibus qui sunt quasi serra. et vngui bus propter vigorem ꝛ iuuamentum.

Capitulū. XXXI

De latere.

ossium vel si aliquam sustineant lesionē recipiūt aūt renes q̃sdam venas stomachi ab epate egredientes qbus humor in scđa digestiōe superflu⁹ refert ad ipos renes. vnde opilatis illis venis ⁊ in suo officio impeditꝫ renes vna cū epate patiunt. Accidūt aliqñ in renib⁹ varie passiones. vt dicit cōstan. li. ij. ca. xxxiij. q̄ si vene epatis ꝑcludūtur ab hūore sanguineo ad suū nutrimentū depauperantur vñ necessario extenuātur. si vero meat⁹ eoꝝ inferiores calore ⁊ frigore constringant ex pñtia hūorꝫ superflui eoꝝ substātiam subintrātis nimis extēdūt ⁊ dilatant. ⁊ p̄ ꝯsequēs corrūpūtur. vel humores desiccati putrificantur. ⁊ in calculos cōuertūtur. Multꝫ etiā alijs modis patiunt sicut ex apostemate vētositate frigore nimio vel calore.

Capitu. XLIIII.

De vesica.

V Esica fm ysidoꝝ a venti capacitate est dicta. Nā p̄ venti cōtractionem aperit ⁊ dilatat sicut ecōuerso per venti emissionē ꝯtrahit ⁊ artat. Vocatur aūt vesica p̄ diminutōem a vesica dicta q̄dam pellicula pendens in gutture auis sic bursa in q̃ volucꝝ primo recipiūtur cibaria q̄ in p̄dicta vesicula digestioni secūde in iecore faciēde separantur. ⁊ in eodē folliculo tanq̄ in p̄mptuario proprio ꝯ futurā esuriē reseruātur. Iꝫ vesica put hic sumit fm cōstan. est pānniculus dur⁹. rotūdus. ꝯcau⁹ sicut saccus in omi parte clausus excepto solo orificio superiori. Fuit aūt substātia ei⁹ dura ne acumie vrine cui⁹ ē receptaculū lederetur. Fuit aūt ex oi pte clausa inferi⁹ vt liquor subito attract⁹ inuolūtarie expelleret. Vñ p̄ vnū ⁊ idē foramen vrina ingreditur p̄ qđ egredit. vt pꝫ in anathomia. Fuit etiam rotundū vt in augmētū colamēti sanguis dilatetur. ⁊ ad ipi⁹ susceptionē capacior redderet. Dic ei aresto. li. xiij. q̄ omē anial hñs pulmonem multū sitit. et ꝓpter h̄ indiget cibo hūido plusq̄ sicco. et iō fuit necessaria vesica ad recipiendū h⁹ superfluitatis hūiditatem. Itē ibidem. Nullū anial hñs plumas aut squamas aut cortices siue testas hꝫ vesicam oīno p̄ter tortucā marinam aut siluestrē. Nam superfluitas in hmōi anialib⁹ transit in nutrimētū plumaꝝ ⁊ squamaꝝ ⁊ hmōi. Itē ibidē li. iij. Omē anial generans hꝫ vesicā. ouans aūt nō preterq̄ gen⁹ lacertaꝝ. ⁊ nō exit hūiditas a vesica mortuoꝝ. et forte aggregatur in vesica superfluitas sicca ⁊ ex eo ꝯtingit lapis. Itē ibidem li. vi. In aiali oi carēte vesica ē vna via apparēs exitus stercoris ⁊ superflue hūiditatis.

Capitulū. XLV.

De vrina.

V Rina fm ysaac est colamentū sanguis ⁊ alioꝝ hūoꝝ exactiōe nature generatū. Naꝫ ab epate sumit initium. sed in renib⁹ recipit substātiā ⁊ colorem. aquosa eñ substantia sanguinis p̄ q̄sdā venas subtiles trāsmittat ad renes nutriendos. Vñ cū ad renum deportate fuerit regionē vbi colatur et ad modū seri eliquati depurat. ⁊ vi caloris epatis ⁊ renū tingit. ⁊ colat. et sic desudans p̄ poros vritides in vesicā in ipsi⁹ ꝯcauitate adunat. Vñ hec substantia hūida ⁊ liquida a vesica emissa ē vrina sic dicta. q2 est vritiua ⁊ mordicatiua. q2 vt dicit Egi. Qđ tangit mordet desiccat ⁊ vrit. vritiuā eñ ⁊ desiccatiuā habet naturā. vñ valet ꝯ scabiem serpiginem ⁊ impetiginē. ꝯtra pustulas ⁊ vesicas si patiens inde se abluerit in potu spleneticis ꝯfert mūdat vulnera putrida ⁊ loca saniosa. Cū felle etiā accipitris colluriata ⁊ oculis caute linitis immissa pannū corrodit et delet maculas oculoꝝ. sicut expsse dicit Constā. ⁊ galienus. et iō vrina nō est abhorrenda. q2 i multis vtilis est ⁊ accepta. Dicit etiaꝫ vrina ab vrith greco. i. demonstratiua. Demonstrat eni interiora. q2 vt certificemur de interiorib⁹ vrine iudicio vtimur. demonstrat eñ virtutē naturaleꝫ in epate ⁊ in alijs membris inferiorib⁹ per vrine substantiā ⁊ colorē ⁊ maxie p̄ eius sedimen siue subsistentiā quā medici ypostasim vocant certificamur. Nā si fuerit illa residentia in fundo vasis

alba pinea coadunata non diuisa forti
tudinē designat virtutis. ⁊ cōpletā actō
nem caloris naturalis in ipsis mēbris.
Per mediā autē regionē vrine quā me
dici enormiā dicūt de media regiōe cor
pis. i. de corde ⁊ sibi adiacētibus iudica
mus. nā si vrina in medio fuerit in colo
re ⁊ substantia bene disposita nō liuida.
nō volubilis aut obscura. vel obūbrata
spūalia mēbra iudicat esse sana. Simi
liter ꝑ ꝑtem vrine supiorē quā nephi
lem nūcupant de fortitudine virtutē ani
malis in regione capitis ꝑnosticamus
Nam si nō fuerit circul⁹ nimis grossus.
nō igneus. nō liuidus. nō viridis. non
granulosus. sed in colore ⁊ substātia tē
ꝑatus cerebrū ⁊ omīa alia mēbra ani
mali virtuti seruiētia denūciat esse tuta
Si vero cōtraria signa fuerint in vrina
contrariā designāt corpis dispositōem
Judicat autē precipue vrina ſm substā
tiam ⁊ colorē. Nam aliō signat quando
tenuis est in substātia quoniā humorē
dominātis siccitatē. aliud qñ est medio
cris. quia tūc designat tempamētū siue
equalitatē ⁊ mediocritatē ſm colorem
autē iudicat. quia multi sunt colores. s.
xx. vt dicit Ysaac et Egidius. quoꝝ qdā
caloris vel frigiditatis intēsionē alij re
missionē alij mediocritatē pretendunt.
Nā remissuꝫ calorē designat glaucus la
cteus ⁊ hmōi. Intēsum vero a ruplo su
pius. Mediocris vō subcitrin⁹ ⁊ subru
fus. Inter quos quidā designāt mortifi
catōem. vt niger. viridis. liuidus. qdaꝫ
indigestionē albus lacte⁹ glaucus. qdaꝫ
digestiōis impfectōnem ⁊ impfectā in
cloatōem. vt subpallidus. pallid⁹ Qui
dā pfectam digestionē. vt citrin⁹ rufus
Quidā excessum siue excedentē intē
sionē. vt subrubicūdus. rubicūd⁹. Qui
dam adustionē. vt inopostiā. Quidā
supadustionē ⁊ mortificatōem. vt niger
viridis. Nigredo tamē causat quādoqꝫ
a frigiditate calorē naturalē penitus ex
tinguēte. sicut pretendit liuiditas. sed
quando pcedit ex vltiata adustione tūc
pcedit viriditas. Istorum autē colorū
causas dicere nō pertinet ad hoc opus.
sed qui eas scire voluerit libros Ysaac ⁊
Theophili Constātini. Egidij legat.
in qbus tractatur pfectissime de vrinis
sed ista ad presens hic sufficiant.

Capitulum quadragesimūsextum. De ventre.

Venter vterus ⁊ aluus inter se
differunt. vt dicit Ysido. Venter
eni est qui acceptos cibos dige
rit ⁊ apparet extrinsecus. Et est dict⁹ vē
ter. eo ꝙ per ventrē veniat cibus ad totū
corpus. Aluus est qui cibū recipit ⁊ pur
gari cōsueuit. Vterū sole mulieres ha
bent in quo cōcipiūt et dicitur vterus.
eo ꝙ fetu impleatur interius. vt dicit
Ysidorus. Est igit venter nutrimēti to
tius corpis receptaculum. vt dicit Cō
stanti. membrorū nutribiliū sedes prie
digestionis ⁊ secunde fundamentū cui⁹
creatio est carnosa calida et humida. et
hoc ꝑpter digestionis necessitatē panni
culis diuersis circūdatur. ꝑpter interio
rem cōseruatōnem. cui⁹ dispositio est ro
tunda. ꝑpter liberiorē ciborū nutribiliū
collocatōem. Oblonga fuit. ꝑpter facili
orem ipsius cū supioribus et inferiori
bus coniūctōem siue colligatōem Me
dium eni locum in corpe sibi vendicat.
vt nutrimentū inferioribus ⁊ supiori
bus membris distribuat ⁊ trāsmittat.
Est igitur venter inter omēs ptes cor
poris mollior ⁊ infirmior et tamen cete
ris est vtilior. Nam tanqꝫ nutrix corpo
ris ꝑ omnib⁹ alendis corpis membris
cibos recipit ⁊ decoquit ⁊ ad singula mē
bra debita nutrimenta deriuat ⁊ trans
mittit. Supfluitates multas ꝑpter ali
orum mēbroꝝ nutrimentū in se recolli
git. sed eas diu ferre nō sustinēs ipsas
a se reijcit ⁊ expellit. Ex mala dispositōe
membrorū nutribiliū que intra se cōti
net. diuersas infirmitates cōtrahit ali
quando ⁊ incurrit. que quidē passiones
tanto sunt piculosiores quanto ventri ⁊
alijs vitalibus sunt ꝑpinquiores. Pati
tur siquidē sepius propter nimiā reple
tionem. et tunc nō curatur nisi ꝑ cōtra
riam euacuatōem. Et ecōuerso quādo
molestatur propē nimiā inanitiōem ei
succurritur ꝑ contrariā repletōeꝫ. sicut

dicitur in amphorism. Quecumqz enim egri tudines ex plenitudine fuerint euacuatio sanat et quecumqz ab inanitione soluit plenitudo. Item actiones ventris secundum diuersitatem temporis variantur. Nam in hieme naturalis calor in interioribus ventris conclusus fortius operatur. vnde appetitus in hyeme magis accidit et digestio fortior generatur. quia vt dicitur in amphorism. ventres in hyeme et vere sunt calidissimi natura et somni longissimi.

Capitulum quadragesimumseptimum. De vmbilico.

Vmbilicus medius est corporis locus sic dictus. quasi iliorum vmbo sicut vmbo in medio clipeorum locus est dictus. Ex vmbilico enim infans impendens nutritur. Est enim vmbilicus secundum Constantinum ex neruis venis et arterijs compositus quo mediante fetus sanguinem subtilem attrahit et sugit/ et per ipsas arterias spiritum recipit. Rumpitur autem vmbilicus iuxta matricem dum fetus egreditur. et cum fetu exit. quem obstetrices ligant quatuor digitorum longitudine. et ex hac ligatura fiunt extremitates vmbilici et rotunditates. Huiusqz Constan. Super Ezech. quarto xvi. dicit Hiero. sic. Naturale est infantibus ortis praecisio vmbilicum praescindi. deinde ad sanguinem diluendum aqua lauari. tertio humorem pumicosum sole siccari. quarto tenera corpora pannis stringi ne membra diffluant. et sic deprauentur. Ibidem etiam dicit glosa gregorij quod vmbilicus est quo fetus alitur in vtero sicut arbores et virgule per radices humore occulto terre nutriuntur. In vmbilico autem sita sunt genitalia mulierum. sicut in lumbis genitalia virorum. et ideo vmbilici nomine luxuria designatur in Job. xl. Virtus eius in lumbis eius. et fortitudo eius in vmbilico ventris eius. De vmbilico autem dicit. Arist. in li. xiij. quod omne animal generans et ouans habet vmbilicum tempore partus et cum crescit pullus auis. latet vmbilicus. et nihil omnino apparet. quoniam continuatur cum intestino per aliquam partium venarum. Item idem. li. xvi. Creatio vmbilici non est nisi cortex continens venas. et cum vmbilico continuatur. et currit sanguis a matrice per venas vmbilici quasi per canale ad pueri nutrimentum. Crescit ergo conceptum per eius vmbilicum. vt dicit in eodem

Capitulum quadragesimumoctauum. De genitalibus

Genitalia sunt partes corporis vt et nomen ipsum docet. que gignende sobolis virtutem acceperunt. vt dicit Isid. Hec etiam pudenda pre verecundia dicuntur. vnde et teguntur. ita quod non habent eandem speciem decoris sicut alia membra que in promptu sunt locata. Et ideo reputantur inhonesta. inter que vnum dicitur veretrum. vel quia viri est tantum vel quia membrum est verecundum. vel quia ex quo virus emittitur. Nam proprie dicitur virus ille humor a viri natura fluens. vt dicit Isid. Sunt etiam alia membra virtutis generatiue fundamenta. scilicet testiculi. diminutiue a testibus dicti. quorum numerus incipit a duobus sine quorum testimonio non est aliquis vir perfectus. hi semen calamo administrant. quod a spine medulla et a renibus suscipiunt gratia percandi. Huiusqz Isido. secundum Constantinum substantia eorum composita est de carne glandulosa. alba. molli. et rara. et hoc fit propter caloris obseruationem. et sanguinis immutationem in albedinem. quod fit per vehementem calorem in ipsorum substantia sanguinem decoquentem. et in albedinem commutantem. Et dicuntur hec membra principalia. quia principalis actionis virtutis naturalis scilicet generatiue sunt proprie instrumenta. que si precisa fuerint. vigor virilis sexus eneruatur. et masculina complexio in femineam alteratur. Et ideo secundum Aristotelem libro. iij. Eunuchi quando castrantur ante pollutionem in somno non oritur in corpore eorum post hec pilus. Si vero castrentur post pollutionem preter pilos pectoris omnes pili defluunt et efficiuntur effeminati et molles animo et corpore imbecilles. Unde Arist. libro. viij. voces hominum quando castrantur mutantur et efficiuntur sicut feminarum et forme eorum alterantur et figure. Animalia autem quando castrantur in iuuentute efficiuntur maiora. sed si castrentur post perfectionem non augmentantur. Cerui etiam si castrentur

post pfectõem nõ augmentãtur. Cerui etiam si castrẽtur ante cremẽtũ cornuum nõ oriunt eis cornua. et si post ortũ castrent. nõ vlterius crescũt cornua amplius. nec mutãt cornua. nec eijciũt ea sicut faciũt non castrati. Dicit etiã ibidem q si vituli nõ castrẽtur cito post annũ remanent pui. et dicit quãdo castrantur. extrahũtur radices neruorũ. et si acciderit loco vulneris apostema. cremabunt testiculũ abscisum. et ponũt cinerẽ super apostema. Et quedã animalia castrantur solũ propter testiculos sicut castores qui etiã quãdo psequũtur a venatoribus ipsis dentib' truncant testes ne vlteri' psequãtur. Dicit etiã q onagri masculi castrant filios et eis dentibus testiculos pscindunt. sed matres a masculis occultant eos. et pcauent eis a maribus ne castrent. Item dicit libro. xvi. q auiũ testiculi post tempus sibi ad coitum a natura deputatũ efficiũtur paruli intantũ q tunc nõ apparet. sed tũc quãdo instat amoris tẽpus crescunt valde.

Sunt igit illi testiculi cum alijs mẽbris sibi administrãtibus humoris seminalis principiũ. et eius primũ et radicale fundamentũ. Nam vt dicit Constantinus. Deus ad animaliũ generatõem cõuenientẽ cõuenienta pcreauit membra in qbus inseruit materiale principiũ generatõis. quod quidẽ sine amoris affectu nõ potest produci ad effectũ talem. mẽbris genitalibus siquidẽ inseruit insepabilitatẽ et appetitũ. vt vnũ quodqz animal ad cõseruatõem speciei et multiplicatõem sui animaret. et hoc quidẽ diuino nutu factũ est ne forte abominato coitu ab animalib' generatõ cuitaret. ad generatõis autẽ talis cõpletõnem necesse est duo animalia cõuenire scz masculũ et feminã. ex quor semie mutuo procrearet quodlibet indiuiduum. ita q in vno scz generatũm. scz in femina essz quasi principiũ materiale et passiuũ. In masculo vero esset formale principium et principaliter effectiuũ. Et iõ dicit Arestoteles libro. v. q generatio animaliũ duplex habet pricipiũ scilicz marẽ et feminã. Ex mare autẽ principium motus est sicut forma. Femina autem est sicut materia. ex cõmixtione autem vtriusqz fit creatura et creatio embrionis et cetera. Ap aut igit deus mẽbra generantiũ vt alterum emitteret seminale principiũ alterum reciperet. Et hec membra taliter a deo sapientissime sunt formata. vt ad opus suum nec meliora possunt eẽ neqz pfectiora. vt dicit Constãtinus. Sz certe bis mẽbris plurimi abutũtur. quoniã ipsis ad generatõis fructũ nõ vtunt. sed pot' cõtra ratõis ordinẽ et nature iura nõ ad seruendũ pcli. sed pti' turpitudini ac libidini eadẽ implere dinoscũtur. Et iõ de illa materia dignũ duxi sub silentiõ preterire ne forte spermatis explanãdo originẽ progressum vel finẽ videar carnalibus occasionẽ cogitãdi carnalia exhibere. de hoc solũ admonẽs vniuersos ne quis putet predictor membror officio eẽ p libito abutẽdũ. nã quicũqz pter legitime generatõis cõcessum vsum voluntarie membris genitalib' ludibria libidinis exercuit deũ nature parentẽ et genitorẽ iã pdidit. nec in generatiõe iustorũ nisi cũ digne penituerit locũ inter filios glorie possidebit. Naz abusus generatiue preter patris luminũ iniuriam et quã meret offensam tollit grãm. vulnerat naturã. pdit societatẽ angelicã. acquirit gehennã. denigrat famã. euacuat substantiam. et spoliat gloriã sempiternã vt dicit Ambrosius.

Capitulũ quadragesimũnonum. De matrice.

m Atrix in femina est singulare mẽbrum ad modum vesice dispositũ ad susceptõnem humoris seminalis a natura deputatum ad quam tãqz ad muliebris corporis sentinã cõfluit humoris menstrualis superfluitas. q propter menstrualem fluxum et refluxum menstruum est vocatum. eo q circuitu lunaris luminis solet accidere hoc superfluum. vt dicit Isidorus. Hec etiam muliebria nuncupãtur que in mulieribus durant naturaliter qdiu viget in eis vis concipiẽdi quibus totaliter

deficiētibus deficit cōceptōis virtus. Et
dicitur muliebria. quia in solis mulie
ribus hec infirmitas inuenit. Nam sola
mulier animal mēstruale est. vt dicit Isi
dorus. cuius cruore cōtacte fruges nō
germināt moriūtur herbe. amittūt arbo
res fructus &c. Huius sanguinis propri
etatē et naturā quere supra libro. iiij. in
tractatu de humoribus Hoc menstruum
est humane generatōnis principiū. hoc
nobiliū et ignobiliū est cōmune in ma
tris vtero nutrimentū. Unde ager no
stre natiuitatis irrigatur et nutritur infan
tulus quādiu in matrice cōseruatur. Ha
bet autē duas cellulas siue cōcauitates
dextrā scilicet in qua masculus generatur. et
sinistrā que cōceptioni femine deputatur
fetus autē inter duas cōcauitates con
ceptus vtriusque sexus dispositōem habe
re cōsueuit. In anathomia autē dicitur quod
matrix tres habet cellulas a dextris tres
masculo appropriatas. et tres a sinistris
feminis deputatas. In medio vero nasci
tur hermofrodita. in matrice vero conci
pitur fetus qui a fouēdo est sic dictus cuius
folliculus siue pellicula qua circūdatur
secūdina dicitur que simul cū infante na
scitur. et si in matrice casu aliquo post
partum in vtero māserit periculum indu
cit nisi nature vel medicine remedio ex
pellatur. Subiacet autē matrix ipsa mul
tis passionibus. quādoque patitur superfluorum
humorum retentiōem. et hoc ex viscoso hu
more ora venarū opilante vel ex frigidi
tate coartāte vel et siccitate cōsumente.
et he diuersitates dinoscūtur per signa pro
pria. Item quādoque patitur nimiū hu
morū menstrualiū fluxū et effusionē. et
hoc vel ex nimia abundātia quā natura
nō potest retinere. vel ex nimia acuitatis
humorū violentia. et hec passio si antiqua
fuerit vix curatur. ex quo enim orificia vena
rum lōgo tempore sunt apta difficile con
solidātur. Itē patitur matrix suffocatō
nem. in qua passione videtur mulieri debe
re suffocari. matrice spiritualia compri
mente. quod cōtingit ex nimia humorum
repletōne matricē extendēte vel corrup
ta et venenosa fumositate a corrupto hu
more resoluta vacuitatem matricis re
plente et extendēte. Unde matrix repleta
superius eleuata cōprimit spiritualia. vn
de mulier pene suffocatur. Itē quādoque
patitur precipitatōem quādo dextrorsum
vel sinistrorsum plus debito inclinatur.
vel de loco suo exterius egreditur. quod ac
cidit ex neruorum ipsius relaxatōe ex super
fluis humoribus ipsam matricē aggra
uantibus. Itē patitur aliquādo aposte
matis interioris puncturā et dolorē. vt
dicit Constātinus. ex humoribus collectis
ad apostema. vnde sequitur punctura do
lor grauissimus et arsura. Itē patitur post
impregnatōem dolorē et distensionē ex
motu fetus et maxime circa partum. tunc
enim mouetur motu fortiori Unde necesse est
tūc temporis matricē cōcuti atque ledi. maxime
autē patitur quando in partu se exonera
re nititur. et exitus fetus a casu aliquo
impeditur. quod contingit aliquotiēs ex angu
stijs viarū ipsius matricis quandoque ex pingue
dine mulieris. aliquando ex nimia fetus mag
nitudine et debilitate ac defectu virtutis ex
pulsiue in corpore parturiētis. aliquando etiam
contingit fetū esse mortuū. et ideo nō adiuuat
mouēdo ad exitū siue ad partū. et aliquando cre
dit se mulier habere puerum et gestat in vte
ro aliquod frustulū mēstruosum sicut narrat
Arest. li. xviij Accidit etiā mulieribus post
impregnatiōem infirmitas que mola dicitur. pu
tabat enim quedā mulier quod post coitū viri esset
impregnata et inflabatur venter eius. et apparue
runt in ea signa impregnatōis. et cū peruenit
tempus pariēdi nō diminuebatur in ea tumor
vētris sed sic māsit per tres ānos. tandē pe
perit frustū carnis ita durum quod vix potuit
ferro diuidi. et tale frustū mola dicitur. et hoc
quidē accidit sicut dicit Arist. ibidē. quasi vide
licet sit suffocatō concepti ex pauore et hu
more male digestiōis. quia tūc generatur
frustū. quod quidem mola dicitur in matrice. &c.
Istis et multis alijs patitur misera ma
trix mater nostra. &c. Sequitur aliud capitulū.

Ca. L. De natib⁹.

n Ates dicitur eo quod in ipsis innitimur
dū sedemus. vt dicit Isid. Unde conglo
bata est in eis caro ne premerētur carnis
mole dolerēt. In ipsis enim feritur truncus corporis
qui a collo incipit et vsque ad nates se extēdit

vt dicit ysidorus. Nates fm Constan. sunt neruose. et h ppt coxarū et femorꝫ cū trunco corpis colligationē. et ideo fuerunt carnose ad temperādum neruorū et etiaꝫ ossiū frigiditatē. et etiā ad defendendā neruorꝫ sensibilitatē. vt dicit cōstantin⁹ li. iij. c. viij.

Capitulum LI.

De femoribus.

Femora dicūtur eo q ex illa pte corpis viri a femis discernuntur. Extenduntur autē ab inguinibus vsqꝫ ad genua / et mouētur femora in coxis quorū concaua vertebra dicuntur. Coxe vero quasi coniuncte axi dicuntur. Flectūtur autē femora intus et non extra. subtus scꝫ et nō supra. sicut brachia. Vñ a quibusdā suffragines nuncupātur. vt dicit ysidor⁹. Sunt aūt femora ex magnis ossib⁹ composita. vt dicit constan. li. iij. c. viij. tota quideꝫ a supiori parte concaua. a pte anteriori gibbosa duo habentia acumina. Fuit autem necessaria magnitudo. vel quia totius corporis sunt ossiū fundamēta. vel quia maiores portāt lacertos et neruos per quos fit pedū motio volūtaria. fortitudo ptis exterioris, fuit necessaria vt locū habeant lacerti et nerui / qui si essent intrinsecus cōtristarentur et lederent. Sunt aūt eadem intrinsec⁹ aliquātulum rotunda. et hoc fuit necessariū. q si ex vna parte tantū tortuosū esset totū corpus / esset tortum et non rectum. concauitas insup fuit necessaria cū gibbositate interiori. vt firmior esset incessus eorꝫ. Concauitas fuit necessaria vt ꝯcauitatū crurū essent subintratiua sunt etiā femora carne et musculis munita. vt ossa haberent tutelā ab intrinseca lesione. et etiam frigiditatem ossium temperarēt. Sunt etiam versus partes hōmis supiorem grossiora. ad partes vero inferiores graciliora: et hoc erat necessarium vt tanqꝫ media int⁹ extrema debitam hērēt cum vtrisqꝫ ꝓportionē.

Capitulum LII.

De genubus.

Genua fm ysid. ꝯiunctiōes sunt femorꝫ et crurū. Et sunt dicta: eo q i vtero genis sunt ꝑposita. Coherent eni sibi et cognata sunt ocul⁹ lachrymarꝫ indicib⁹ et miscdie. Nā a genio genua dicūt. Cuꝫ eni qs gignit: ita formatur vt genua sursum sint quorꝫ ꝯiunctione oculi formātur vt cōcaui. aut reconditi efficiant fm dbum phi. Genua cōprimit arta gena. Inde est q cum homines ad genua se ꝓsternūt facil⁹ lachrymant. Voluit eni natura eos vteri materni rememorari vbi in tenebris consedebāt anteqꝫ ad lucē venirēt. huc usqꝫ ysid. Sūt aūt fm cōstan. li. ij. c. viij. ossa qdam rotunda cartilaginosa atqꝫ cōcaua. Fuerūt etiam rotunda et vt crura et coxa in ipsorꝫ cōcauitate facil⁹ ingerentur / neruosa sunt. vt d facili crura a superiorib⁹ sepentur. propter h etiaꝫ sunt neruosa vt actiones spūs aīalis ad motū gressibileꝫ faciendū ad partes inferiores transmitterētur. Depauperantur aūt genua a carnositate et pinguedine propter mot⁹ ꝯtinuitatem. Si eni essent nimis carnosa / tunc de facili opilarent. et sic actōes vtutis sensibilis per aliquā carnis grossiciē impedirētur. Vñ et genua qꝛ neruosa sunt valde et sensibilia sunt de facili lesionē incurrentia qñ nerui sensibiles interi⁹ vel exterius aggrauātur. vt dicit constātinus.

Capitulum LIII.

De cruribus.

Crura a currēdo sunt dicta: qꝛ his currimus et gressum facim⁹. Et sunt dicte tybie. quia tybie sunt similes siue tube in specie et longitudine. vt dicit Isidorus. Sunt autem crura fm Constantinum inter femora et pedes inter media. quibusdā neruis et lacertis cū inferiorib⁹ concatenata per q influētia gressibil⁹ motus et regitiue virtutis ad pedes deriuat. Sunt aūt crura ex ossib⁹ fortissimis cōposita q tanqꝫ colūne corpis ad deferendā ipsi⁹ molē sūt abilia. Sunt etiā qbusdā muscul⁹ et carnositate a pte vestita superiori vt sic in cōplicatione eorꝫ cum femorib⁹. nec ab

cis reciprēt nec eis inferrēt offēdiculū. Unde tāq̄ȝ culcitra ad molē corpis supportandū. carnositas ipoꝝ cutiū in pte supiori interi⁹ ē collocata. Sūt etiā nerrosa. vt sic ad motū velociorē eēnt fortiora. Sūt etiā medullis plēa. vt v̄tus vitalis ⁊ aīalis ꝑ neruos ⁊ arterias diffusa custodiret. ⁊ ossiū siccitas medulle humectatione irrigaret. vt dic̄ cōstan.

Capi. LIIII.

De pedibus.

Pes vt dicit ysid. dr̄ a podos grece. Nā pedes q̄ndē alternis motib⁹ solo fixi icedūt. Est aūt pes extrema pars ipi⁹ hōis sustentās etiā pondus toti⁹ corpis. Cōponit aūt fm̄ cōstan. ex ossib⁹ q̄dragintaq̄tuor. quoꝝ duo sunt calcaneoꝝ. duo maniculaꝝ raste pedum decē digitoꝝ triginta. Est aūt subt⁹ carnosus in extremitatib⁹ plan⁹. in medio aliq̄ntulū ɔcauus. idō carnosus vt ossa et arteriaꝝ duricie tuerent. Plan⁹ fuit vt supposita facili⁹ portarent. ideo cōcauus fuit vt si pes acuto supponeret. ad concauū loci refugiū haberet. diuersis ligaminib⁹ ⁊ neruis ossa pedū colligant. qd̄ fuit necessariū ad mai⁹ robur propt̄ fortiorē corpis sustentatōez. ⁊ vt pedes motū hrēnt leuiorē. Uariant aūt pedes in aīalib⁹. Dic̄ enī arest. li. xiij. Quedā aīalia pedes habentia hn̄t pedes anterius ⁊ posteri⁹. Et q̄dā in laterib⁹ sic̄ aīal hn̄s sanguinē ⁊ multipes. Et hoc genus habet propriū ꝙ pedes eius sūt in anteriori corpis. Et cā illi⁹ est q2 pes anterior ⁊ posterior sunt adunate in loco vno. Itē ibidem dicit ꝙ natura posuit loco manuū i q̄drupedib⁹ pedes anteriores. Pedes aūt posteriores sunt necessarij. vt portent pondus aīaliū. Et fuit hoc necessariū vt essent q̄tuor pedes in quadrupedib⁹. Nā ad terrā totū coꝛp⁹ corp⁹ naturalr̄ inclinat. ⁊ etiā ad terraȝ mouet toto brutali appetitu. Et idō necesse fuit tot fulcimētis erigi. vt possent habilius ⁊ facili⁹ motu ꝓgressiuo ꝓgere et moueri. Idō etiā fuerūt pedes posteriores necessarij. q2 sicut di. arest. ꝙ pes anterior oīm animaliū quadrupedium maior est ⁊ spissior pte posteriori. Et idō vt faciliter possent erigi ⁊ moueri posterius sicut et anterius pedes posteriores sunt necessarij. Sic suo modo est d' pueris. scilicȝ quia pars anterior est ponderosior inferiori. et propter hoc incedūt pueri super manus incuruati. et vtūtur manibus pro pedibus in rependo. quia nō possunt eleuare corpora sua. quoniā superior pars corporis maior est inferiori. Cum ergo iuuenescit homo. augmentatur pars inferior. et attenuat pars superior corporis magis inferiori. vnde paulatim sursum erigitur. Dispositio autem quadrupedū est econuerso quia pars inferior primo est valde magna. sed in iuuentute proficit pars superior ⁊ eleuatur. Et propter hoc erit eleuatio capitis ⁊ anterioris partis equorum. multo maior q̄ȝ partis posterioris. Signum huiusmōi est sicut ibidem dicitur ꝙ pullus equinus pede posteriori tangit caput suuȝ. sed quādo intrat etatem nō potest facere idem. Item dicit arestoteles libro. ij. ꝙ pes sinister in animalibus in parte anteriori absolutus non est. neqȝ ita leuis motus sicut sinistra manus i hominib⁹ preter q̄ȝ in elephante. Item Aresto. ibidem dicit ꝙ elephas in sedendo flectit pedes suos: sed non potest flectere quattuor simul propter pondus corporis. sed flectit pedes posteriores sicut homo. Item ibidē dicitur ꝙ volatile flectit pedes suos ad posterius. sed alas que quidē sunt loco manuū flectit ad anterius. Item ibidē etiam dicitur ꝙ pes dexter maioris est motus generaliter in animalib⁹ q̄ȝ pes sinister. Et ideo dicitur ꝙ animalia quidam quādo ambulant primo mouent pedem dextruȝ sicut leo et camelus arabicus. scilicet dromedarius. Aliquādo tamen quedā aīalia mouēt pedē sinistrū sicut vulpes et lupus: qui habent pedes et tybias sinistre partis parte cōtraria longiores. Et ideo semꝑ claudicant a dextris. a sinistris altius se erigendo et se ad dextrum deprimendo. Est itaqȝ pes dexter maioris caloris. motus et vigoris generaliter i aīalib⁹ q̄ȝ sinister.

Et est signū ad hoc q̄d Galien⁹ sup amplorū. dicit ꝙ mulier in vtero fetū gerens ⁊ iunctis ⁊ ꝯpositis pedib⁹. dū subito fuerit vocata. si masculū habuerit in vtero. primo ad mouendū pedē dexterū admouebit. Si vero feminā gestauerit ecōuerso. Item dr̄ ab eodē li. ij. ⁊ iij. ꝙ om̄e anīal multoꝝ digitoꝝ in pedib⁹ est multoꝝ filioꝝ: ⁊ ecōuerso. Item lib. ij. Pedes oīm q̄drupedū sunt ex osse ⁊ neruis ⁊ modica carne Similit̄ ⁊ volatiliū et bipedum p̄ter hoiem: cui⁹ pedes sunt subtus multe carnis. et hoc ꝓpter ossiū et neruoꝝ multipliciū defensionē. Itez sunt animātia vtentia pede loco man⁹ vt simea in quadrupedibus. et psitacus et porphirio in volatilib⁹. Nam pedum adiutorio se iuuāt in cibando. Itē idez li. xiij. Nullū anīal hñs scissurās mltas in pede habet cornua. Et tñ om̄e aīmal hñs culmos in ore ꝓminētes. hab; vngulas pedis scissas sic aper. Itē li. xiij. Pedes in apib⁹ posteriores maiores sunt q̄ medij vel anteriores ꝓpter ambulationē. ⁊ vt cito eleuētur a terra qñ voluerint euolare. Item li. xvi. Om̄e anīal q̄drupes hñs multas scissuras in pedib⁹. vt leo canis lupus vulpes generant filios cecos. De pede ergo recollige: qm̄ pes est in vltimo aīalis ad ei⁹ perfectionē lōgus plan⁹ ⁊ ꝯcauus. propt̄ fortiorem vestigij impssionē. digitis etiaz distinct⁹ propt̄ sui fortiorē detentōem. Osseus ⁊ neru9⁹ propt̄ meliorē duratōnē. in aīalib⁹ necessari⁹ ad eoꝝ erectōem et motionē. Insup ad eoꝝ defensionez. in volatilib⁹ scissi pedis ⁊ curui vnguis ad victus acq̄sitionem. in volatilibus clausi pedis ad sui regimen in aquis et directōem. Et hec de pedum proprietatibus iam sufficiant.

Capitulum. LV.

De planta.

Planta pedis est extrema ps aīalis a planicie sic dicta. Planicies enī in ea sic exigitur vt fortius terre imprimat̄. vt dicit ysid. duriori cute vestitur q̄ cetera ps corporis ne a spinis vl̄ etiā ab alijs obicibus patiatur subito. ideo et animantiū pe. seu vngulis ⁊ etiā soleis muniūtur. ne de facili calcando offendātur. Plāte quoq; etiam toti⁹ corpis mole ⁊ pondere opprimunt̄. ⁊ iō calceis et soleis indigent ne ledant̄. vt dicit ysidorus ⁊c.

Capitulum. LVI.

De calcaneo.

Calcaneus posterior pars pedis est ⁊ inferior a calcando dictus quia eo terre vestigia imprimūtur. vt dicit ysid. Et est rotūdus dispositione. vt dic̄ ꝯstan. Et aliq̄ntulū oblōg⁹. Rotund⁹. ne de facili ledat̄. oblōgus vt imprimat̄ firmi⁹. Solid⁹ etiā fuit factus ne de facili ꝑmeret̄. Ex mollib⁹ ligaminibus cū cauilla colligat⁹. vt sursum et deorsum facilius moueret̄ vulnera sibi impssa difficilis sūt curatōis. tum propter paucitatē carnis. tū propt̄ motus cōtinuatōem. vt dic̄ Constan. li. ij. c. x.

Capitulum LVII

De ossibus.

Iacto de ꝓprietatib⁹ mēbroꝝ pn̄cipaliū ⁊ officialiū de consimilibus membris et eorum cōditionibus. nunc dicendū est: et primo de ossibus. Nam ossa sunt toti⁹ corpis solidamenta vt dicit ysidorus. In ipsis enī robur consistit animalis. Sunt autem ossa ab vsto dicta. quia ab antiquis vrebātur vel vt alij putant ab ore ossa dicuntur: eo ꝙ in ore pateant. Nam vbiq; cute et carnibus tecta celantur excepto solo ore in quo ossa dentium demonstrantur. Compago enim ossa capitis sunt dicta. eo ꝙ sūt compacta neruis velut glutino quodā adhereant. vertebre aūt dicuntur summe ossium partes. nodis grossioribus conglobate sic dicte. eo ꝙ ad flexionem membrorum vertantur. vt dicit Isidorus libro. xi. Os est durior ⁊ siccior pars corpis animalis. Et hoc fuit necessariū. aut quia ossa sunt corporis fundamenta: super que totius corporis fabrica est sita. et ideo oportuit ea esse firmiora. aut q2 ab exterioribus defendunt interiora.

Sunt aũt ossa in corpe multa in specie diuersa. ⁊ h̃ propt̃ maiorẽ corporis fortitudinẽ. vel ꝓpter mot⁹ leuioris facilitatẽ. vel propter cauendã nimiã corpis passibilitatẽ. Tãta em̃ est inter mẽbra corpis colligãtia ꝙ vno patiẽte oĩa cõpatiũt͛. Vñ natũa fere oĩa duplicauit mẽbra vt si vnũ ꝑ ateretur alterũ ꝯpateret͛ et iõ vbi oportuit plura cõpegit ossa. In ꝗntitate sunt diuersa. qꝛ ĩ magnis mẽbris sunt magna / ⁊ in ꝑuis ꝑua. Itẽ sũt qualitate diuersa cũ quedã sunt longa quedã rotunda. q̃dã ꝯcaua. q̃dã solida. Solida sunt q̃dẽ propt̃ maiorẽ firmitatem. Concaua vo propt̃ maiorẽ mot⁹ leuitatẽ. Naꝫ qꝛ magna erãt ⁊ mobilia fecit ea natura ꝯcaua q̃ duab⁹ de causis medullis sunt plena. ne scꝫ ẽ cõcauitate frangerent͛ ⁊ vt inde nutrirent͛. Vñ per euaporationẽ medulle ꝑ poros ossium carnes q̃ sũt ipsis ossib⁹ viciniores / sũt ceteris dulciores. Sunt etiã ossa q̃busdã neruis inuicẽ cõstricta. ne ex nimio motu ossiũ se diiungerent͛ / ⁊ sibi inuicem efficacius cooꝑarẽt͛. In prima aũt ossiũ cõiunctione inest quedã viscosa hũiditas vt leui⁹ inuicẽ mouerentur. Sunt etiam in extremitatib⁹ cartilagine vestita ne ex nimia ꝯfricatõe lederẽtur. huc usqꝫ cõstã. li. iij. c. ij. Scd̃m aresto. enĩ li. xij. ossa fuerũt creata ꝑpt̃ salutẽ corpis mollis qm̃ natura ei⁹ est vald̃ dura. In animali carẽte ossib⁹ est mẽbꝝ ꝯueniẽs ossib⁹ eoꝝ defectũ supplens sicut aresta in piscibus. sic ⁊ oĩm principiũ venarũ est cor vl̃ ꝑ par. sic spondile dorsi oĩm ossium principiũ est sup qđ fundant͛ et radicant͛ oĩa ossa sicut nauicla sup carinã suã. Natura itaqꝫ ossiũ est cõtinua cũ spondili. qm̃ ossa spondilia sunt custodientia teneritatẽ corpoꝝ aĩaliũ. et ossa q̃ vicinãtur ventri sunt parua vt non ꝓhibrant tumorẽ ventris ꝑpter cibũ aĩalis. Itẽ idem. Ossa masculoꝝ fortiora sũt ossibus feminaꝝ generaliter ⁊ duriora et maxie ossa leõis. q̃ ꝑpter sui duriciẽ ex se ignẽ mittũt more lapidis si ad se inuicẽ collidant͛. Ossa vo auiũ sunt debiliora alijs ⁊ simil͛r pisciũ. Itẽ idẽ aresto teles li. iij. Ossa abscisa nõ recrescũt sicut nec cartilago. qꝛ creatio illi⁹ est ꝓpinqua creationi illoꝝ. cũ cornua ⁊ vngule aĩaliũ ⁊ auiũ rostra pñt ad ignem mollificari ⁊ incuruari. ossa nec incuruant͛ nec mollificant͛ nec flectũtur. sed cõtundũtur. Itẽ idẽ aresto. li. xij. Aĩal hñs spinas loco ossiũ est pauci sanguis. Itẽ oĩe aĩal hñs dentes in vtraqꝫ mãdibula habet ossa medullata. ⁊ ipoꝝ medulla similis est pinguedini. Quedã tñ ossa sunt spissa ⁊ dura vñ vident͛ esse sine medulla. vt ossa leonis ⁊ elepantꝫ. qꝛ medulla talium aĩalium latens est in poris ossiũ ⁊ occulta. Recollige igit͛ breuiter ex ꝑdictis ꝙ ossa sunt toti⁹ corpis fundamenta frigida dura ⁊ sicca et ꝑpt̃ dominiũ frigiditatis naturalit͛ sunt alba fortiora ⁊ frigida ⁊ firma. interi⁹ ꝯcaua. medullis plena. ligamentis neruosis cõiuncta. cõtinuo se supportãtia. Nã minora sup maiora radicant͛ ⁊ maiora minc inde miro nature artificio coaptãtur. Sunt etiã cute et carne vestita q̃si vtriusqꝫ fulcimenta inflexibilia nerui naturali iunctura a calore carnis ⁊ sanguinis temꝑamẽtũ recipientia. Sunt etiã ex se insensibilia. tñ vehemẽtẽ inferũt corpori lesionẽ. q̃n sunt conscissa vel confracta. et h̃ ꝑpter neruoꝝ vicinitatem. quoꝝ ligamẽtis sunt inuicẽ cõiuncta. Cõtingit aũt ossa pati ex cã extrinseca sicut ex fractione. ꝯcussiõe. abscisione et iuncture egressione / ⁊ hmõi. q̃nqꝫ ex cã intrinseca. ⁊ hoc aliquotiẽs ex materie furiose corrosione. vt patꝫ in erisipilam. i. ignẽ sacrũ patientib⁹. q̃nqꝫ ex nimia humoꝝ in iuncturis ossiũ aggregatione ⁊ repletiõe. / vt pꝫ in arteticis. et quandoqꝫ ex medulle interioris corruptione vt accidit in leprosis. q̃ndoqꝫ ex humoris medullaris cõsumptõe. vt accidit in ethicis ⁊ cõsumptis. Dolor autem ossiũ tanto est grauior ⁊ etiã piculosior / quanto in ꝓfundioribus ossium concauitatib⁹ radicatur. Unde ossa corrupta carnẽ sibi ꝓximã paulatim corrũpunt et putrefactionẽ inducunt ⁊c.

Capi. LVIII.

De medulla.

m Edulla fm Isido. est appellata
eo q madefaciat ossa. Irrigat
eni ꝛ cōfortat ossa. vt scꝫ corꝑ tē-
peret qualitatē frigidā. Est autē medul-
la fm Constantinū substantialiter ca-
lida ꝛ humida ꝛ ex purissimis ꝑtibus ꝛ
vnctuosis humorib⁹ nutribilis in ossiū
cōcauitatibus generata. vñ sua calidita
te ossium tēꝑat frigiditatem. ꝛ sua hu
miditate corꝑ siccitatē irrigat. ꝛ sua sub-
stantiali ꝓprietate virtutē animalis nu
trit ꝛ cōseruat. Medulla eni influentiā
spirituū recipit a cerebro ꝛ ꝑcipue me-
dulla ossiū spondiliū. que a phisicis nu-
cha appellatur. ꝛ hec medulla medianti
bus q̄busdam neruis substantiā ꝛ mo
tum membris sub collo positis admini
strat. vt dicit Cōstantinus libro. ij. ca.
x. Medulle etiā fm Isido. sua subtilita
te ꝛ liquida vnctuositate ꝑ ossa euaporāt
ꝛ liquorē tenuē desudant. qui liquor ca
lore venereo resolutus in renib⁹ anima
liū amoris ꝛ voluptatis generat incen
tiuū. vide supra de renibus Unde ꝛ ani
malia que habēt ossa medulla plena in
libidinē sunt prona. Ut dicit Uarro. q̄
vero habent solida ꝛ medullis vacua ta
rius in venerē cōmouent. vt patꝫ in ele
phāte. Medulla eni vt dicit varro na-
turā lune imitat. nam crescēte luna cre
scit. ꝛ decrescēte decrescit. Uñ ꝑ occulta
quedā respiracula vim lune sentiēs fm
mutatōem minorat in sua substātia vel
augetur. hoc est videre in animalibus ꝛ
etiā arborib⁹ quarū humor medullarꝫ su
pabundat in plenilunio ꝛ in nouilunio
depauperatur. Unde tunc arbores insere-
re nō est bonū. quia fructus efficiūt ver-
miculosi ꝛ de facili cōputrescūt. ꝛ hoc for
san accidit ꝓpter suꝑfluam humiditatē
quā surculus tūc insertus cōcipit i me-
dullā cuius suꝑfluū nō potest regi ꝛ diri
gi a natura. vñ talis humor trāsmissus
ad fructus est causa vermiculatōnis ꝛ ce
leris putrefactōnis Itē dicit Aresto. li.
xij. q anial habēs dentes in vtraqꝫ mā-
dibula habet medullā silem pinguedini
ꝛ quedā animalia nō habent multum de
medulla sicut leo qui habet ossa dura ꝛ
spissa in q̄bus parū est de medulla. et iō
fingitur q omnino medullā nō hēat. ꝛc.
Medulla fm dyas. medicinalis est val
de ꝛ precipue de latiliū ꝛ animaliū silue
striū. Nam labiorū sanat excoriatōes ꝛ
eorū vlcera cōglutinat. et etiā scissuras
auriū dolorē mitigat. glandiū duriciem
emollit. pedū vesicas sanat. dolorē guttu
ris mitigat ꝛ mamillarꝫ. ptisicis ꝛ ethi
cis singulare est remediū. Uirtutē eni
r. sumptiuā habet. vnde ꝛ humorē deꝑ-
ditum in membris restaurat.

Capitulum quinquagesimūnonum. De cartilagine.

c Artilago est ossiū teneritudo.
Et dicta est cartilago eo q leui
ictu caret dolore dū plectit. vt
di. Isid. vt patet in aurib⁹ ꝛ narib⁹ ꝛ co
starū extremitatibus Nā cartilaginosa
duriora sunt carne ꝛ ossibus molliora.
Fecit autē natura talia loca talis dispo
sitōnis ne forte rumperent cū plicaren
tur. vt dicit Constan. li. ij. ca. ix. Uestit
autē cartilago extremitates ossium ne
in suis iuncturis ex mutua cōfricatōne
exasperent. ꝛ vt facilius ossa cū carnibus
iungerentur. Dicit aūt Aristo. li. xiij. q
cartilago abscisa nō recrescit. qꝛ ei⁹ crea
tio creatōni ossis est similis. nec habet
cartilago ex se sensum aliquē sed tantū-
modo neru⁹ coniūctus causa est sensus
ꝛ motus quādo sentit vel mouet. vt di
cit Constanti. In medio āt cordis ani-
malis est os cartilaginosum in sua lati
tudine positū. ꝛ hoc sedes cordis est ap
pellatū. vt dicit Constan. li. iij. ca. xx. ꝛc

Capitulum sexagesimum. De neruis.

n Erui sunt corporis ptes q̄s gre
ci vocant neuros. eo q artuum
cōiunctōnes his fortius cohere
ant. Maximā enim virtutē facere ner
uos certissimū est. q̄ quāto fuerūt densi
ores tanto ꝓpensius augent firmitatē.
vt dicit Isi. fm Constan. aūt fuerūt ne
cessarij vt sensum ꝛ motū deferrēt mem
bris. ꝑcipue ossibus ꝛ cartilaginib⁹ ꝛ hu
iusmodi. que ex se sensum nō habent ne
qꝫ motū. Omnium aūt neruorꝫ ꝑcipuū sun

damentū est cerebrū. quia volūtarij mo
tus ⁊ sensuū est principiū. Omēs autē
nerui aut de cerebro ꝓcedūt aut de me-
dullis cerebri. i. de medullis spondiliū.
tale mediū fuit necessariū. ne si imme-
diate omēs a cerebro ꝓcederēt aut rum
pendo lesionē incurrerēt aut ꝓpter nimi
am vie longitudinē a principio sensus
in actu sentiēdi ⁊ in potentia vegetandi
tantā potentiā nō haberēt. Nerui ergo
a cerebro procedentes sunt molliores.
De nucha aūt. id est de medulla spina-
li sunt duriores. sȝ exeūtes a prora ce-
rebri sunt mollissimi. qꝛ sensum portāt
alijs. nā mollicies cito mutat̃ inter sen
sualitates. ꝓcedētes vero a puppi fuerūt
duri vt motū possint pati. qꝛ mollia ve-
loci motu cito rūpunt̃ Neruoꝝ āt a cere
bro exeūtiū sex sunt paria quoꝝ primū
par ꝓgredit̃ ad oculos ⁊ alia organa sen
suū vt eis deferāt sensum ⁊ motū. hi et
alijs neruis cōcauiores et molliores et
maiores sunt. ideo magis cōcaui vt am
plior spūs p eos sensibus administret̃.
sunt et maiores ne eoꝝ cōcauitate eorū
substātia rūperet̃. et vt maior quātitas
spirituū i eis includeret̃. Fuerūt ⁊ mol
les vt in eis sensus veloci⁹ ⁊ expedicius
ꝑficeret̃. Hi nerui in egressione a cere
bro sunt molles ⁊ lenes. sed quāto plus
elongat̃ tāto duriores efficiūtur. Scd̄ȝ
par neruoꝝ incipit a posteriori pte prio
rum. ⁊ illud par exit p quoddā foramen
vicinū cōcauitati oculorū ⁊ oculis mo-
tū tribuit. Par tertiū incipit retro post
secundū ⁊ p sedem capitis exiens a pup
pi cerebri in quatuor neruos pticlares
se diuidit. ⁊ p diuersa loca reticulariter
se diffundit. Quartū par prio pari con
iungit̃. sed ab eo diuisum post matrē pi
am dispgitur. vt p ipsam sibi tactus p-
beat̃. Quintū vero par in egressiōe sua
in duos diuidit̃ neruos. quoꝝ vnus au
ricularū foramina intrat ⁊ ibi se dila-
tans auditū aurib⁹ administrat. ali⁹ ad
maxillas p tympora se diffundēs mem
broꝝ collateraliū adiuuat actōes. Sex-
tum vero par a puppi videt̃ exire. et ab
vnoquoqȝ hoꝝ triū iteꝝ alij exeūt. et ad
motū sensus ꝑficiendū inferi⁹ ⁊ supius
vniformiter se diffundūt Et adhuc pre
ter ista paria exit a puppi par vnū et ex
isto nucha ortū sumit. hoc p lacertos li-
gue ⁊ gutturis se diffundit. ⁊ eis motū
⁊ sensum tribuit. Preter neruos iā di-
ctos omēs alij nerui corporis a cerebro
quidē egrediunt̃. s. nucha. id est medul-
la spondiliū mediante. In vniuerso vo
dicunt̃ esse duo neruoꝝ paria. et. xxx. ⁊
vnū tantū impar. ⁊ hi omēs multiplici
ter defendūtur. ⁊ cōcatenatōnib⁹ corpis
⁊ mēbroꝝ miro nature artificio vndiqȝ
diuidūtur. Hucusqȝ Constā. li. ij. ca. x.
fm Arest. li. iij. in locis ossiū est multi-
tudo neruoꝝ. ⁊ neruus naturalr̃ in lōgū
fundit̃ ⁊ nō in latū. ⁊ ipse extēdit̃ extēsi
one multa. ⁊ in circuitu nerui est humi-
ditas viscosa cōseruās neruos. et omne
animal hñs sanguinē habet neruum. et
neruus ꝑcisus nō recrescit nec diuisus
recōiungit̃ sicut vena q̄ scȝ incisa de faci
li reitegrat̃. Dicit etiā idē li. xix. ꝙ ma
xima virtus animaliū est in neruis. et
maxime in thauro q̄ quāto senior tāto
durior ⁊ fortior. et durior ei⁹ neruus est
vnde extēdit̃ sicut corda. Recollige igi
tur ex ꝑdictis ꝙ neruus a cerebro prīci
piū sumit. ⁊ ab eo sensum ⁊ motū recipi
ens alijs sensum tribuit. ptes corpis di
uisas colligit ⁊ annectit i suo exitu mol
lem. sed in fine duꝝ se ōndit in sua cōca
uitate spūs recipit ⁊ custodit sua flexibi
litate ossa inflexibilia flectit. Diuersas
passiones in se recipit. vt dicit Cōstan.
s. inscisionē. puncturā. cōtractōem. rela
xatōem. opilatōem. vt patet in pātegni
li. ix. ca. viij. et libro. xi. ⁊c̄.

Capitulū sexagesimumprimū: De venis.

Ene sunt dictē eo ꝙ sunt vie na
v tantis sanguinis atqȝ riui per
totū corp⁹ diuisi. q̄bus vniuer-
sa membra rigant̃ ⁊ nutriūtur. vt dicit
Isid. Incipiūt āt vene fm Constāti. ab
epate sicut arterie a corde. nerui a cere-
bro. Et fuerūt vene necessarie sicut vasa
sanguinis vt sanguinem ab ipso epate
ad mēbra toti⁹ corpis nutriēda deferrēt.
Sūt āt vene necessarie nature teneriori

atqȝ mollioris ꝙ̄ nerui. ideo vt epatis nature vicinio mutarēt aliq̄ntulū sanguinē ad se venientē. Sūt aūt vene omnes ex vna tunica facte. nō ex duab' sicut arterie. Nā arterie spūs recipiūt et custodiūt. Uene igit exeūtes ab epate ab ipso velut a matre nutrimentū sanguis sugūt. ⁊ sm vniuscuiusqȝ mēbri exigētiā ipm distribuūt. Uñ p singulas ptes corpis se diffundūt. et miro quodā nature ingenio sibi mutuo subseruiūt. Int alias autē patētes ⁊ occultas est vena que etiam vocat arteria. que nature fuit necessaria vt calorem naturalē a corde ad oīa alia mēbra deferret. Sunt autē he arterie ex duab' tunicis vel pellicul' cōposite. ⁊ sunt in forma similes in substātia dissimiles. Eaꝝ interiora sunt villosa quaꝝ substātia est dura. ⁊ multo grossior ꝙ̄ sint exteriora. Extrinsec' aūt sunt villose p longitudinē quarū substātia ē dura, ꝓpter necessitatē motus. s. dilatatōis ⁊ cōstrictōis. Nā dilatādo seipam a corde recipit ⁊ hoc p villos longitudinis. Cōstringēdo autē se fumosam superfluitatē expellit qđ fit pāniculis in latitudine villosis in q̄bus retinet spiritus q̄ a corde trahit. vñ duriores sunt exterius oībus aliis venis qđ fuit necessariū ne forte rumperētur. He aūt vene a corde incipiūt a sinistra cōcauitate Ex hac eni pte dicūtur due pulsatiue. quarum vna interior panniculū habet mollē. ⁊ hec vena pulsatilis vocat q̄ necessaria fuit. ideo vt multā quantitatē sanguinis ⁊ spūs pulmoni deferret ⁊ aerem exciperet quē admisceret sanguini ⁊ eius feruorē tparet. Hec vena pulmonē intrat ⁊ ibi multiformiter diuiditur Altera arteria est priore maior quam Aristo. horren vocat. Illa a corde ascendendo in duas ptes diuidit. Nā vna tēdit sursum deferēs sanguinē depuratū ⁊ spm vitalē ad cerebꝝ vt inde spūs animalis generet nutriat ⁊ cōseruet. Altera vero descendit inferi'. ⁊ hec dextrorsum ⁊ sinistrorsum. antrorsum ⁊ retrorsum. multiplr diuidit. Hucusqȝ Constanti. libro. ij. capol. xij. Recollige igitur ꝙ vena est vehiculū sanguinis. custodia vite animalis quatuor humores sanguineos cōtinēs in se depuratos. q̄bus singule ptes corpis nutriunt. Insup vena ē cōcaua vt facilius sanguinē recipiat et sm nature indigentiā vena ad venā sanguinē reducat ⁊ trāsfundat. Uena etiā sanitatis ⁊ infirmitatis est nūcia. Nā p arteriaꝝ pulsum ⁊ venaꝝ dispositōem de debilitate cordis siue fortitudine a medico iudicat. vena etiā si corrupta fuerit corrupti sanguinis ꝯtentiua. totius corpis est corruptiua. vt patet in leprosis. quoꝝ sanguis est corruptissim' in venis a quib' mēbra nutriūtur sugēdo. insanabliē cōtrahūt ⁊ corruptā infirmitatē ⁊ corruptōem. Uena etiā in brachio ledit cōtrahit ⁊ rapitur. vt ex ei' lesione toti' corporis infirmitas subleuet. vene etiā nimis anguste carne vel pinguedie nimis presse min' hñt de sanguine ⁊ spiritu ꝙ̄ alie. Et iō in eaꝝ substātiis calor naturalis deficit ⁊ vitalis spūs minoratur. vñ et talia animalia min' viuūt. vt dicit Cōstan. li. vi. c. xvij. Aristo. aūt dicit li. ij Uena inq̄t si fuerit abscisa vel incisa crescit ⁊ recōiungit. quod nō facit neruus. Itē idē li. vi. Quales sunt vene sub lingua animalis tales sunt in colore fetus eius Uñ dicit ꝙ oues hñtes sub lingua venas albas habent fetus albos ⁊ econuerso Quere supra de proprietatibus lingue. ⁊c.

Capitulum sexagesimūsecundū. De carne.

c Aro aūt sm remigiū a carie est dicta. i. putredine. Est eni caro vt dicit Greg. alterabilis. ⁊ per cōsequēs de facili putribilis Et cū caro multiplex sit. vt dicit Greg. qr alia ē caro piscium alia volatiliū vel volucrum alia serpentū In hoc humana caro obtinet priuilegiū. qr caro humana forme nobilissime. s. rationali aīe est cōiuncta ideo qđ sup omnia mirabilissimū est in nouissimo tempe caro hoīs caro dei est effecta. quādo verbū caro factū est ⁊ habitauit in nobis. q̄ndo caro que erat ex cōditōne infima ex assumptiōe quidē a verbo supma olm est effecta. vt dr Greg.

Est autē caro ſm Constā. naturaliter
calida et humida caloris naturalis fo
mentū. ossium neruoꝝ ⁊ lacertoꝝ coopi
mentū eoꝝ defensio ⁊ frigiditatis eorū
tꝑamentū. Cuius tres sunt spēs. Que
dā enim pars musculis neruis siue cor
dis est admixta. ⁊ dr lacert⁹. Alia ps est
inter duꝝ ⁊ molle tempata sicut cartila
go. Tertia ps est inter hec glādulosa ca
ro sola que maxime est in dorso ⁊ in gin
giuis. Caro autē que in corā iacet pte
exteriori. ossiū sup eā quiescentiū est q̄
si culcitra ⁊ necessariū fulcimentū. Caro
vero dorsi tā interior q̄ȝ exterior fuit ne
cessaria duab⁹ de causis. Nā medullam
spondiliū scȝ nuchā calefacit. ⁊ concaui
tatē inter ossa replet ⁊ custodit neruos
ne ascendētes ⁊ descendentes ꝓpter vie
longitudinē disrumpant. ↄtra aerȝ in-
temperiē ⁊ extrinsecā lesionē dorsi maxi
ma defensio ē. Caro vo inter dentes eo
rum seruat radices. nutriēs eas vt sint
stabiles. Caro autē glādulosa est triplex
Quedā humectat vt caro mām̄illaꝝ et
glandes sub lingua q̄ generāt saliuam.
ne os ⁊ lingua ⁊ maxille siccitate nimia
in motu intro retardent. Alia vero ps
nodosa ⁊ glandulosa loca replet vacua.
⁊ venaꝝ ac neruoꝝ fouet loca. ⁊ eaꝝ reci-
pit sup̄flua que resudāt. Tertia vo cir-
cundat stomachū ⁊ intestina cui admi-
scent neruoꝝ et arteriaꝝ quedā reticula
motū ⁊ sensum interiorib⁹ deportantia.
nec illaꝝ via fuisset tuta nisi eis eēt sub
strata hec glandulosa caro vt nerui ⁊ ar
terie sup eaȝ suaui⁹ q̄escerēt vt si q̄d eis
durū occurreret forte. mollē locum ad
quē refugerēt inuenirēt. Hucusq3 Cō
stan. li. ij. ca. xiiij. Caro vo inter pingue
dinē ⁊ maciē tempata laudabilis est et
sana precipue quādo corrupto sangui-
ne nō est intermixta. vl' ab eodē genera
ta vel nutrita. qꝛ talis caro principium
est corruptōis. sicut dicit Arest. li. iij. et
Constā. li. xi. ca. xvij. Dicit etiā Arest.
xij. ꝙ caro nimis abūdans impedit spi-
ritus opatōes. Et iō creatio capitis n̄
fuit ex multa carne vt esȝ melioris sen
sus ⁊ intellectus ꝑfectioris. Itē idem
li. i. Quādo locus circa oculos est mu
te carnis maliciā designat dispositōis ⁊
astutiā ⁊ maliciā consuetudinis ⁊ male
formatōis. i. defectū informatiue vtuꝭ
Unde si fuerit caro vel massa carnea mlꝫ
ta nimis ⁊ virtus informatiua debilis
mōstruosas generat in corpe passiones
sicut dicit ibidē li. xvi. vt ponit exēplū
de muliere. q̄ credidit se cōcepisse fetū.
et tandē peperit horridū carnis frustū q̄
a medicis mola dicit̄. ⁊c. Pars etiā cor
pis carnosa tenera est ⁊ mollis. ⁊ iō im
patiēs est laboris. Unū dr li. ij. ꝙ pedes ca
meli sunt multe carnis sicut pedes vrsi.
quapropter fiūt camelo sotulares de co
rio fortes q̄n debent laborare vt auferat̄
ab eis dolor. Nec etiā caro est sicut dic̄
idē li. xiij. primū instrumētū sensus nec
est membꝝ ↄueniens sensui. sed neru⁹
est organū sensus intra carnē. Et iō ca
ro mortua vel ꝑscisa nihil sentit. qꝛ ex se
nō habet principiū sensus sed ex neruo
Quo corrupto vel ex toto opilato fit
insensibilis ipsa caro vt pȝ in paliticis
Omnes aūt aues curui rostri ⁊ acuti vn
guis vescūtur carne. silr ⁊ fere ⁊ eaꝝ ꝑda
est caro ꝓpter necessitatē victus. vt dr
lib. xiiij. Aues autē prede q̄ sunt pauce
carnis sunt animose ⁊ boni volat⁹ ⁊ acu-
ti visus sicut ibidē dicit̄. Aues aūt mul
te pinguedinis sunt tardioris motus ⁊
volatus ⁊ pīguiores ⁊ carnosiores sunt
in hyeme q̄ȝ in estate. tū qꝛ pori tūc clau
dunt̄ ⁊ humores in pinguedinē ⁊ carnē
cōdensant̄. Tum etiā rōne q̄etis. quia
de loco ad locū min⁹ solito tūc mouetur.
sicut dicit Isaac in dietis.

Capitulū sexagesimumtertiū. De pinguedine.

Pinguedo est res humida super
pelliculas ⁊ loca neruosa colloca
ta. vt dicit Constātī. Sanguis
enī subtilis ⁊ vnctuosius pinguedinem
nō cōgregat in locis calidis ⁊ sibi pene-
trabilib⁹. sed cū ꝑuenerit ad loca natu-
ralr̄ frigida ibi cōgelat̄ tandē et in pin-
guedinē ↄuertit̄. Qd̄ fecit natura ex ne
cessitate magna. vt scȝ nerui et pellicule
naturalr̄ sicce pinguedinis humiditate
tꝑarent̄. ⁊ difficili⁹ casu aliquo rūpent̄.

et vt ex calore pinguedie interclusa in-
teriora ab exteriori frigiditate aer' mu-
tas diuine scripture autoritas nobis tradit, que ita sunt leuigate et subtiliate, quod in materiam celestem sunt conuerse, et ideo permanent ibi fixe. Beda tamen dicit quod aque ille celestes non corporali tenuitate sed graciali quadam soliditate virtute diuina super firmamentum sunt suspense, et isto modo ad impetus firmamenti moderationem vel ad caloris generati ex eius velocissimo motu repressionem. Opinio enim fuit Bede quod celum ignee sit nature sicut platonici posuerunt. Unde dicit Beda: Celum est subtilis et ignee nature totum dum a centro terre equalibus spacijs collocatum. Et ideo forte Bede videbatur quod ideo fuit necesse ibi esse aquas vt calor ille celestis ad inferiora non decreceretur quod ex tali inflamatione mundus inferior dispendium non pateretur, ex frigiditate enim naturali illarum aquarum super firmamenti verticem positarum dicunt aliqui stellam saturni esse frigidam propter illam quam habet ratione sui situs cum firmamento vicinitatem. Dicunt etiam quod firmamentum per virtutem illarum aquarum infrigidatum infrigidat orbem saturni sibi magis proximum et vicinum. Sed qualiter istud posset fieri rationabiliter non est perspicue ratione ytentibus manifestum. Nam cum aquosa substantia ratione vtriusque qualitatis sue, scilicet humiditatis et frigiditatis celesti substantie penitus sit contraria, non est bene liquidum philosophantibus qualiter inter corpora tam disparia possit vnitas aut concordia aliqualiter conueniri. Et tamen scriptum est Iob. xviij. Qui facit concordiam in sublimibus suis. Ideo alio modo sentiunt et opinantur moderni qui interiora phisice spectamina profundius vt arbitror sunt scrutati. Dicit enim alexander quod aque ille que super celos sunt non sunt ibi posite vt frigide et fluxibiles et humide vel etiam sicut solide, congelate, et ponderose. Iste enim proprietates sunt etiam inter se habentes contrarietatem et sibi mutuo repugnantes, sed potius per ordinationem diuine sapientie aque ille super firmamentum sunt sub mobilissima sue conditione diuinitus collocate, prout nature celesti maxime sunt propinque, et

frequentius est nature proprietas perspicuitatis et transparentie que principaliter et substantialiter inuenitur in natura aque ratione cuius habet conuenientiam et cum celo empireo et etiam cum firmamento. Et ideo posuit dominus aquas inferius sub ratione frigidi et humidi, cum alijs conditionibus necessarijs ad generationem et corruptionem sed easdem posuit in ratione perspicui prout fuit necessarium ad vniuersitatis conseruationem. Et ideo dicit celum esse dictum aqueum et cristallinum ratione mobilitatis et perspicuitatis. Est enim perspicuum ad modum cristalli, a superiori celo scilicet ab empireo, lucem vel luminositatis plenitudinem recipiens et receptum ad inferiora diffundens, et ideo dicitur celum quasi nobis inuisibile et occultum cristallinum vero quia durum. Et ideo in summo dicitur cristallinum, non quia durum sicut cristallus. Sed quia vniformiter est luminosum et perspicuum. Aqueum autem dicitur quemadmodum aque ex sua subtilitate et mobilitate mouetur, et illud motum mouet celum primum et illud alterum mouet quod sibi est magis propinquum. Et ideo illud celum quod mouet inferiora, inferiorum mobilium precipue est conseruatiuum vt dicit alexander.

Capitulum. IIII.

De celo empireo

Celum empireum est primum et summum celum, locus angelorum regio et habitaculum hominum beatorum. Et dicitur empireum a pir quod est ignis quasi totum igneum sic dictum non ab ardore, sed potius a lumine et splendore vt dicit Isi. Istud enim celum summe est lucidum influens lucem et splendorem super celum cristallinum sibi propinquum et proximum. Est autem de natura sua vniforme sine stellis, et speciforme vt dicit Dama. Ideo est spiritum, vt rerum spiritualium et corporalium sit contentiuum. Est enim naturaliter quietum immobile scilicet et immotum, vnde illud celum non est necessarium propter continuationem generationis inferiorum sed potius vt dicit alexander ad completionem vniuersi in genere corporum, secundum determinata extrema ad medium, est aut opacum in summo, scilicet terra

et luminosum in summo scȝ celum empireum ⁊ vtrūqȝ corpus scȝ extremū supremum ⁊ infinitum est de se imobile et quietū. Istius celi proprietates describit rabanus vtens verbis basilij in exameron sic dicens. Celum ei empireum est corpus primū. natura simplicissimū de corpulentia habens minimū. quia subtilissimū. primū mundi firmamentum. quantitate maximū. qualitate lucidum figuratione spericū. locali situ supremū. quia a centro remotū. amplitudine sua spirituū ⁊ corporum visibilium ⁊ inuisibilium contentiuū. dei summū habitaculum. licet eni deus sit vbiqȝ tamen specialiter dicitur esse in celo. quia ibi relucet potissime sue virtutis operatio. et iō celum dicitur specialiter sedes dei. quia in corpore mūdi species celi pulcrior est. vt dicit Damas. In celo diuina virtus manifestius opatur.

Capitulum. V.

De ethere

Ether grece splendor dicitur latine. Ether sm Isido. est supior regio' supremi intersticij aeris et ignis vbi est perpetuus splendor luminis siue lucis. anaxagoras autem dixit. nomen etheris est nomen ignis. Et hoc putauit vt dicit arist. propter ipsius inflamationem que causatur ex velocitate sui motus. Unde sm ipsum anaxa. omne inflamans ⁊ inflamabile vocatur hoc nomine Marcianus autem dicit ꝙ ether est locus ab inferiori mundo sepatus inuisibilis respectu inferiorum que patiuntur multiplicem variationem. In ethere vero vbi dies est perpetuus nox diuino lumini non succedit nec miruȝ. quia tam altum locum vmbra terre que noctis causa est in ethere non accedit. sm Aristo. vero in libro methororū ether nihil aliud est ꝙ̄ vnum elementum. nec est ex elementis quatuor. quicquid eni supra lunarem globum est nature est separate a natura inferiorum elementorum vnde ether neqȝ est graue. neqȝ est leue. neqȝ rarum. neqȝ densum. neqȝ per alterius corporis penetrationem diuisibile Naturam eni ethereaȝ nulla ingreditur corruptio vel alteratio vniuersaliter vel particulariter qđ ei accideret si ex elemētis cōpositionē aut originē contraxisset. Anaxago. tamen dicit ꝙ ether est aer inflamatus ⁊ dicit qđ quāqȝ descendit inferius ⁊ in terra occultatur. vnde ꝑter sui subtilitatē. nūc sursum. nunc deorsum regiratur. vnde terremot' gignitur ex virtute etherea in terre visceribus occultata sed dicit arist. ꝙ sermo iste est error quoniam subtile nō descendit deorsuȝ ⁊ etiā si descenderet hanc opationē nō faceret. sm Macro. aūt splendor etheris sub spera celi per ambitū totius mūdi rutilat ⁊ refulget. cōtinet aūt in se orbes septem planetarū qui mouenť ꝯ motū firmamēti. Inferior itaqȝ pars etheris velocitate sui motus. inflamat superiorē ptē materie elementaris ⁊ ex illa inflamatione gignitur spera ignis. sicut dicitur in. li. de ce. et mū. in fine. Ex materia ei sic ignita non gignif nec inflamaf ipē ether. qꝛ ab inferioribꝫ non recipit aliquā imutationē ꝗ̄uis inferiora ab ipo imutenť

Capitulum. VI.

De spera celi

Spera celi vt dicit Isi. est species quedam in rotundū formata ab eodem in idem circa suū centrum equis spacijs circulariter reuoluta. hanc sperā neqȝ principium. neqȝ fineȝ habere. pꝫ asserunt. Ideo propter sui circulationeȝ vbi incipiat ⁊ vbi finiat nō facile apprehenditur. nec fuit aliqua figura celo cōuenientior ꝙ̄ sperica. tum ꝑter sui ipsi' simplicitatē. tum propter capacitatem. tum etiam propter vniformitatē. vt dicit Isido. Spera itaqȝ sm Alphraganū est orbicularis superficies celestis corporis in quo fixe stelle cōtinenť. Et hec spera duobus polis circumuoluitur. quorum vnus est septētrionalis qui nunqȝ nobis occidit ⁊ dicitur polus arthicus id est borealis. Alter polus est antharticus seu australis qui nunqȝ a nobis videtur vel propter nimiam a nobis elongationeȝ vel propter terre interpositioneȝ. Inter istos duo polos ꝗ̄si inter duas mundi

ether gin

vñ terremot

vñ ignis cau

extremitates spera celi voluitur et mouetur et cum ipsius motu stelle in eo site ab oriente in occidentem. et iterum ab occidente in orientē motu diurno et nocturno. xxiiij. horaꝝ spacio circūferunt᷑. Tanta autem celeritate sperica celi circūfertur ꝙ nisi aduersum eius ꝑcipitem cursum planete occurrerēt et eius impetum moderarent machina mundi dissolueretur. et ideo ſm Alphraga. septem orbes planetarū sunt sub spera mutuo se intersecantes per quos planete motu cōsono incedentes. raptui firmamenti obuiāt et etiam eius velocitatem reprimūt et retardāt. Voluitur autē tota spere moles oblique circa medium. s. circa axem. Est autem axis quedā linea intellectualis que recte per mediā pilam spere tendēs in duos polos se extendit circa quā celi ambitus quasi tota circa axem circulariter se reuoluit. Cardines aūt celi sunt extreme partes axis que insigniunt᷑ ipsis polis. Et sunt cardines dicti. quia sicut cardo hostiū in polorum concauitatibꝰ reuolusitur. et sunt isti cardines cōuexi vel curui. s. circūflexi. vt dicit Isido. Spere vero celestis medietas dicit᷑ hemisperium. s. pars que a nobis totaliter videt᷑. sed ob defectum visus terre cōiungi putatur. vnde et circulus vbi finitur orizō id est visus terminatio nuncupatur. vt dicit Isido. Recollige igitur breuiter ex predictis. ꝙ spera celi est luminosa substantia luminis vsqꝫ ad centrum suum. id est vsqꝫ ad terram diffusiua. cuius circumferentia est a centro terre remotissima. Et ideo illa que in celo sunt maxia. nobis propter summā distantiam videntur esse minima. Omniū inferioꝝ est cōtentiua. omniū inferioꝝ est ordinatiua informatiua. generationis et vegetatōis effectiua sibi contrarioꝝ raptiua et attractiua. Nam motus sui violentia planetas sibi obuiantes post se trahit. ſm armoniaꝫ est ꝓcessiua. Nam sicut di. aris. in li. de ꝓprietatibꝰ elementoꝝ ex ordinato spere motu et cōtrario planetaꝝ occursu. gignit᷑ in orbe stridor. i. armonia vel modꝫ acro. impulsu et motu ipsoꝝ efficitur sonus ille et acuta cū grauibꝰ ꝓpans efficit cōcentus varios et diuersos. sed ꝓpter nostri auditus defectū et illius soni excessum armonia illa a nobis nō audit᷑ sicut nō licet solē videre nō possumus quāuis citissime moueatur. Nam radiorū claritate acies visus nostri superatur.

Capitulum. VII.

De circulis celi

Circuli celi sunt plures quorum duo sunt visibiles. s. galaxias et zodiacus. Alij sunt inuisibiles. s. circulꝰ equinoxialis diuidens duo hemisperia. tangens zodiacum in ariete et in libra. Alius est circulus solsticialis estiualis eo ꝙ sole in eo existente. fit solsticiū estiuale. Iste circulus tangit zodiacū in cācro et est quasi cōiunctio nostri habitabilis et torride zone. Alius est palellus siue circulus septētrionalis siue arthicꝰ et est quasi diuisio nostri habitabilis et frigide habitabilis. Circulus vero qui est ex parte torride zone et alterius habitabilis zodiacū tangit in capcorno et dicitur iste circulus solsticialis hyemalis eo ꝙ sole existēte in eo fit solsticiū hyemale. alius est palellus siue circulꝰ antharticus seu australis versus austrū et opponitur arthico palello. Dicunt᷑ aūt hi circuli palelli quasi circuli eque distātes a para qd' est iuxta et lele qd' est distans. equaliter enī distant ab inuicē palelli. Sunt ꝑter hec duo circuli qui dicunt᷑ coluri. Colurus septētrionalis qui incipit a polo septētrionali per cancrū et capcornum circulariter ꝓcedens iterum redit ad suū principiū. Alius est colurus australis. per librā in arietē similiter redit ad suū punctū et dicitur coluri ꝗsi collathauri a cauda bouis siluestris q̄ erigēs caudam circulum facit imꝑfectū et dicitur coluri quasi circuli imperfecti. Decimus circulꝰ est orizon. i. finitiuꝰ visus. qꝛ circulo illo celū et terra videtur pariter copulari. Est etiā circulus meridianus designās illā partem zodiaci in q̄ sol videt᷑ equaliter distare inter oriente et occidente et isti duo vltimi circuli nō sunt in spera. quia ſm diuersos situs et aspectus variantur. Hucusqꝫ Isi.

Capitulum. VIII.

De galaxia siue lacteo circulo

Galaxias est circulus celestis. ceteris circulis celi pulcrior et candidior incedens per medium celi incipiens ab oriente usque ad septētrionem per cancrum et capricornū procedens iterum ad punctū suum. Dicitur autem lacteus circulus quia inter omnes circulos celestes notabiliorem habet claritatem. vnde et de nocte nauigantes et itinerātes dirigit et reducit. quāto autem aura nocturna est serenior et frigidior tāto incessus galaxie est manifestior. Secūdum autem opinionē vulgi. galaxias dicitur vestigium solis. quod post se relinquit sol qui currit in illo circulo. Sed aris. hoc dicit esse falsum. quia si esset galaxias ex impressione transitus solis. oporteret quod hec impressio esset in signis in quibus currit sol cum alijs stellis mobilibus. et hoc videmus esse falsum. quia transcēdit terminos zodiaci vbi sol nullatenus appropinquat sicut dicitur in libro metheororum. Ideo anax. et democritus dixerunt galaxiam esse ex reflexione luminis ad aerem sicut in speculo. sed hoc est falsum vt dicit arist. ibidē. quia si hoc esset permutaretur. sicut ē permutatio luminis. hoc autē est falsum. quia videmus galaxiam semper in eodem loco nec recedit ab eo. Dicit ergo aristo. sic. Ignis propinquus orbi est inflāmatus et lucidus et in locis vbi videtur galaxias sunt stelle multe parue et luminose et in illis relucet fulgor ille. et ideo apparet locus ille magis radiosus nec recedit ab vno loco orbis. hucusque aristo. in li. primo metheororum. ca. ij.

Capitulum. IX.

De zodiaco

Zodiacus est circulus obliquus in. xij. partes distinctus equales que. xij. signa a philosophis sunt vocata. nobis autē signant in qua parte celi sol et planete immorentur. Sunt igitur. xij. s. g xij. spacia equaliter distincta et stellis notabilibus ab astrologis denotata. vnū autem quodque signum in. xxx. diuiditur gradus. et gradus in. lx. diuiditur minuta et minutum in. lx. secunda. ita quod. lx. secunda minutum vnum faciunt. lx. minuta gradum vnum et. xxx. gradus signū vnum. Signa autem ista sunt proprijs nominibus appellata sicut aries et thaurus et sic de alijs. Et vocantur animalia non quia animalia sunt in celo collocata. sed quia in suis effectibus animaliū talium proprietates aliquas representāt vt post dicetur. Inter ista autem. xij. signa quatuor sunt cardinalia secundum Isi. scilicet cancer in summo. capricornus in imo aries et libra in medio. Prima duo dicuntur solsticiaria. quia in cancro existēs sol. vlterius ad nos non accedit. in capricorno remotius non recedit. In primo facit longissimos dies et breues noctes in secundo econtra. In alijs vero duobus fit equinoctium in ariete fit vernale. in libra vero fit equinoctium autūnale et tunc vtroque tempore dies noctibus sūt equales. In istis etiam signis tria sunt ignea scilicet aries leo sagittarius. tria vero sunt terrea. s. taurus virgo capricornus. et tria sunt aerea. scilicet gemini libra aquarius. et tria aquatica. s. scorpio cācer piscis. Et inter ista que sunt ignea et aerea sunt calida et masculina et diurna Que vero sunt aquatica et terrea sunt frigida et femina et nocturna. Inter ista etiam sunt quatuor mobilia. s. quatuor cardinalia. s. aries cancer libra capricornus. quia in eis mutatur tempus. Et quatuor sunt fixa in quibus figitur ipsum tempus. s. thaurus. leo. scorpius. aquarius. et quatuor sunt cōmunia in quibus ipsa cōmiscentur. s. gemini virgo. sagittarius piscis. Et dicuntur ista signa domus. quia domicilia sunt et habitacula planetarum. et ex his domibus quedā dicuntur domus triplicitatis quedā exaltationis. Nam illa signa que cōcordant in vna natura faciunt triplicitatē. et eodem nomine nuncupantur. et sic in quatuor partibus celi ordinantur. Nam in oriēte sunt ignea. aries leo. sagittarius. Terrea sunt taurus. virgo capricornus in austro. Aerea sunt gemini libra et aquarius in occidente. Aquea sunt cācer. piscis. scorpio in septētriōe. Et inter

istas triplicitatis domus fortiores sunt
in suis effectibꝫ orientales occidentali
bus ⁊ septētrionales australibus. quia
in eis nobiliores planete dominantur.
Nam triplicitas orientalis que est p̄ma
habet solem de die et lunam de nocte. et
saturnus ꝑticipat cum eis die et nocte.
Triplicitas occidentalis habꝫ saturnū
mercurium ⁊ iouem. Triplicitas septē
trionalis habet venerem lunam et mar
tem. Australis vero habet saturnuꝫ mer
curium ⁊ iouem. Dicuntur insup signa
domus exaltationum. quia planete ꝑut
magis vel minus exaltātur in signorum
gradibus. perfectius ⁊ virtuosius operā
tur. Nam sol habet virtutem suā et exal
tationem in. xviij. gradibus arietis. ⁊ ca
sum in eodem gradu libre. Venus habꝫ
gloriam suam in piscibus. xxviij. gradu
et casum siue tristiciam suam in cōsimi
li casu signi oppositi. s. virginis. Mercu
rius erigitur in virgine. xv. gradibus et
cadit in piscibus gradibus totidem. Lu
na erigitur in thauro tribus gradibus
et totidem cadit in scorpione. Saturnꝰ
erigitur in thauro. xxi. gradibus et ca
dit totideꝫ in ariete. Mars erigitur in
capricorno gradibus. xxviij. et cadit toti
dem in cancro. Jupiter et caput draco
nis erigitur in geminis gradibus tribꝰ
et cadit totidē in sagittario. Cauda eri
gitur in sagittario tribus gradibus ⁊ ca
dit in geminis. Preter ista vnūquodqꝫ
signum diuiditur in tres partes que fa
cies nuncupātur quarum initium est a
primo gradu arietis ⁊ durat vsqꝫ ad. x.
secūda durat vsqꝫ ad. xx. tercia durat vs
qꝫ ad. xxx. prima facies arietis datr̄ mar
ti. secunda soli. tercia veneri. prima faci
es tauri est mercurij. secūda lune. tercia
saturni. prima geminoꝝ est iouis. secun
da mercurij. tercia solis. prima cancri ē
est veneris. secūda mercurij. tercia lune.
prima facies leonis est saturni. secunda
iouis. tercia martis. prima virginis est
solis. secunda veneris. tercia mercurij.
Prima libre est lune. secūda saturni. ter
cia iouis. prima scorpionis ē martis. se
cūda solis. tercia veneris. prima sagitta
rij est mercurij. secūda lune. tercia satur
ni. prima capricorni est iouis. scōa mar
tis. tercia solis. prima aquarij ē veneris
secūda mercurij. tercia lune. prima pisci
um est saturni. scōa iouis. tercia martis
Planeta igitr̄ exn̄s ī domo ꝓpria hꝫ qnqꝫ
fortitudines in gradu exaltatōnis hꝫ q
tuor. in domo triplicitatis habet tres in
facie vnā aut duas. ⁊ qui magis abūdat
inter planetas numero. magis ꝓualet
in fortitudīe ⁊ quilibet planeta fortior ē
in domo ꝓpria qꝫ aliena ⁊ ex fortitudine
signi in quo est fortificatr̄ ⁊ ex debilitate
debilitatr̄. sicut fortis vir fortior ē ī equo
forti qꝫ in debili. ⁊ ideo astrologi in iudi
cijs suis vt di. misael. considerāt domos
ascēdentes. i. ascēsum signoꝝ ⁊ planeta
rū dignitates vt s̄m eoꝝ principatus et
dominiū in domibꝫ angularibꝫ vel ascen
dentibꝫ in angulis vel ab angulis caden
tibꝫ coniciāt ⁊ iudicēt de futuris. Dicū
tur aūt quedā signa domus angulares si
cut signa cardinalia de quibꝫ supra sicut
cācer. libra. capcornꝰ ⁊ aries. quedā dicū
tur domꝰ succedētes angulis. s. thaurꝰ q̄
succedit arieti. ⁊ leo q̄ cancro. ⁊ scorpiꝰ q̄
libre. ⁊ aquariꝰ qui succedit capricorno.
Quidā vero dicunt domꝰ cadētes ab āgu
lis. s. gemini. virgo sagittariꝰ pisces vt pa
tet in figura misael. Scd̄m istoꝝ signo
rum ortus ⁊ occasus oppositiones. ꝯiun
ctiones et aspectus diuersa ꝯtria accidūt
in hoc mōo. Nam sicut dicit idem autor
ista q̄ sunt vi nature ⁊ generātur sub for
ti signo masculino ascēdente ⁊ forti pla
neta bono cuꝫ bono aspectu in ipo ascēdē
te existe fortis ⁊ bone sunt dispositōnis
in suo genere ⁊ ecōtrario. domꝰ itaqꝫ an
guli prima domꝰ ē oriētalis. s. signū aries
Domꝰ vero celi siue septētrionis ē cancer
angulꝰ vero occidētalis est libra. ⁊ angulꝰ
terre est capricornꝰ. Hec signa quatuor
angularia maxīe sunt virtutis ⁊ oriētale
plusqꝫ occidētale. ⁊ septētrionale plus
qꝫ australe. vnde angulꝰ terre est tribus
alijs minus fortis sicut idē dicit autor.
Domꝰ succedentes sunt mediocris effe
ctus ⁊ virtutis scꝫ signū ab ariete scd̄m. i.
thaurꝰ. ⁊ signū. iij. v. viij. xi. Et inter hec si
gna siue domos. octauū signū prioris est
operationis ⁊ significationis. ⁊ ideo vocatr̄

ab astrologis dom' mortis. Reliqua autem signa dicuntur domus cadentes. s. iij. v. vij. ix. x. xi. sunt etiã debilioris effectus et peioris significationis et maxime vi. et xij. Et hui' ratio est vt dicit autor. quia in sexta domo vel signo dominatur mars. et ideo vocatur domus infirmitatis et debilitatis omniũ rerum. et in illo signo est gaudiũ martis. et i. xij. est saturni gaudiũ. et ideo vocatur domus inimicicie tristicie et laboris. Signa etiã siue domus dicũtur mutuo se aspicere et sunt tres aspectus pncipales. s. sextilis tercius et quartus aspectus. Sextilis dicitur quãdo aliquis planeta in aliquo signo ascendente aspicit terciũ ante se et terciũ post se. Et hoc est a tercio in vndecimum. verbi gratia. Si aliquis planeta fuerit in initio arietis. aspicit eum qui est in capite geminorũ ante se. et eum q̃ est in initio aquarij post se. quod ẽ signũ vndecimum. Et hic vocatur sextilis. eo q̃ teneat quartã partem celi. s. gradus lx. et talis aspectus est laudabilis bonus et fortunatus. Est enĩ signũ domus dilectionis medie s'm astrologos vt dicit autor supradict'. Tercius aspectus fit a quinto signo et nono. verbi gratia. planeta qui fuit in initio arietis. aspicit eũ qui fuerit in leone ante se. et eum q̃ fuerit in sagittario post se. quod est signum nonum. et dicitur tercius quia continet terciam partẽ celi. scilicet. cxx. gradus. et hic aspectus ẽ optimus. quia est in signo pfecte amicicie vt dicit autor. Quart' aspectus est a quarto signo et decimo. verbi gratia. Planeta q̃ fuerit in initio arietis aspicit illum qui est in capite cancri ante se. et eum qui est in capite capricorni post se. quod est signum decimum. Et hic aspectus dicitur quartus. q2 quartã partẽ celi cõtinet. i. xc. gradus. et h aspectus est malus. q2 in illo signo ire et inuidie et inimicicie sunt et impfecte. vt di. autor pdictus. Coniunctio vero et opposi tio nõ sunt aspectus. quãdoq3 tamen dicuntur aspectus abusiue. quãdoq3 vero signum primũ respicit septimũ. vt aries libram. Dicitur aspectus oppositus et est pessimus. quia signũ est pfecte inimicicie et pessima ptendit. maxime si aspectus fuerit martis et saturni siue solis. Quãdo vero planeta conuenit cũ planeta eodem signo ascendente vel in signo sibi cõiuncto ante vel retro tunc dicitur coniunctio. et hec potest esse bona si planete fuerint boni. et ecõuerso mala si fuerint mali sicut di. autor. et hec oĩa patent in figura quã posuit autor iste.

Capitulum. x.

De signo arietis

Naturas aũt singulorũ signorũ per ordinem recolligamus ex signo arietis exordiũ sumentes. Aries igitur est orientale signũ sic dictum. quia sicut aries in iacendo sup latus vnũ. equaliter mutat vices sic sol existens in illa parte zodiaci que aries dicitur facit equinoctium. et equales facit dies artificiales atq3 noctes. Et sicut dicit misael. Aries est signũ igneum masculinũ diurnũ. instabile. dom' martis in. xix. gradu ei' exaltatio est solis. domus eius sol de die de nocte vero iupiter. et saturnus participat cũ eis de prima triplicitate prima ẽ Prima facies eius martis. secũda solis tercia veneris. de corpe hominis dominatur capiti et faciei et multos facit in corpore capillos corpus curuũ faciem obliquam oculos graues. aures breues. collum longum. Domus est vite et natiuitatis hominis. quia sicut hoc signum ab inferiori parte terre ad superiora ascendit et a tenebris ad lucem vadit. sic nat' de tenebris egreditur. et vi illius signi abdita prodeunt in lucem et secreta sapientibus innotescunt. Et sicut narrat Albu. in libro de motibus astrorum. In tercio inquit vel quarto gradu arietis occidente. oritur signum libre et mouet aerem. In decimo gradu oritur stella que dicitur almareth et alpheta et serenat aerem. In. xxv. gradu occidũt pliades etc. Quando autem sol vel luna vel aliquis planetarum intrauerit primum vel secũdum vel tercium gradũ arietis erit nubilum et ventus a meridie et frigus et tẽpestas. In gradu autẽ. xxix. aut. xxx. erit magnus calor.

Capitulum. XI.

De signo thauri

T Aurus sm misael est signum terreum. frigidum. fixũ nocturnũ domus veneris. secũda exaltatio lune in quarto gradu eius. domus eius de die est venus. in nocte luna. et mars participat cum eis. de triplicitate est secunda. Prima facies est mercurij. secũda lune. tercia saturni. ex corpore hominis dominatur collo et gutturi. datqꝫ faciem amplam ⁊ curuam. nasum dat grauem ⁊ lõgum. amplas nares. oculos graues. capillos eleuatos ⁊ nigros. collũ grossum verecundũ facit hominem. honeste incedentem. ⁊ tamen vanum. Domus ē substantie ⁊ possessionis acceptionis ⁊ datõnis. Et ideo dicitur taurus. quia taurꝰ sulcando terram fecundat ⁊ locupletat. Tunc etiam quando sol est in tauro terra est arabilis ⁊ congrua agriculture sm albu. In primo gradu thauri oritur sidus paliciter. in. vi. orion occidit et mutatur aer in. viij. oriuntur pliades ⁊ turbant aerem. In. xvi. oriuntur hyades ⁊ turbant aerem.

Capitulum XII.

De signo geminorꝫ

S Ignum geminorum sm misael Est signum aereum. masculinũ mediocre. diurnũ domus mercurij. exaltatio caude draconis in tercio gradu eius. domus eius in die est saturnus. in nocte mercurius. iupiter participat cuꝫ eis. de triplicitate est tercia. Prima facies est iouis. secũda martis. tercia solis. In corpore hominis dominatur humeris brachijs ⁊ manibus. mediocrem efficit staturam ⁊ hominem pulcrum ⁊ cõuenientem. Cui cõiunctus mercurius si fuerit fortunatus disponit hominem ⁊ abilem facit ad literaturam ⁊ scripturã Domus cognationis est ⁊ propinquitatis. consiliũ religionis et fidelitatis epularum ⁊ somniorũ sm Alb. Gradu primo geminorũ occũbente. oriuntur hyades et mutant aerem. et post archites et achites. i. aquila. xxiij. gradu. i. delphini xxvi. ⁊c. Isti gemini vt dicit Isi. sm poetarum fabulas fuerunt castor et pollux frēs gemini et vterini. viri fortissimi. quorum gratia dicitur tunc sol esse in geminis. quia sole in illa parte celi existente virtus ad fecũdandũ inferiora geminatur. tunc etiam bella inter cognatos. aliquotiens geminãtur. Aliam tamen signat ygini rationem. s. quando castor pest inferis tunc pollux pest superis et ecõuerso. quod ideo sm marci. fingunt. quia in estate cum noctes sint breuissime quãdo vna pars constellationis occidit alia pars anterior oritur ⁊ ascēdit Et pro tanto dicitur vnus fratꝫ celos. alius inferos possedisse.

Capitulum. XIII.

De signo cancri

C Ancer est signum aqueum femineum instabile nocturnũ. domꝰ lune. exaltatio iouis in. xv. gradu eius. in die venus est eiꝰ domus in nocte mars et luna participat cum eis. de triplicitate est quarta. Prima facies eius est veneris. secũda martis. tercia lune. Super corpus habet dominium super pectus. costas ⁊ pulmonē. et facit in corpore grossiciem. Nam a medio eius facit hominem grossum ⁊ incõpositum atqꝫ rudem. superius vero subtilem. dentes curuos et tortos. Et vocatur domus patris ⁊ casarũ vinearum ⁊ omniũ que crescunt sup terram castrorꝫ villarũ et ciuitatũ thesaurorum sepulture ⁊ hereditatũ. De hoc dicit albu. v. gradu cancri occũbente. oritꝰ capricornus et mutatur aer. in. x. gradu oritur orion ⁊ mutatur aer in caliditate in. xxix. gradu oritur feruēs canicula. et canis plenus apparet et fit magna pturbatio aeris. Dicitur aũt cancer sm Isi. Nam cancer est animal retrogradũ sic sol peragrans illam partem zodiaci que vocatur cancer facit retrogradationem in. viij. gradu cancri. Tunc etiaꝫ sol extollitur versus tumorem spere versus nostrum habitabile. et situm in terra ꝙ nõ potest plus extolli. ⁊ tunc retrograditur descendendo per signa inferiora vsqꝫ ad capricornum.

Capitulum. XIIII.

De signo leonis

Signum leonis s*ecundu*m misael est signum igneum masculinu*m* fixu*m* diurnu*m*. domus solis et illius exaltatio. domus eius sol in die iupiter de nocte et saturnus p*ar*ticipat cu*m* eis et de triplicitate est prima. Prima facies est saturni. secu*n*da iouis. tercia martis. In homine co/operatur stomacho lacertis cordi et dorso. efficit hominem superius grossu*m* inferius subtilem. magni animi. crura habentem subtilia. Domus au*tem* vocatur vilioru*m* et nouoru*m* vestimentoru*m* libroru*m* et honorum. De hoc dicit albu. In quarto gradu leonis aquarius et chion oritur. et fit aeris mutatio. in. xx. gradu oritur cancer et occidit capricornus. Dicitur aute*m* illud signum leo. quia leo fortissimu*m* animal est maxime caliditatis p*re*cipue ex parte pectoris. et partis anterioris. sicut sol intrans illam partem signi acrius radios imprimit q*uam* in fine quando ab illo signo exit. vt dicit Isido.

Capitulum. XV.

De signo virginis

v

Irgo est signum terreum frigidum mediocre nocturnu*m* dom*us* mercurij prima et est exaltatio mercurij xv. gradu eius. domus eius in die est venus in nocte luna. et mars p*ar*ticipat cum eis de triplicitate est s*ecun*da. Prima facies eius est solis. secu*n*da veneris. tercia mercurij. Ex parte hominis habet in potestate ventre*m* et intestina. p*er*sona*m* pulcra*m* facit pulcros oculos. faciem decora*m*. et mitigat volu*n*tate*m*. Dom*us* est infirmitatis seruoru*m* et ancillaru*m* et bestiaru*m* inconstantia*m* significat et mutatione*m* de loco ad locu*m* et h*oc* signu*m* dicitur v*ir*go. q*ui*a v*ir*go sterilis est et sine fructu. sic sol intra*n*s illa*m* p*ar*te*m* zodiaci q*ue* vocatur v*ir*go suo calore humore*m* co*n*sumit et sic terra*m* a fructu sterilem facit.

Capitulum. XVI.

De signo libre

l

Ibra s*ecundu*m misael est signu*m* aqu*eu*m masculinu*m* instabile diurnu*m*. domus veneris. prima exaltatio saturni in xxi. gradu eius. domus eius ven*us* de die saturnus. de nocte mercurius. et iupite*r* p*ar*ticipat cum eis de triplicitate est tercia. Prima facies eius est lune. s*ecun*da saturni. tercia iouis. de corpe hominis regit inferiora ventris intestina et vmbilicum. Domus est vxoris et nuptiaru*m* co*n*tentio*n*is furti et rapine. De hoc albu. in. v. gradu libre. leo oritur et alterat et calefacit aere*m* in. xxij. gradu corona oritur et fit maxima p*er*turbatio aeris. xxx. oriu*n*tur hyades p*er* tum et fit maior p*er*turbatio aeris. et p*ost* orit*ur* virgo. Dicitur au*tem* hoc signu*m* libra. ab instrumento ponderadi. quia sol existe*n*s in illa p*ar*te celi que d*icitu*r libra. dies cu*m* noctibus silles efficit et equales s*ecundu*m Isi.

Capitulum. XVII.

De signo scorpionis

s

Corpio est s*ecundu*m misael signu*m* aq*ueu*m frigidu*m* fixum et nocturnum. Domus prima martis. nulli*us* exaltatio. domus eius in die venus in nocte mars et luna p*ar*ticipat cu*m* eis. de triplicitate est quarta. Prima facies est martis. secunda solis. tercia veneris. Et p*ar*te hominis mebris deseruit generatiuis renibus et vesice. facie*m* dat rubicu*n*da*m* et parua*m*. capillos multos. oculos p*ar*uos. crura lo*n*ga. pedes magnos et leue*m* facit hoiem et instabilem irascentem ac mendace*m*. dom*us* d*icitu*r mortis et timoris. debili et laboris. da*m*ni et co*n*tentionis belli caliditatis et i*n*genij. De h*oc* albu. in. ij. gradu scorpionis stelle hyades oriuntur et fit magna p*er*turbatio aeris et te*m*pestas et post oritur taurus. In. x. gradu eius occidunt pliades et fit aeris serenitas. Dicit*ur* au*tem* signu*m* illud scorpi*us*. quia scorpi*us* est a*nim*al valde p*un*gitiuu*m* cu*m* cauda. si*mi*l*ite*r sol exi*n*s in illa p*ar*te zodiaci q*ue* d*icitu*r scorpius ca*usa* est lesionis et pu*n*ctionis corporis humani. q*ui*a tu*n*c declinans min*us* calefacit aera. et i*de*o aer distemp*er*at*ur* in frigiditate cito ledit et pu*n*git corpus. vt di. Isi.

Capitulu XVIII.

De sagittario

s

Agittari*us* s*ecundu*m misael e*st* signu*m* aq*ue*u*m* masculinu*m* mediocre diurnu*m* ex/

altatio caud in.iij.gradu. domus eius i
die est sol.in nocte iupiter.saturn⁹ ptici
pat cũ eis. de triplicitate est prima. Pri
ma facies eius est mercurij.secũda lune
tercia saturni. Ex parte hois disponit fe
mora longas facit coxas ⁊ crura.faciem
longã. ⁊ mentũ subtile.hoiem facit pul/
criorez retro q̃ȝ ante.capillos dat subti/
les.ventrẽ magnũ et in motu facit homi
nem delectari. Dicitur domus itineris.
fidei sapientie.magisterij ⁊ honoris ex
magistratu sapientie astroꝝ ⁊ diuinatõ
nis somnioꝝ. De hoc di. Albu.ij.gradu
sagittarij cũ oriuntur pliades statim oc
cidunt ⁊ oritur caput scorpij ⁊ fit valida
turbatio aeris.xiij.gradu hyades occi
dunt ⁊ mutatur aer. Dicitur aũt sagitta
rius istud signũ quia sicut sagittari⁹ emit
tit sagittas.sic sol existens in illa parte
zodiaci ad nos emittit grandines plu/
uias atq̃ȝ niues.

Capitulum.xix.

De capricorno

c Apricornus s̃m Mi.est signum
terreũ.frigidũ.instabile.noctur
num.saturni primũ domiciliũ.exaltatio
martis est.in.xxviij.gradu eius domus
ei⁹ est de die venus.i nocte luna. ⁊ mars
pticipat cũ eis.de triplicitate est secun/
da. Prima facies eius est iouis. secũda
martis. tercia solis. In corpe hominis
respicit genua subtilia dat crura corp⁹
siccum faciem hispidã ⁊ hirsutam. Do/
mus vocatur dominij ⁊ honoris. regis ⁊
regni glorie ⁊ imperij. substantie furtim
sublate. De hoc albu. In quarto gradu
capricorni oritur cancer i.xxx.gradu oc/
cidit caput cancri ⁊ oritur caput capcor
ni. Dicitur capricornus q: caper est ani
mal cornibꝰ petens supiora. sic sol exñs
in illa pte zodiaci facit solsticiũ hyema/
le.⁊ tũc incipit ascendere p signa versus
arietem ⁊ versus cancrum.

Capitulum.xx.

De aquario

a Quarius s̃m misael signum est
masculinũ.fixum. diurnũ.domi
cilium saturni.sed nullius est exaltatio.
domus eius in die saturn⁹.in nocte mer
curius.iupiter pticipat cũ eis. de tripli
citate est tercia. Prima facies eius ẽ ve/
neris.secũda mercurij.tercia lune.dña/
ri dicitur tibijs hominis vsq̃ȝ ad cauil/
lam pedis facit hominẽ gloriantẽ.multa
deuastantẽ.pulcram facit faciem ⁊ colo
ratam. ⁊ tybiam facit alicuius altera lõ
giorem. Domus vocatur amicicie mer
cati ⁊ fortune.redditus tributi.substan/
tie regis militis aut peditis. De h̃ albu.
In quarto gradu signi aquarij orit leo.
in.xi.gradu regia stella ⁊ lampades occi
dunt ⁊ mutãt aerem. ⁊ post capricornus
⁊ oritur caput aquarij. Dicitur autez si
gnum istud aquarius s̃m fabulas pincer
na deoꝝ manibꝰ eoꝝ aquã fundens vn/
de tenet vrnaz. Et ideo tunc dicitur sol
esse in aquario eo q̃ tunc tpis cõdensat̃
aer in aquas multas et fiunt pluuie pl⁹
q̃ȝ in alio tpe vt di. Isidorus.

Capitulu.xxi.

De signo piscium

o Signum piscium s̃m misael est
signum aqueũ.frigidum medio
cre nocturnum.domicilium iouis. Sed
exaltatio veneris in.xxvij. gradu eius.
Domus eius in die est venus in nocte
mars ⁊ luna participat cũ eis. de tripli/
citate est quarta. Prima facies eius est
saturni.secũda iouis.tercia martis. De
corpore hominis regit pedes amplũ dat
pectus paruũ caput. florentem barbam
⁊ pulcram.album facit hominez.magni
animi.rotũdisq̃ȝ oculis. Uocatur autez
istud signũ domus inimici asini. ⁊ equi ⁊
omnis bestie que equitatur. Et signat la/
bores lamentationẽ ⁊ tristiciã.susurra/
tionem ⁊ dolositatez maliuolentiã ⁊ car
cerem. De hoc albu.in.x.gradu signi pi/
scium ortus est virginis in.xij.gradu che/
le.i.libra oritur in.xix. gradu oritur cã
cer.in.xxiij.gradu orion ⁊ aquari⁹ oriun
tur. Dicit̃ autẽ signũ istud piscũ eo q̃
tunc tpis fit generatio piscium ⁊ cõfrica/
tio quia calore solis ascendẽte ⁊ humores
dissoluẽte solent tũc pisces cõfundere se
mẽ suũ. vt di. Ish. Has itaq̃ȝ.xij.signoꝝ
celi pprietates ⁊ occultas virtutes s̃z astro

logos et eorum iudicium. huic opusculo inter seruit estimans vtile esse legentibus eorum nomina in scriptura breuiter et pariter inuenire. quid de eis senserint antiqui. et quare eis talia nomina imposuerunt astrologi syderum inspectores. Quia secundum istorum xij. signorum siue domorum ortus et occasus et aspectus varios et mirandos. accidere dicunt in istis inferioribus mutationes. Superiora enim immutant et alterant hec inferiora et in eis suas faciunt impressiones. Per ista autem xij. signa mouentur et discurrunt planete que dicuntur sydera erratica. certis vt dicit Beda. spacijs discreta ab inuicem et distincta que dicuntur erratica non quia errant cum certissimum habeant motum et discursum. Sed ideo dicuntur errare. quia contra firmamentum cursum suum agere dinoscuntur. Et ideo de motu planetarum et ipsorum situ. et effectu aliqua sunt dicenda breuiter tam in generali quam in special

Capitulum. XXII.

De duplici motu planetarum

Mouentur autem planete duplici motu. scilicet naturali et proprio id est ab occidente in orientem contra motum firmamenti. et motu alieno. scilicet ab oriente in occidentem et hoc raptu firmamenti cuius violentia singulis diebus ab ortu vsque ad occasum rapiuntur. In motu autem naturali quo nituntur contra firmamentum. quidam celerius quidam tardius. perficiunt cursum suum. et hoc propter circulorum suorum disparem quantitatem. Nam saturnus in quolibet signo moratur per .xxx. menses et complet cursum in .xxx. annis. Et iupiter moratur in quolibet signo per vnum annum et .xij. annis complet cursum suum Mars moratur in quolibet signo .lx. di. et perficit cursum in .ij. annis. Sol moratur in quolibet signo .xxx. di. et .x. ho. et semisse et perficit cursum suum in .ccclxiiij. diebus et quadrante. Mercurius moratur in quolibet signo .xxviij. diebus et .viij. alij .vi. alij .xi. horis. et complet cursum suum in .cccxxviij. diebus. Venus moratur in quolibet signo .xxix. diebus et complet cursum suum in .cccxlviij diebus. Luna moratur in quolibet signo .ij. diebus et dimidio et .vi. ho. et bisse vnius. complet cursum suum a puncto vsque ad punctum in .xxvij. di. et .viij. horis. Ex istarum autem septem stellarum ingressu et progressu per .xij. signa et egressu ab eisdem variantur et disponuntur omnia que in hoc mundo inferiori generantur et corrumpuntur. vnde in li. Messalath persi legitur sic ca. i. Altissimus fecit mundum ad similitudinem spere. et fecit circulum altiorem in circuitu eius volubilem et terram fixam in eius medio non declinantem ad sinistram vel dextram. Et posuit alia elementa mobilia et fecit ea moueri per motum septem planetarum. et omnes stelle alie cooperantur planetis in suis operationibus et naturis. Unde et opus planetarum simile est lapidi magneti et ferro. quia sicut trahitur ferrum ab eo. ita omnis creatura super terram a motu planetarum afficitur: aptatio etiam et destructio fit motibus et operationibus planetarum. Diuersificatur autem operatio eorum secundum climatum diuersitatem aliud enim operatur circa ethyopes. et aliud circa sclauos. vnde sicut dicit idem. ca. iiij Attendenda est planetarum coniunctio in ipsis signis. quia si plures fuerint coniuncti in signis aquaticis in reuolutione anni signat multitudinem pluuiarum. Si in igneis siccitatem et famem ex excessu caloris et siccitatis. si in aereis multitudinem ventorum. si in signis frigidis grauitatem frigoris et temperamentum caloris. Et iterum in eodem in .viij. ca. dicitur. Effectus signorum intenduntur in operationibus suis ex coniunctione planetarum siue in bono siue in malo. quia si fuerint boni planete bonum pretendunt. si fuerint mali contrarium. Nam vt tradit idem: Planetarum sunt quidam masculini mali diurni. ponderosi. frigidi et sicci. scilicet saturnus. quidam boni masculini. diurni temperate calidi et humidi sicut iupiter. mars vero masculinus nocturnus. calorem et siccitatem generat. sol masculinus calorem et siccitatem operatur. venus femineus. nocturnus. inter caliditatem et humiditatem mediocris. mercurius vero temperate est nature diurnus modo masculinus modo femininus. vnde cito vertit se ad naturam illius cui coniungitur vt cum bonis bonus et cum malis malus vel mediocri

bus simil's efficiatur. Luna insup ē pla
neta femineus. nocturn⁹. frigidus ⁊ hu-
midus cum excessu. Et ideo ꝯm astrolo
gos planete aliqui in suis effectib⁹ sunt
boni. s. iupiter ⁊ venus. nulli eni nocent.
sed tam suos q̄ȝ nō suos adiuuant et cu/
rant quātū pn̄t. Alij sunt mali. s. mars ⁊
saturnus. quia nō suis semper obsunt su
is tantuȝ ꝑsunt. Alij vero mediocres. s.
sol. luna ⁊ mercurius. Nam suis bona in
gerunt. ceteris vero modo bonum modo
malum. ⁊ maxime ꝯm q̄ꝫ bonis planetis
vel malis in diuersis signoꝝ domib⁹ con
iungūtur. nam cū bonis bona cum malis
mala. vt sepius operantur. Hi autē. vij.
planete maxime in generatōne habent
tam hominū q̄ȝ animaliū potestatē. Un-
de ꝯm astro. ⁊ etiam Hal. ⁊ alios peritos
medicos. Saturnus materiā cōceptam
in matrice. frigiditate ⁊ siccitate sua co-
agulat ⁊ cōdensat. iupiter autē secūdo
mense spūm ⁊ mēbra tribuit. tercio mē-
se mars subtiliat sanguinē et humores
cōdensat ⁊ ordinat ⁊ cōponit. sol in quar
to mense vitalē calorem ⁊ spūm epati ⁊
cordi tribuit. venus in quinto mense or-
gana sensibilia ⁊ officialia membra au/
res scȝ ⁊ nasum et huiusmodi perficit et
disponit mercurius sexto mense omnia
corporis foramina et porosa membra vt
linguam ⁊ nares cōponit. luna mense se
ptimo suis limitib⁹ membra diuidit et
distinguit ⁊ ideo fetus tunc nascitur vi-
lis et salubris. Si vero nasci distulerit
vsq̄ȝ ad octauū mensem. fetus tunc mo
ritur ⁊ hoc quia v̄tus saturni tunc iterū
redit: quia vtraq̄ȝ qualitate sua frigida
⁊ sicca fetum mortificat ⁊ astringit. no/
no autē mense regnat iterum iupiter. q̄
fetus calore suo tempato refouet ⁊ cu/
stodit. vnde ptus tunc nascens vitalis
erit. Similiter nascens in principio deci-
mi mensis potest esse salubris ⁊ vitalis.
quia tunc iterū regnat mars cui⁹ calore
⁊ siccitate mēbra nascentis roborantur.
Unde fetus caloris ⁊ siccitatis beneficio
egreditur iam robustus. Istas ⁊ multas
alias habent planete i corporib⁹ inferio-
ribus opationes generales ⁊ etiā speci-
les. maxime quādo in suis domicilijs do

minant. Singuli ei planete habent do/
mos ꝓprias. vt di. Albu. Nam domus sa
turni prima ⁊ ꝓpria est capricorn⁹ ⁊ simi
liter aquarius. Domus iouis piscis et
sagittari⁹. domus martis aries ⁊ scorpi⁹.
domus veneris libra et thaurus. domus
mercurij v̄go ⁊ gemini. domus solis leo
domus lune cancer. In his. xij. domibus
siue signis septē planete dñant. ⁊ p eas
diuersis motib⁹ euagantes. nūc depmū-
tur nunc exaltantur. In his aūt signis
mouētur planete duplici motu. s. accidē
tali ab oriente ad occidentē raptu firma
menti ⁊ motu naturali. ⁊ hic motus est
duplex primus scȝ ⁊ scd̄us. Primus mo-
tus est circulus quē facit planeta in p/
prio circulo cui⁹ metas ⁊ terminos nun-
q̄ȝ exit. Scd̄us motus est queȝ facit sub
zodiaco ⁊ habito respectu ad zodiacū sp̄
in equali tp̄e ⁊ per equale spaciū transit
Primus aūt motus planete ꝓprio fit in
circulo. qui dicitur ecentricus: sic dict⁹
eo q̄ꝫ nō habeat terram pro centro. sicut
zodiacus habet terrā pro centro. Unde
circulus planete dicitur ecentric⁹ cuius
supficies cū per centrū terre transeat et
terram in duas medietates diuidat. cē-
trum tamē habet suū extra centrū terre.
⁊ iste circulus ecentric⁹ est duplex. s. defe
rens ⁊ equans. Nam planetis assignan
tur tres circuli. vt di. ptho. scȝ equans et
deferens ⁊ epiciclus. Circulus deferens
est circulus planete p cui⁹ circūferentiā
semp mouetur epiciclus ipsius planete
dictus ideo deferens. quia defert circulū
epicicli. Circulus equans dicitur super
cuius centrum mouetur centrum epici-
cli planete vniformiter. etiā dr̄ equans
quia in illo tenet planeta equaliter cur
sum suum. Epiciclus est quidam puus
circulus. quem describit planeta motu
corporis sui per cuius circūferentiā mo/
uetur corpus planete. vnde in superiori
parte sui epicicli mouetur ab occidente
in orientem in inferiori vero parte mo/
uetur ab oriente in occidentem: Et ideo
patet q̄ꝫ sol ⁊ alij planete in proprijs cir
culis mouentur et primis vniformiter
q̄ȝuis in diuersis diuersimode mouean
tur. In istis itaq̄ȝ circulis diuersis tu/

plex motus planetarū est ab astrologis sapientissime ꝺꝓhensus motus. s. directus stationarius ꝛ retrogradus. Directus est quādo mouetur directe a principio signi versus finem. Retrogradus vero dicitur quādo econuerso tendit a fine signi versus principiū. Stationarius autē est quādo stat quasi in medio ita ꝙ nec principio videtur signi accedere neqꝫ fini. fit autē directio semper in parte epicicli superiori. Retrogradatio semꝑ in parte inferiori. Statio vero fit in medio. cuius diuersitatis ratio a plurib' diuersimode assignatur. ista tamē retrogradatio in. v. solū planetis habet locū. nō autem in sole nec in luna. non enī sol neqꝫ luna retrogradiūtur ꝗuis ī epiciclo moueantur. Et hoc ideo vt dicūt aliqui. qꝛ radij solares sunt causa istius retrogradationis. Nam virtus radioꝝ solarium aliquādo illos repellit ꝛ facit retrogrados. quādoqꝫ eos attrahit ꝛ sic eos quasi stare cogit vt di. Alphra. Alias causas assignat ptho. sed hec nunc sufficiant. Recollige igitur ex predictis ꝙ planete sunt stelle erratice per septem orbes distincte sicut situ sic virtute ꝛ effectu ad inuicem differentes. sicut dicit Beda ī li. de naturis rerū. Sunt aūt stelle iste elementoꝝ imutatiue. omniū generabiliū generatiue. ꝛ corruptibiliū corruptiue. Sunt etiam cōtrarietate sui motus impetus celestis corporis retardatiue. serenitatis ꝛ tempestatis cōcitatiue. sterilitatis ꝛ fertilitatis inductiue. fluxus maris ꝛ refluxus causatiue. Sunt etiā suarum qualitatū ꝛ virtutū inuicem participatiue. Nam vt di. Beda quādo aliqs planetarū alterius circulū ingreditur illius participat qualitatē ꝛ virtutem. per mutuū etiam aspectū. ꝛ cōiunctionē suarū qualitatū ꝛ effectuū ꝑmutatiue. Nam bonitas beniuole stelle per p̄ntiā male remittitur. et econuerso. malignitas maliuole ꝑ p̄ntiā beniuole tꝑat̄. vt dicit Albu. ꝛ ptho. Sunt etiā insuꝑ ex eoꝝ ordinata eleuatōe ꝛ depssione in orbib' ꝛ ex mutua circuloꝝ suoꝝ intersecatione stridoris et armonie generatiue. sicut dicitur in li. de. v. substātijs. Et vt di. macro. Inter sperā saturni ꝛ lune om̄es ꝯsonātie musice inueniūtur. Cū sole micantes sunt sue luminositatis occultatiue a virtute solis imutationis receptiue. Quāto habent altiores circulos tāto tardius sunt sui cursus cōpletiue.

Capitulū. XXIII.

De saturno

Saturnus est a saturando dictus cui' vxor ops est dicta ab opulētia quā tribuit mortalib'. vt di. Isid. ꝛ Mar. de quo dicūt fabule ꝙ ideo depingitur mestissimus. quia a filio suo fingitur castratus fuisse cui' virilia in mare piecta venerē causauerūt. Est āt s̄m misael saturnus planeta maliuolus frigid' ꝛ siccus. nocturnus ꝛ ponderosus ꝛ ideo in fabulis senex depingitur. Iste circulus a terra est remotissimus ꝛ tamē terre est maxime nociuus vnde ꝓpter elōgationē a terra per. xxx. annos ꝑficit cursum suū. plus nocet retrogradādo ꝗꝫ directe ꝓcedendo. Unde in fabulis fingitur habere falcē curuā. In calore etiam pallidus aut liuidus sicut plūbū. qꝛ duas h꜡ q̄litates mortiferas. s. frigiditatē ꝛ siccitatē ꝛ ideo fet' sub ipsi' dn̄io nat' ꝛ ꝯcept' vel morit̄ vel pessimas ꝯsequit̄ q̄litates. Nā s̄m ptho. in li. de iudicijs astrorū dat hoīem esse fuscū turpē iniq̄ opantē. pigrū grauē. tristē. raro hylarē seu ridentē. Un̄ di. idē ptho. Subiecti saturno ragadias. i. fissuras siccas sepi' in calcaneis patiunt̄. glauci sunt coloris ꝛ liuidi. in capillis ꝛ in toto corpe aspi ꝛ sculti turpia ꝛ fetida nō abhorrēt vestimēta aīalia diligūt fetida ꝛ immūda. res diligūt acidas ꝛ stipticas qꝛ in eoꝝ ꝯplexione hūor melācolic' dn̄at̄. De h' saturno di. ptho. sub saturno sunt capcorn' ꝛ aq̄rius. ei' dn̄iū ē ī libra. sed ī ariete regnū abstrahit̄. Sub eo ꝯtinet̄ vita edificiū doctrina ꝛ loc' frigid' ꝛ sicc'. In iudicijs signat merorē ꝛ tristiciā. Color ei' ē niger ꝛ plūbe'. ꝛ ē falsidic'. tn̄ qn̄ ingredit̄ circulu iouis minorat̄ malicia ei' ꝛ mutat colorē ex vicinitate ipsi'. Cū eī sit naturalr̄ plūbe' ex claritate iouis cui ꝯiūgit̄ efficitur cādid' atqꝫ clarus. vt di. ptho.

Capitulum. XXIIII.

De ioue

I Upiter qui ſm errorẽ gentiliũ
⁊ fictiones poetaꝝ ſumm⁹ deoꝝ
fuit pater. planeta ẽ beniuol⁹. calidus et
humid⁹. diurn⁹ ⁊ maſculin⁹. in ſuis q̃lita
tib⁹ tꝑat⁹ in colore ẽ argente⁹. candidus
clar⁹ ac bland⁹. Et ideo in circulo iouis
cãm felicitatis antiq̃ pbi poſuerũt. vt di
cit mar. Iſti⁹ iouis circul⁹ ſaturni circu
lo imediate ẽ ꝯiũctus. Et ideo ꝓpter alti
tudinẽ circuli ſui. xij. ãnis ꝑficit curſum
ſuũ. Hic bonitate ſua repmit maliciã ſa
turni. qñ iupiter in ſupiori pte ſui circu
li. circulo saturni eſt ꝯiũctus. ⁊ ideo fin
gitur a poetis patrẽ ſuũ a regno expulif
ſe. vt di. Mar. ⁊ Iſi. qꝛ pñtia ſua repri
mit maliciã ſaturni naturalem. Hic ad
iunctus planetis bonis. bonas ⁊ vtiles
facit imp̃ſſiones in iſtis inferiorib⁹ ele
mentis. Et ideo dicunt aſtrologi ꝙ i cor
pore hominis coopatur ad pulcritudinẽ
et honeſtatẽ. pulcrũ enĩ dat colorẽ niue
um ⁊ rubore pmixtum. pulcros dat ocu
los ⁊ pulcros dẽtes ⁊ pulcros crines bar
bamq̃ rotũdam. vt dicit ptho. Preeſt ei
aeri ⁊ ſanguini. ⁊ ſanguinee cõplexioni
De hoc dicit ptho. Sub ioue ſunt ſagit
tarius ⁊ piſcis. ⁊ ſunt dom⁹ eius. regnat i
cancro ⁊ i capricorno diſceſſus regni ei⁹
Sub ioue ꝯtinẽtur honor. diuicie. opti
mũ indumentũ. In iudicijs aſtrologoꝝ
ſignificat ſapientiã ⁊ rationẽ. ⁊ eſt veri
dicus vt quãdo apparet in aſcendente ſi
gnificat ſm aſtrologos reuerentiã ⁊ ho
neſtatẽ fidem ⁊ diſciplinã. et erit finis
ad ſaluationẽ ſic omniũ ſignoꝝ cõfortat
bonitatẽ ⁊ ſig̃t in eis bonũ quãdo in eis
inuenitur. niſi in duodecimo. vbi dicũt
ſignificare iouẽ ſeruitutẽ. paupꝫtatem ⁊
triſticiam. ex parte quadrupedũ ⁊ mero
rem ex parte familie ⁊ ſeruoꝝ. vt dicit
Ptho. et Miſael.

Capitulum. XXV

Natura de marte

M Ars deus belli a gentib⁹ putaba
tur. Eſt enĩ planeta calidus ⁊ ſic
cus. maſculinus ⁊ nocturnus vnde p̃eſt
colere ⁊ igni. ⁊ colerice cõplexioni. ⁊ diſ
ponit ad audaciã ⁊ animoſitatẽ ⁊ appeti
tum vindicte. ꝓpter q̃ð deus belloꝝ voca
batur imediate ſequit̃ iouem ⁊ p̃cedit ve
nerẽ. Et ideo ex vtriuſq̃ ſtelle beniuole
vicinitate eius nociuitas tꝑatur. In co
lore eſt fulgid⁹ ſiue rutilãs ſicut ignis vt
di. mar. Unñ ⁊ maiorẽ vim habet calefa
ciendo q̃ alij planete vt di. idẽ. Hic pla
netã ſm ptho. diſponit in homine ex pte
corporis ad longitudinem ⁊ gracilitatẽ. ⁊
hoc rõne caloris ⁊ ſiccitatis. ſed hoc ẽ in
iuuentute. Nam in ſenectute ex calore
cõſumẽte ⁊ ſiccitate ꝯtrahente. diſponit
ad curuitatẽ ex pte mentis diſponit ad
mobilitatẽ animi ⁊ leuitatẽ. ad irã ⁊ ani
moſitatẽ ⁊ alias colericas paſſiões diſpo
nit etiã ⁊ abilitat ad igneas opationes
ſicut ad ferrarios ⁊ furnarios. ſicut ſatur
nus ad terrã cultores ⁊ grauiũ ponderũ
portitores. ⁊ iupiter econuerſo ad artes
leuiores. facit enĩ abiles vt ſint orato
res trapezete. i. cambitores. ⁊ argẽti tra
ctatores ſcriptores ⁊ hmõi. vt di. miſa.
ſm ptho. etiam ſub marte ſunt hec ſigna
ſcorpius aries et ſunt dom⁹ eius regnat
in capricorno. ſed in tauro eſt diſceſſus
regni eius. Sub ipo ꝯtinetur pluũ. car
cer ⁊ inimicus ⁊ ſignificat irã ⁊ celerita
tem ⁊ furorẽ. ⁊ eſt rubeus falſidic⁹ ⁊ dolo
ſus. morat̃ in quolibet ſigno. lx. di. ⁊. xvi
ho. in. ij. annis ꝯplet curſum ſuũ.

Capitulum. XXVI

Natura de venere

V Enus qui ⁊ lucifer dicit̃ eſt pla
neta ſm miſael beniuolus femi
neus nocturnus in ſuis qualitatib⁹. ſ. in
calore ⁊ humore tꝑatus. Hic planeta ex
cedit ſolus zodiacũ in duab⁹ partib⁹. vt
di. beda. ⁊ eſt dictus venus. qꝛ ſua quali
tate calida vel humida dicit̃ venerei hu
moris vel amoris excitatiu⁹ ſm Iſi. Sẽ
per cõcomitat̃ ſolem vel p̃cedit ⁊ tunc di
citur lucifer. vel ſequitur ⁊ tũc dicit̃ veſp
vt di. Beda. Colorẽ habet candentẽ ⁊ re
fulgentẽ electro ſimilem. vt di. mar. In
ter omnia eñ ſidera gaudenti⁹ fulget vñ
et iubar dicitur. eo ꝙ iubar radioſi lu
minis a ſe emittit. ꝓpter q̃ð ⁊ vmbrã fa

cit. Qm̄ aura multū est serena diem ⁊ so
lis ortū imediate ānūciat ⁊ ꝓcedit. Qm̄
est in eodē signo cū sole a claritate solis
absorpt⁹. se tūc tpis nō ōndit. qm̄ venus
est altior mercurio tunc est illo segnior
motus eius et ecōuerso cū ē inferior tūc
est celerior vt di. macr. In triuijs semito
nijs soli occurrit. vt di. mar. ⁊ maliciam
reprimit. vt dicit ptho. Ex pte corporis
disponit ad pulcritudinē ⁊ ad volupta/
tes in tactu. in olfactu. i gustu. ⁊ in cātu.
Vñ facit esse cātores ⁊ musicoꝝ amato/
res ⁊ specierꝝ ꝯfectores. aurifices ⁊ vesti
um muliebriū inscisores. vt ait mis. ⁊ di
cit ptho. Sub venere inqt sunt libra et
taurus. ⁊ sunt eius dom⁹ ⁊ regnat in pisci
bus. ⁊ in virgine deficit regnū ei⁹. et ab
scedit. Sub ipso continetur via ⁊ amor
et amicicia ⁊ ꝑegrinus. ⁊ signat lucrum
et gaudiū. ⁊ est veridicus ⁊ morat in quo
libet signo. xxix. dieb. ⁊ complet cursum
suū in. ccc. et. lxviij. dieb.

Capitulū. XXVII

De mercurio

m Ercurius ſm misael. est plane/
ta temꝑatus. nocturnus. modo
masculus. modo femininus. cito enī se
vertit ad naturā illius cui adiungitur vt
cum bonis bonus. cū malis malus. cum
mediocrib mediocris vel maliuol⁹ effi/
ciatur. Vnde ⁊ in superiori parte sui or/
bis. alis obsidis miscet qualitates suas
cum qualitatib veneris. ⁊ ideo fingitur
a poetis ꝙ cū ea fuerit fornicatus. vt di
cit Jsido. ⁊ dicitur mercuri⁹ quasi medi⁹
currens. quia quasi medius est ſm Be/
dam inter venerē ⁊ solem. vnde in supe/
riori parte sui circuli cōiungitur cū ve/
nere. in inferiori vero cōuenit cum sole
Circulus etiā suus in superiori parte in/
trat circulū veneris. in inferiori aūt par
te intrat circulū solis. Quādo est in su/
periori parte sui circulus medius videt
et minus a sole obscuratur. Aliquando
etiam ante solis ortum aliquādo post oc
casum splendet. ⁊ ideo ab aliquib respe
rus nūcupatur. Aliquis dicitur domina/
ri. vnde Lucanus loquēs de mercurio di
xit. Quātum domin⁹ pcussit aquarum.

Dicitur etiā a poetis deus eloquētie et
sapientie. vnde ſm ptho. Mercuri⁹ dat
esse studiosos ⁊ scientie numeroꝝ ama/
tores. disponit enī ⁊ abilitat ad scientiā
et vsum calculi ⁊ cōputationis. Et ideo
dicitur fuisse deus mercatoꝝ. quia mer/
catorib cōputatio summe necessaria ē.
Dicitur aūt deus palestre. vt di. Isid.
eo ꝙ cū sole luctatur. quasi volens eum
supare. Semper enī iuxta solem gradi/
tur. nunq̄ plus distans q̄ per. xxx. gra/
dus. vnde raro videtur. quia semp fere
sub radijs solarib occultatur. Et ideo
propter calorē solis fuscus depingitur. ⁊
propter suam celeritatē cursor deoruꝫ in
fabulis nūcupatur. quia nunc cum sole.
nunc ante. nūc post graditur. Quādo so
lem ꝑuenit radijs solarib proxim⁹ sta/
re videtur ⁊ dicitur stationarius. Quā
do aūt seqtur videtur retrograd⁹. vt di.
Macrobius. ſm ptho. aūt sub mercurio
sunt gemini ⁊ virgo ⁊ regnat in virgine
sed in piscib regnum abscedit. Cum so
le semp morat vno signo ante aut vno
post. Sub mercurio cōtinetur forum. iū
negociatio furtū. significat rationē ⁊ sa
pientiā ⁊ est albus. cum beniuolis beni/
uolus. et cum malis malus. moratur in
vnoquoq₃ signo. xxviij. di. et. vi. horis.
et in. cccxxviij. di. complet cursum suū.
hucusq₃ ptho.

Capitu. XXVIII.

De sole

s Ol ſm Isi. quasi solus lucēs di
citur. eo ꝙ sit fons totius lumi/
nis cui⁹ radiatōe supiora ⁊ inferiora illustrā
tur. Est aūt sol ſm misalath. planeta for
tunat⁹ ex se. sed p ꝯiunctōez aliqū fit ma
lus masculin⁹ diurn⁹ calid⁹ ⁊ sicc⁹. Sol est
omnia viuificat. ⁊ reb omnib vitaꝫ spe
ciem ⁊ formā administrat. Nā vt di. idem
Sol omnib luminarib celi maior est ī
quantitate ⁊ in dignitate ⁊ in claritate.
q₂ magis calcati ⁊ ꝯpssi lumīs est. Ma/
ior ē etiā ī ptāte ⁊ effectuū multiplicita
te. Maior ē etiā in mot⁹ vniformitate.
q₂ semp mouet motu directo in circulo
ꝓprio sub zodiaco mediū sp tenens locū
trāsit ei recte circul⁹ su⁹ p mediā lineā zo

ẓiaci cuius metas ⁊ terminos nō transcē-
dit sol. ⁊ ideo eius motus in circulo suo ꝓ
prio est vniformis. q̃uis respectu alioꝝ
moueri dissilit aliqñ videat. Circulus quo
qꝫ solis sicut et zodiacus distinguit p. xij.
spacia siue signa quoꝝ qdlibꝫ ꝯtinet. xxx
gradus ⁊ q̃libet gradus. lx. minuta. ⁊ qdli
bet minutū. lx. scda. Et qñ sol recedit ab
vno pūcto circuli sui ⁊ reuertit in eundē
transit p. xij. signa. ⁊ iste transitus circulus
anni vocat nec in die naturali perfecte
transit gradū vnū put ꝯputat albu. sed
transit. lix. minuta. viij. scda al's scrupu
la. Ita qꝫ de illo sexagesimo minuto re-
manēt duo scda imptrāsita. Unde tātūꝫ
deficit qꝫ in vno die naturali non ꝑficit
gradū vnū. Sol igitur motu suo ordina
to ⁊ impturbato cursu ordinat ⁊ perficit
vniuersa. vñ Ambro. in exameró. sic no
bis describit ꝟtutes ipsius solis dicens
Sol est oculus mūdi iocūditas diei. pul-
critudo celi. mēsura tpm virtus ⁊ vigor
omniū nascentiū dñs planetaꝝ decor ⁊
ꝑfectio omniū stellaꝝ. Idem etiā dicit
mar. Sol inq̃t est fons mentis. i. memo
ria ratōnis. principiū lucis. rex nature.
mens mundi. fulgor olympi. moderator
firmamēti. Ideo enī mouet contra fir-
mamentū vt moderet ⁊ rpet motū suūꝫ
ideo dicit splēdor olympi. vt di. macro.
in li. ciceronis. diffinitio fuit platonis
oīm sperarū lumen esse a sole. Dicit enī
plato in thimeo. Ingeniauit deus rerū
cōditor lucem clarissimā quā solem vo-
camus cuius splēdore celū ⁊ inferiora om
nia illustrātur vt numerus existeret om
niū animantiū. Et in li. de elementis di
cit Aresto. Sol inquit habet lumen pro
prium. stelle vero vel luna lumen a sole
acquisitū sicut quādo a candela speculū
ei oppositū illuminatur. Idē di. mar. qꝫ
sol in medio signiferi incedēs. bissenos
radios emittit ex se quibus superiora ⁊
inferiora illustrantur. De his autēꝫ so-
lis mirabilibꝫ vel virtutibꝫ dicit beatus
Dio. in li. de di. no. ca. v. sic. Sensibiliūꝫ
essentias ⁊ qualitates. multas quidem
et discretas existentes ipse sol vnus ens
et vniformis ⁊ illuminans lux renouat
nutrit. custodit et perficit et discernit.
vnit ⁊ refouet. fecūda facit auget mutat
collocat. plantat. renouat ⁊ viuificat eti
am oīa. vnde ex ipsis verbis manifestat
ꝓprietas ipsius solis. in ꝓpria natura et
in suo effectu. in substātia enī seu essen-
tia sua summā habet simplicitatē. Non
enī habet ex dissimilibꝫ vel ex cōtrariis
partibꝫ cōpositionē substātialē sicut in-
feriora elemēta. vel elemētata. sed oīmo
dam habet simplicitatē in sua natura et
vniformitatē. ⁊ ideo habet ꝑpetuā i sub-
stantia ꝑmanentiā ⁊ incorruptibilitatē
quia cōpositio ex cōtrariis principiū est
corruptionis. vt di. aresto. ⁊ ex hac sim-
plicitate summā habet sm substantiā le
uitatem. Nam partiū materialiū cōpa
ctio est principiū ⁊ causa grauitatis. ⁊ ex
hac leuitate habet corpus solare ad mo
tum abilitatem. Leuia enī ad motū sūt
facilia ⁊ maxime sunt agilitatis. Ex sub
stantie aūt sue subtilitate et mobilitate
summā habet actualitatē ⁊ virtutem. qꝛ
quāto res est simplicior tanto ad diuer
sos actus naturaliter est potētior. Et iō
cōuenienter di. dyo. qꝫ sol vniformis est
lux illuminās ⁊c. Nam virtutē habet il-
luminatiuā. qꝛ in suo lumine nunq̃ defi
cit. q̃uis eius lumen vel p terre vel p lu
ne interpositionē nobis aliqñ auferri vi
deatur. Habet etiā virtutē renouatiuāꝫ.
Nā poros terre apit ⁊ virtutē latentem
in radicibꝫ ad actu pducit. ⁊ terre supfi
ciē herbis frondibꝫ ⁊ floribꝫ renouat ⁊ re
uestit. Per subintratōēꝫ enī virtutis so
laris penetrantis ad interiora terre hye
mali tpe qdammō antiquata annis sin
gulis virore ⁊ pulcritudine renouantur.
Item virtutē habet nutritiuā. qꝛ ad in
teriora radicuꝫ ⁊ seminū solaris radius
subintrans calore suo humiditatē terre
dissoluit ⁊ vi sua attractiua qd semini ⁊
radici est simile de illa attrahit ⁊ illud i
nutrimētū terre nascentiū ꝯuertit. Itē
virtutē habet inferioꝝ cōseruatiuā ⁊ sal
uatiuā. Nam elemēta ꝓpter ꝯtrarietatē
et mutuā repugnantiā quaꝫ habent inē
se ad inuicem se destruerent. nisi p virtu
tis celestis influentiā ꝯciliarent ⁊ sic in
esse debito saluarent. vt di. Alexā. Iteꝫ
ꝟtutē hꝫ ꝑfectiuā. qꝛ calor elementaris

incipit agere in generatione corporum
⁊ calor solaris pficit ⁊ producit vsq3 ad
debitum cõplementũ. vt di. alexander.
Item virtutẽ habet discretiuã. Naʒ co
lores ⁊ rerũ species ⁊ figure que in tene
bris sunt cõfuse. per p̃sentiam solaris lu
minis agnoscuntur ⁊ ab inuicem discer
nuntur. Item virtutẽ habet vnitiuã. et
hoc est per se ⁊ per accidens. Per se. quia
vnit ⁊ cõciliat ⁊ cõcordat planetas ĩ suis
effectibꝫ. cõciliat etiam sibi cõtraria ele
menta. vnde ßm mar. ⁊ macro. Sol me
dius est inter planetas quia ad armo/
niam celestem pficiendã hoc facit sol in
suo circulo. quod facit media cordula ĩ
musico instrumento. Per accidens etiã
vnit omogenia sicut ⁊ dissoluit ethero/
genia ßm enĩ naturam in quã nunc ag/
gregat nunc dissoluit. Item virtutẽ ha/
bet fecundatiuã. vim enĩ generandi ⁊ va
rias species pducendi confert istis infe
rioribꝫ. homo enĩ generat hominẽ ⁊ sol.
vt dicit phus. quia nihil fructificat ne/
q3 crescit vbi solis radius non attingit.
Item virtutẽ habet cõfortatiuã ßm enĩ
solis ascensum super nostrum orizontẽ.
virtutes animaliũ fortiores efficiunt̃ ⁊
vsq3 ad medium celi augmentãtur. ⁊ in
eius declinatione vsq3 ad occasum. pro
pter eius elongationẽ. debilitantur cor/
pora in suis virtutibꝫ ⁊ quasi in somnuʒ
resoluũtur. vt patet in floribꝫ qui apiun
tur. in ortu solis qui ĩ occasu marcescũt
qdãmõ ⁊ claudunt̃. vt di. alexã. Itẽ vtu
tem habet tempoꝝ imutatiuam ordinati
uam ⁊ distinctiuã. q2 descẽdens p signa
australia. efficit dies breuiores. ascẽdẽs
vero p signa septẽtrionalia efficit lõgio
res. Immutat etiã ipsos dies. q2 sol lu
cens sup terrã diẽ facit. Et ßm diuersã
dispositões solis dies diuersaʒ imutatio
nẽ recipit. Nã primo rubet in mane de/
inde lucet in tpe hore tercie. feruet ĩ me
ridie. pallet in vespe. Vñ ⁊ q̃tuor equos
fingit̃ habuisse quoꝝ prim' fuit eritheꝰ
id est rubeꝰ. scđus acteonꝰ. i. splendidꝰ. t̃
cius lãpades. i. ardẽs. quartꝰ philogeꝰ. i.
amãs terrã. vt di. beda. Sol etiã vt di.
beda. si fuerit maculosus vel sub nube la
tens pluuialẽ diẽ p̃sagit si rubeat. si vero
palleat tẽpestuosũ. Si vero clarꝰ in me
dio videat̃ ita vt in medio fulgẽs radi
os emittat. dfus austrũ tempestatẽ desi/
gnat humidã ⁊ ventosam. Si pallidꝰ de
cidat in nubes nigras ventũ aq̃lonarem
pnũciat. vt di. Beda. Itẽ virtutẽ habet
inferioꝝ informatiuã. Nam vt di. Isid.
ßm eius elongationẽ ⁊ appinquationẽ. fa
cies hoĩm ⁊ alaliũ corpa vigore ⁊ colore
disponunt̃. vñ dicit mar. Solis cõstella
tione homines pulcros ⁊ agiles esse. Et idõ
in fabulis cũ pennatis vestigijs depingi
tur ⁊ facie puerili. ppter qđ etiam phebꝰ
id est pulcer dictꝰ est. Dic ptho. Sol fac
hominem corpulentũ facie pulcrũ ⁊ colora
tum ⁊ magnoꝝ oculoꝝ et abilitat ad oĩa
opa auri si fuerit in exaltatõe sua. Si vo
in casu ad omnia opa eris abilitat ⁊ di/
sponit. Itẽ virtutẽ habet putrefactiuaʒ.
Radioꝝ enĩ suoꝝ dispsione subtiliat ae
rem ⁊ disgregat ⁊ ꝯsumit vaporẽ inficiẽ
tem aerẽ ac dispgit ⁊ fugit aurã pestilen
tem. Item cũ nõ sit substãtiue calidꝰ vir
tutem habet calefactiuã. inflamatiuã et
vritiuã. ⁊ hoc fit ex motu radioꝝ ⁊ eorũ
cõfractione ac cõcursu in supficie obie/
cti corporis maxime si obiectũ corpꝰ spe
culare fuerit ⁊ politũ vt dicitur in perspe
ctiua. Item virtutẽ habet attractiuã ca
lore enĩ suo attrahit a mari fumos ⁊ va
pores ⁊ eos tandẽ condensat in nubes. ⁊
sic condensatos resoluit eos. nũc in gran
dines. nunc in pluuias. nunc in niues.
Vnde ßm Marc. dicitur fabulose q sol
fuit iuxta mare occeanum ab ethiopibꝰ
cum alijs dijs ad epulas inuitatus. Pu
tauerunt enĩ antiqui solem aquis occea
ni nutriri ⁊ attractos vapores in ipsius
nutrimentum conuerti ⁊ ideo dicunt an
te impetuosam pluuiam calorem prece/
dere vehementem. Quod fit propter ni
miam attractionem vaporis ex forti im
pressione caloris radiorum in ventre si
ue in cõcauitate nubis. vt dicit Aresto.
Item viuificatiuã habet virtutẽ qđ pa
tet per hoc q nihil potest viuere vbi non
potest attingere virtus solis. Et ideo di
cit ptho. in eodem li. Sub sole est leo et
est domus eius. ⁊ regnat in ariete ⁊ in li
bra discedit. ⁊ sub ipso cõtinent̃ species.

lucrum.fortuna ⁊ heres.⁊ significat ani
mam ⁊ spiritum.⁊ est color eius albus ⁊
rubeus ⁊ est veridicus ⁊ complet cursum
suum diebꝫ.ccc.et.lxiiij.et.vi.horis.Un
de inter omnes planetas maxime dispo
nit animalia ad animationẽ ⁊ viuifica
tionem.Item cũ sit maxime quãtitatis
⁊ velocissimi motus sue velocitatis ⁊ ma
gnitudinis est occultatiuus.Cum ei sit
octies maior tota terra.vt dicit macro.
Propter altitudinem sui situs vix bipe
dalis videtur.Qꝫ autẽ incõparabiliter sit
maior ꝗ̃ apparet patet ex hoc ꝙ maior
videtur in ortu suo ⁊ occasu quãdo a no
bis maxime elongatur ꝗ̃ in pũcto meri
diei quãdo nobis appropinquat vñ pa
tet ꝙ in ipsius aspectu decipitur visus nr̃.
Et hoc apte declaratur in ipsius motu.
quia cõtinue mouetur velocius ꝗ̃ sagit
ta.⁊ tamen moueri in aliquo non videt̃
pre nimia claritatis intensione ⁊ exces
su.sic ⁊ eiꝰ quantitas sic ⁊ motꝰ velocitas
subterfugit visum nostrũ.Et ista de ꝓ
prietatibꝫ solis dicta nũc sufficiant.

Capitulũ.xxix.

De luna

L
Una dicitur quasi luminum vna
id est principalis et maxima.qr
corpori solari in magnitudine et pulcri
tudine est simillima.vt dicit Isido.Lu
na est vt dicit Ambro.in exameron.de
cor noctis totius mater roris.humoris
ministra.dominatrix maris tempoꝝ mẽ
sura.emulatrix solis.mutatrix aeris lu
men a se non habens.sed a plenitudine
solis mutuans ⁊ acquirens.que ꝺm ap
propinquationem vel elongationem a
sole formam suscipit ⁊ figuram.Carens
itaqꝫ luna proprio lumine.est a fontali
plenitudine solis luminis receptiua.
Unde dicitur in libro element.aristo.
ꝙ luna semꝑ in medietate sui a sole illu
minatur ⁊ lumen receptum reflectit in
terram.Naturam enim similem habet
speculo.quia proprio calore carens.lu
men recipit ab alio et quanto soli plus
appropinquat tanto plus de suo lumine
ꝑdit ex parte terre.sed claritatem quã
perdit ex parte inferiori nullo modo ꝑ
dit ex parte celi.imo tanto plus ex par
te suꝑiori illuminat̃.vnde quãdo soli cõ
iungitur nihil luminis ad terrã dirigit.
sed ex parte celi in plena illuminatõne
permanet ⁊ persistit.Et econuerso quan
do soli opponitur tota ad terrã et non ad
celum illuminat̃.vt di.Beda ⁊ Macro.
Item luna est figure ⁊ forme sue muta
tiua.diuersas eñi facies sui luminis oñ
dit ad terram.quia nũc arcualem nunc
circularem aspectibꝫ hominũ se ostendit
nunc monoydos.nunc dictotomos nũc
amphitridos.nũc pansilenos.Monoy
dos autem est.quãdo est prima ⁊ apparet
cornicularis.Dictotomos dicitur qua
si per mediũ secta quãdo est octaua.Am
phitridos est.quãdo de sua plena rotun
ditate est dubia.s.quando est.xi.vel.xij.
Pansilenos est.quando ex toto est ple
na.s.quando est.xiiij.Item luna tripli
cis status est ostensiua.quia aut est cum
sole.i.in cõiunctione quando accendit̃
aut a latere quando scꝫ a sole recedit vel
quando ad solem reuertitur.aut in ple
na oppositione quando scꝫ totaliter soli
opponitur.Quando aũt a sole primo re
cedit apparet corniculata ad modum ar
cus.cornibꝫ semper versis versus ortũ.Qñ
vero iterum appropinquat ad cõiunctõꝫ
recipit eandem formã.sed versis semper
cornibꝫ ad occasum In parte autẽ auer
sa a sole semper apparet vacua.sed in par
te ante ad solẽ versa lumine repleta.Itẽ
luna est omnium humorum augmenta
tiua.quia per occulta nature spiramina.
fluxus ⁊ refluxus augmentatur.Unde
in eius detrimento in ossibus medulle.
cerebella in capitibus et humores ĩ cor
poribus diminuũtur et eius incremen
to multiplicant̃.Unde eius defectui om
nia compatiuntur ⁊ eius decrementum
inferiorum est detrimentũ.vt di.mac.
Item aquarum maris est attractiua si
cut enĩ adamas trahit ferrum post se.sic
luna mouet ⁊ trahit post se occeanũ.Un
de in suo ortu intumescit mare ⁊ crescit
ex parte orientali.⁊ decrescit ex ꝑte occi
dentali.Et econuerso quãdo est in occa
su.crescit mare ex ꝑte occidentis ⁊ decre
scit ex ꝑte orientis.Scd̃m qꝺ luna plꝰ vel

minus proficit in lumie. sic plus vel mi
nus in suo fluxu se extendit vel retrahit
ipsum mare. vt dicit Mar. Macro. eti/
am in li. ciceronis. Occeanus in incre
mento lune retinet modum istum. Pri
mo enī die crescentis lune fit copiosior
solito. ⁊ abūdat in summo. Sed secūdo
minuitur ⁊ sic descendit vsqꝫ ad. vij. diē
deinde iterum crescit per. vij. dies. itaqꝫ
in. xiiij. die est iterum plena in summo.
vnde ⁊ ī nouilunio semper est mare ple/
nissimum ⁊ etiam in plenilunio. Itē lu/
na est roris in aere generatiua. vim enī
sue humiditatis aeri imprimit ⁊ aerem
insensibiliter īmutans in ipsius supfi
cie rorem gignit. Manifeste enim vide
mus quia quāto est luna estiuali tempo
re serenior tanto abūdantius ros super
gramina se ostendit. Item luna est inter
planetas breuissimo tempore sui cursus
cōpletiua. breuissimū enī habet circulū.
⁊ ideo infra spacium. xxviij. dierum per
omnia signa zodiaci euagatur. vt dicit
ptho. Sub luna est cancer ⁊ cancer ē do/
mus eius. regnat in cancro. sed in libra
discessus regni est. ⁊ est planeta frigid⁹
et humidus cum excessu femineus. no/
cturnus. moratur aūt in quolibet signo
duobus diebus ⁊. vi. horis ⁊ bysse. et in
xxviij. dieb⁹ cōplet cursum suum. Item
luna inter omnes stellas erraticas ē ma
gis in incerto ⁊ in vago motu sine cur/
su pcessiua. Nam propter breuitatē sui
cursus. nūc sub sole. nūc supra. nūc ante.
nūc retro euagatur. Et cū sol circuit per
circulos australes inferiores luna per/
agit circulos boreales supiores. Nunc
luna supina ē velut nauicula sursum ha
bens cornua versus terrā inclinata. quā/
do vero decrescit est erecta. vt di. Beda.
Item quādo luna recto diametro inter
nos ⁊ solē est interposita. solet eē eclips.
id est defectus solis causatiua. Ista aūt
defectio nūqꝫ potest accidere scdm natu
ram nisi in ꝯiunctōnē solis ⁊ lune quan
do de nouo accenditur. ⁊ ipa ꝯiunctio in
linea ecliptica celebratur. Hoc semp ē
quādo sol est in capite draconis. ⁊ luna
in cauda vel ecōuerso. Vñ albu. in li. de
motib⁹ planetaꝝ. Si luna inē nos ⁊ so/
lem obuiat. defectuꝫ radioꝝ solis nobis
facit in capite vel in cauda draconis. qd
autem sit cauda draconis. quid caput
post dicetur. Item luna p interpositionē
tumoris terre inter se ⁊ solem. defectus
sui luminis ē passiua. vnde mar. ī li. astro.
sic dicit. Luna ascendens vel descendēs
in solarem lineā incidit si fuerit tricesi/
ma. Quādo ex toto soli est subiecta ob/
scuritatē solis terra facit. sed istum defe
ctum nō singulis mensib⁹ facit. quia nō
semper in eadē linea que inter solē ⁊ ter
raꝫ dyametraliter est opposita solari cor
pori se opponit. Idē vero defectus fit lu/
ne. cum luna soli fit totaliter opposita. s.
quādo est. xv. Si enī directe fuerit tunc
sol sub terra emittit. sol vmbram tumo
ris terre in lineā sibi oppositā quā si cor
pus lune intrauerit. ꝓpter vmbrā terre
interpositā inter se ⁊ solem a suo lumine
tunc priuatur. Quia ergo singulis men
sibus luna plena nō fit in linea eclipti/
ca que est vmbre interpositio. ideo singu
lis mensib⁹ luna suo lumie nō priuatur.
Item luna est qnqꝫ cuiusdā obscuritat
⁊ obnubilatōnis in se ꝯtentiua ⁊ hoc ex
proprij qualitate corpis que naturalr̄ ē
obscura cū lumen ex se nō habeat sed a
sole. vel vt dicit aliqui illa obscuritas ē
ex vmbra terre. ex qua quedam linea re
sultat in corpe lūari que ipsi⁹ lumē in p/
te obfuscat. ⁊ hoc fit maxime qn̄ ad ter/
ram appropinquat. ex cui⁹ vicinitate et
nebulositate cōtrahit quasdā sordes. vt
dicit mar⁹ Quādo vo ad altiores ascen
dit circulos clara ⁊ mūda. ⁊ nullis ma/
culis obnoxia tunc videt. vt di. idē mar.
Item luna est mutatōnis tpm significa
tiua. Nam vt di. Beda. Si luna in pn
cipio rubeat vt auruꝫ ventos oñdit. si in
summo ei⁹ corniculo maculis qbusdam
nigrescit. pluuiosuꝫ mēsis exordiū ptēn
dit. Si vo nigrescit in medio. plenilu/
niū serenū ptendit. cū vero in nocturna
nauigatione scintillat ad remos in bre/
ui tempestas futura erit vt dicit idē be/
da. Itē luna ī celesti armonia ē grauissi
mi soni emissiua. vt di. macro. In circu
lo ei⁹ lūe fit grauis son⁹ sic in spera celesti
acut⁹ est. ex ordinatissimo ei⁹ sono ex stri

tore motus orbiu; generato dulcissim⁹ vt dicitur fit ↄcentus. Jtē luna est fecū ditatis terre seminibꝫ ministratiua. Pelt eni seminibꝫ que ꝑficiūt ex rore qui de corpore lune cadit. vt di. idem. Et ideo ꝯm fabulas dr̄ ꝓserpina. eo ꝙ seminū q̄ ꝓij ciuntur in terra dr̄ esse dea a gentibus. Sic etiā dr̄ diana. i. siluaꝝ dea ꝛ nemorum qꝛ feris de nocte pascua querentibꝫ in nemoribꝫ ꝛ in siluis. luminis beneficiu; administrat. Et ideo vocauerūt gentiles lunā deā venatoꝝ quia venatio fit in siluis. ꝓpter qđ dyanā cū arcu depingebāt eo ꝙ venatores arcubꝫ vtebātur. Jtem luna cū sit frigida ꝛ humida est ex vicinitate solaris circuli caloris receptiua. nā ex calore solis ꝛ siccitate tpatur frigiditatis ꝛ humiditatis sue excessus. ne singulis mensibꝫ in suo descensu ad terram hyems generetur. vt di. macro. Jtem luna vt di. albu. Est aeris mundificatiua motu eni suo cōtinuo aerem rarificat ꝛ subtiliat vnde si nō esset motus spere lune aerem ex nocturna vapoꝝ exalatione grossicies inficeret que corruptionē nō modicā generaret. Jtē luna ꝯm astrologos inter planetas est sup dispositione humani corporis maxime ꝑtātiua. Nā vt di. ptho. in li. de iudicijs astroꝝ. sub luna cōtinet̄ egritudo. amissio timor ꝛ dānu; ꝛc̄. Unde circa mutationē humani corporis ꝟtus lunaris potissime opat̄. Et hoc accidit. tū ꝓpter motus sui velocitatē. tū ꝓpter ipsius ad nos vicinitatē. tu; ꝓpter occultā sibi naturaliter insitā ꝑtātem. Unde de morboꝝ mutatione medic⁹ ꝑfecte nō discernit qui lunares effectus in corpibꝫ nō cognouit. vñ ypo. in pncipio pnosticā de luna loquēs ait. Est qđdam celeste sidus in quo opꝫt medicū puidere. cui⁹ ꝓuidētia est mirabilis ꝛ stupēda Et gal. in cōmēto de diebꝫ creticis dicit tem certā que nō fallit attendat medic⁹ quā docuerūt astrologi egiptioꝝ. qꝛ ꝑ cōiunctionē corpis lunaris cū stellis fortunatis fiūt egritudines terminales ad bonum. cū ↄtrarijs ꝟo ↄtrarie. s. ad malū. Et ideo caut⁹ ꝛ ꝑfect⁹ medic⁹ ꝯm doctrinā ypo. aspicere debet primā lunā. ꝛ qñ ē plena luminis. qꝛ tūc crescūt humores in hoībꝫ ꝛ medulle et fit nutrimētū in mari et in oībꝫ rebꝫ mūdanis. Qñ ergo infirm⁹ in lectū cadit multū necesse ē videre vtꝝ luna tūc exeat de ↄiunctōe. tunc eni crescit infirmitas. quousqꝫ veniat in oppositionis gradū. s. in plenilunio ꝛ tūc si fuerit cū malo planeta aut ī malo signo ꝛ aspexerit domū martis q̄ est octauū signū. i. si aspexerit martē qui dr̄ dom⁹ signi scorpionis. tūc de morte timendū ē. Si vero fuerit cū bono planeta et in bona domo siue signo ꝛ aspexerit dñm dom⁹ vite scꝫ martē qui est dom⁹ arietis. siue primi signi de vita tunc sperandum est. et sic de alijs videndū est vt patet in li. ypo. quē dicitur composuisse de iudicijs infirmitatis ꝯm lunam.

Capitulum. XXX

De quibusdā ꝓprietatibꝫ lune malis.

Habet autem luna quasdam proprietates minus laudabiles tā ꝯm substantiā qꝫ ꝯm effectū. habet eni substantialē obscuritatē cum nō habeat sicut alij planete lumen a seipa. habet etiam maximā instabilitatē. quia nullū sidus ita vagatur per omnes ptes zodiaci sicut luna. Contrahit etiā a maliuolis stellis ꝛ nociuis nocibilitatem. Nam vt dicit ptho. Luna est planeta cū malis maliuolus. Luna insuper per suā oppositionem inter nos ꝛ solem aufert a nobis solaris luminis claritate;. Luna etiam quādo incidit in vmbram terre ꝑdit lumen suū ꝛ suam prodit deformitatem ꝛ defectibilitatē. Preterea propter vicinitatē qua; habet cum crasso aere et terra ab vmbra terre. vel ab infecto aere contrahit maculam ꝛ deformitatem. vt dicit marc̄. Luna etiam quāto plus recedit a sole tanto plus recipit a lumine versus terrā. ꝛ minorem versus celum obtinet claritatem. Et quāto plus proficit versus terrā tanto plus decrescit et deficit in lumine versus celum. Multiplicem etiam habet effectū malum. Nā vt dicit ptho. Luna efficit hominē instabilem ꝛ mutabilē de loco ad locū discurrentem. Efficit eni hominē in oculis male dispositum ꝛ inordinatū. Efficit etia;

in homine vnū oculū altero maiorē. aut facit strabonē aut orbū in vno oculorū. Et subdit. Homo in cui⁹ cōplexione lunaris ɔstellatio dñium habuit. vicio in oculo nō carebit. Et hoc forsan accidit ꝓpter accessuʒ lunaris humiditatis hūores oculoꝝ ad aliquā prauā qualitatem disponētis. Dicit etiā in li. misalach. c. v. Eclips' lune maxie in hyeme. si fuerit in signis frigidis excessuʒ significat frigiditatis ꝛ nimie ɔstrictōis in t'ra ꝛ aere ꝛ in aq̄s. Si fuerit i signis aquaticis ꝑsagit abūdantiā pluuiaꝝ. Si vo in signis aereis. periculū tēpestatū ꝑtēdit ꝛ ventoꝝ ruinā. Dicit ptho. ꝛ albu. ꝙ luna exñs in. ij. signo post ascēdens merorem designat. tristiciā ꝛ ablatōeʒ substātie ꝑ fures ꝛ ꝑdones. Silr in. iiij. in. vi. et in viij. irā anxietatē. fugā ꝛ mutabilitatem In. x. sigt ꝙ q̄ tunc incepit regnare cito deponetur. In. xij. aūt impedimētū rixaꝫ duriciā ꝛ carcerē ex ꝑte amicoꝝ. In omnib⁹ aūt alijs domib⁹ siue signis bonū efficit et ꝑtendit. maxie si planetis bonis fuerit sociata. ſm variā etatē lune mouent mēstruales hūores i mulierib⁹ ꝛ cerebella in aīalib⁹ ꝛ diuerse passiones vi lunari i corporib⁹ excitant vtʒ i lunaticis ꝛ caducis. Hec de ꝓprietatib⁹ lune ꝛ aliorum planetaꝝ dicta iam sufficiant.

Capitulū. XXXI.

De capite et cauda draconis

s Unt aūt due stelle q̄ nō sunt planete. sed tñ naturā ꝛ effectū videtur hr̄e planetaꝝ. s. caput draconis ꝛ cauda q̄ mouent cū firmamento ꝛ ɔsequūtur cursuʒ firmamēti. vñ a leone trāseūt in cācrū ꝛ a cācro in gemios. ꝛ sic deinceps. morat aūt in quolibet signo caput draconis. xviij. mēsib⁹ ān⁹. s. ꝛ dimidio silr ꝛ cauda ꝛ in. xviij. ānis ɔplet cursum suū. ꝛ si caput ē in aliquo signo sp i signo opposito erit cauda ꝛ venter in. iiij. vt si caput ē in cācro venter erit in ariete ꝛ cauda in capcorno. ꝛ si caput fuerit i leone. venter erit in tauro. ꝛ cauda in aq̄rio. ꝛ sic de alijs. ꝛ ideo ꝓpter aspectū oppositū cauda ē totaliter venenosa. habet aūt caput exaltatōeʒ suā in trib⁹ gradib⁹ gemioꝝ. Casuʒ vo i sagittario gradib⁹ totidem. Ecōuerso aūt cauda habet exaltationē suā in trib⁹ gradib⁹ sagittarij ꝛ caput cadit i trib⁹ gradib⁹ gemioꝝ. Est aūt hic aduertēdū ꝙ qñ luna ɔiūgit soli. capite vel cauda exñti ꝓpe gradū ɔiūctōnis a. xij. gradib⁹ vel infra. sp ē eclipsis futura maior vel mioꝝ. ſm ꝙ caput vel cauda magis vel min⁹ accedit ad gradū ɔiūctionis ꝛ h' potissime hʒ locū i eclipsi sol'. Eodem mō de eclipsi lune hic tenēdū est. qꝛ si luna ɔuenerit cū cauda i aliquo signo ꝛ sol fuerit i capite in signo opposito erit eclipsis lune ꝛ ecōuerso si sol fuerit i aliquo signo cū cauda ꝛ luna i signo opposito cū capite. erit iteꝝ eclipsis lune. Et si in eodē gradu ɔuenerit. erit eclipsis generalis. vñ sp oportet ꝙ ɔueniat i capite vel i cauda in eodē gradu siue ꝓpe. xij. gradib⁹ vel infra si debet eē eclipsis. vñ ɔiunctio debet fieri solis ꝛ lune quo ad idē signū eundē gradū. idē minutū ꝛ idē scdʒ In oppositōne vo ɔrīū signū sp erit ſm eūdē gradū ideʒ minutū. ꝛ idē scdm. Ex hoc apparet ꝙ q̄uis luna iūgat singulis mēsib⁹ soli ꝛ accēdat non tñ sp eclipsim facit. qꝛ nō sp in linea ecliptica se cōiungūt. qꝛ nō sp accēdit luna in cōiunctōne in eodē gradu. nec etiā sp caput vel cauda in cōiunctōe vel oppositione solis ꝛ lune se contingunt.

Capitulū. XXXII.

De cometa

Ometa ē stella q̄dā flāmis circūita. vt di. be. Cōeta nascēs regni ꝑmutatōeʒ aut pestilētiā aut bella vel vētos siue est⁹ signat ꝛ ꝑtendit. Comatice stelle aliqñ videnī moueri motu planetarū. aliqñ ꝑmanēt imobiles sicut fixe. Semp aūt apparēt vt di. beda in parte determiata in celo. Nō eni vagant ꝑ diuersas ptes zodiaci sicut planete. sed vident esse in circulo lacteo siue galaxia et spargūt radios v'sus septētrionē. nunq̄ʒ versus occidētē. vñ in pte occidētali non videnī. breui spacio solent appere. s. per octo dies. Aliqñ visa est. lxxx. diebus. sicut dicit Beda. Ex quibuscūq3 aūt stell' nascitur cometa. siue ex planetis siue ex

fixis. semp in firmamēto apparet in pte
septētrionali. vt di. idē. Ex quo patet ꝙ
stella que apparuit in ortu xpi nō fuit co
meta. q2 mouebatur ab oriente ad meri
diem versus occasum. Et hoc nō solet fa
cere motus comete. vt di. Linc.

Capitu. XXXIII.

De stellis fixis

S Telle a stādo sunt dicte. Quā/
uis enī sp moueātur. tñ sp stare
videntur. vt di. Isi. Dicuntur ⁊ sidera a
cōsiderādo dicta. eo ꝙ in eis mathema/
ticoꝝ ꝯsideratōe multa iudicant̄ ⁊ puidē
tur. Dicūtur etiā astra ab austros l' ana
stros nūcupata eo ꝙ ſm opionē aliquo
rū stellarū corpa I spera firmamēti sicut
claui in tota circūferētia sunt ꝯfixa. Et
hoc quidē verū est quo ad aliqua ⁊ maxie
quo ad maiora. vt di. Isid. ſm alphra.
Stella ē lux aggregata I suo orbe. vnde
ſm ꝙ ē maior aggregatio lumis stella/
ris corpis tāto est maioris quātitatis.
pulcrioris claritatis. ⁊ amplioris ptātis
⁊ xtutis. Vocāt̄ aūt ab eodē stelle siue si
dera lucis vehicl'a. eo ꝙ sunt lumīosa cor
pora lumīs solatiū ꝯtra nocturnas tene
bras mortalib9 deferētia mundi supficiē
decorātia. solis lucē a quo recipiūt lumē
prout pñt supplētia. emissione radiorū
cōtinua aerē depurātia. quoꝝ virtute au
fertur a mūdo inferiori pestilentia ⁊ cor
ruptela. Stellarū etiā virtute cōcilian
tur ⁊ ad ꝯcordiā reuocāt̄ sibi īuicē ꝯtra
elemēta. Eaꝝ sempiterno fulgore illu/
strāt oīa suo calore saluāt ⁊ refouēt vni/
uersa. Nā ſm platonicos. vt di. Beda.
stelle ignee sunt nature. Celū ei cū suo
ornatu cē natura igneū multi antiq̄ po/
suerūt. Aresto. aūt ⁊ alij phi ponūt celū
esse elementū quintū. natura ⁊ ꝓprieta/
te ab elemētis quatuor discretū. dicūt
stellas nō cē frigidas nec calidas substā
tialiter seu substātiue sicut nec ipm ce/
lū. sed tātūmō sunt calide effectiue. mo
tu ei suo ꝯtinuo ⁊ sempitēno inflamāt il
lud sup qō mouēt̄. ⁊ sic I istis inferiorib9
hñt inducere calorē vel algorē. Radioꝝ
ꝙ mobilitate ⁊ ꝯfractōe I supficie ob/
iecti corpis hñt inducere vim caloris.

Sed vñ sint stelle certū ē. ꝙ sunt ſm na/
turā purissime ⁊ simplicis nature ac in/
corrupte. quo ad formā etiā sunt lucidis
sime. ⁊ quo ad figuram. sperice ⁊ rotūde.
quo ad substātiā solide ñ porose. quo ad
supficiē plane nulla ten9 aspe vel angulo
se. quo ad sitū altissime. quo ad motū ve
locissime. quo ad quātitatē sunt maxie.
q̄uis ꝓpt sui9 distātiā videātur esse pue
quo ad numerositatē inumere illi ei soli
q̄ stellas nūerat sunt finite. quo ad ptā/
tē ⁊ effectū stelle sūt magis int̄ corpa v/
tuose. Nā stelle sūt inferioꝝ generatiue
īmutatiue ꝯseruatiue. radioꝝ suoꝝ emis
siue. tenebraꝝ noctis illumīatiue. sui cur
sus I suis orbib9 vniformit̄ ꝯpletiue. in
solis pñtia a quo recipiūt lumē sui sunt
occultatiue. I suo ortu ⁊ occasu sūt aeris
multipliciť īmutatiue. q2 nūc tēpestates
ꝯcitāt. nūc serenitates generant ⁊ pcu/
rant. vt di. beda coloris variatōne ⁊ ra/
dioꝝ scintillatōe. nūc tristiū. nūc letorū
euētuū ſm mathematicos sunt pnūcia/
tiue. Sūt etiā nauigātib9 ꝓspere. ⁊ ipa
rū viarū in medio maris directiue. vbi
stelle ad inuicē vicini9 sunt ꝯiuncte. ma/
ioris lumīs et pulcrioris sunt expssiue:
vt patet in pliadib9 ⁊ sideribus galaxie
Quāuis etiā tātā oñdāt pulcritudinē
ex quadā vicinitate. q2 piter sunt coniū
cte. lucidiores tñ in cōi apparēt singule.
cōsiderate tñ p se nō apparēt singulariť
ita pulcre. ⁊ hui9 rō est vt di. mar. q2 ex/
cedens fulgor vni9 p quādā refulgentiā
alterius insufficientiā ex se repat. vñ qō
vni deest ex quadā defectibilitate alia
supplet que magis excellit in claritate.
Ite stelle ꝓpter situs sui distātiā sūt ho/
minib9 dispariť sue magnitudinis ostē
sue. Nam vt di. albu. quāto sunt cenith
capitis nostri magis vicine. tāto sp vi/
dent̄ eē minoris quātitatis ⁊ offerūtur no
stris aspectib9 min9 pue. Et ecōuerso q̄n
to plus elongātur I suo ortu nr̄o habita
bili seu I occasu tāto nr̄is oculis videnť
generaliť esse magis magne. ⁊ etiā [illegible]
iores videtur esse in quātitate in occa
su q̄z in ortu. vt di. beda. tūc aliqd dicitur
esse sup cenith capitis nr̄i. qn̄ directe vi
det̄ esse sup caput nr̄m. Cenith ei dr̄e.

cta positio sup caput. Cui forte rõ est vt di. idẽ qz vapores de terra ascendẽtes re ctitudinẽ radiorum ad oculos venire perfe/ cte nõ pmittũt. Et ideo ocul' decipit in huiusmodi aspectu. qz qd circũfusũ ẽ in aere. a solari radio estimat ocul' ꝯsplendere i se ipso. Sed sicut di. alga. talis visus deci/ pitur sicut qñ fulgor cãdele a sano ocu/ lo sine obstaculo ꝯspicit. sed a lippiente oculo fine arc' celestis imagine nõ vide tur et putat decept' ocul' oĩno videre in alio. s. in lumine viso. qd tñ in altero ñ ẽ sed in seipso poti'. Idẽ di. Auic. in ca. de obscuritate visus. qre supra d visu. Itẽ sunt stelle fm mar. i suis circulis armo/ niace ꝯcessiue. Oẽs enĩ toni musici ꝯcẽ tus inter sidera ĩueniũtur. nec grauitas inferiorum dissonã reddit melodiã supiorum siue mediorum nec ecõuerso superiorum acui tas destituit sonũ grauiorẽ inferiorum sicut di. mar. Itẽ fm arest. in li. de ce. et mun. Stelle sunt ex materia corporis celi i quo posite sunt atqz fixe. 7 ideo naturalit sunt splẽdide sicut 7 celũ in quo reuclũt. vñ oẽs stelle hñt lumen ꝓpriũ pter lunã. Et qũuis stelle ex se sint lumiose ad ꝯsũma tionẽ tñ sue lumiositatis rec. piũt cõple mentũ ab ipso sole. Itẽ stelle sunt sue v tutis 7 lumiositatis sibi inuicẽ cõicati/ ue. vna enĩ auget claritatẽ alteri' 7 boni tas vni' fortificat bonitatem alteri' sicut dicit in li. de ꝯiũctionibꝰ planetarum. Itẽ stelle ꝓprijs circulis 7 sedibꝰ sunt ꝯtẽte. 7 ideo si circul' vni' intersecãdo aliqñ sub intret circulũ alteri' ꝓpter hoc ꝓprias se des stelle nõ deserũt. nec sunt alijs p qs transeũt impedimẽti vel iniurie inuicez illatiue. Itẽ stelle qdã vt di. mar. celeri' orte. celeri' occidũt. quedã vo tardi' or/ te. citi' occasum petũt. quedã aũt pariter oriũtur. 7 tñ nõ simul occũbere dinoscũ/ tur. Hec aũt varietas ortus 7 occasus ac cidit ex dispari altitudine circulorum in q bus oriũtur vel ex eleuatõe siue depssio ne climatũ in quibꝰ occũbere videntur. Nam fm variã eleuationẽ vel depssionẽ corporis celestis. varijs temporibꝰ vel ori untur vel occũbunt. Itẽ stelle sunt tem/ porum annorum. s. 7 mensiũ 7 dierũ distincti/ ue 7 pmutatiue. Nã sicut dr in li. de p/ prietatibꝰ elemẽtorum ari. Permutatio tẽ poris nõ est nisi ꝓpter pmutatõez stellarum in signis diuersis 7 sup climatã septẽ vt ex pmutatõe lune singulis. xxviij. diebꝰ aut pmutatõe mercurij 7 veneris in om nibꝰ decẽ mensibꝰ vel min' illo. aut ex per mutatione solis in quolibet anno. aut ex pmutatõe martis in. ij. annis. aut iouis in. xij. aut saturni in. xxx. aut ex ꝯiunctiõ ne 7 pmutatõe triplicitatis ad tripilci/ tatem in cc. 7 l. annis. aut ꝓpter pmuta/ tionẽ stellarũ fixarũ orbis. pmutant ei in. c. annis vno gradu quarũ accidit per/ mutatio magna. xxxvi. milibꝰ annis. Et hic est ann' magn' qd est vltimũ oĩm re/ rũ. huiuscemodi areit. in eodẽ li. In libro au tem ciceronis di. Macro. Isti' mũdani anni finis est cũ stelle oẽs oiaqz sidera et planete a certo loco. ad eundẽ remea uerũt. Hoc aũt 7 phici volũt post annorum xv. milia. pacta contingere 7c. Quicqd autẽ sup hoc dicitũt phi. hoc certitudia/ liter tenendũ est qd nostrũ nõ est diffini re qñ vltim' finis erit. Hoc enĩ solus no uit temporum conditor qui momenta 7 tẽ/ pora continet in sua ptãte.

Capitulũ. XXIIII

De polo

Polus fm bedã est stella paruissi/ sima a qua tota pars celi supior est dicta. Duplex aũt est polus scz arthi cus siue borealis qui semp nobis pollet 7 relucet. nobis aũt nunqz occidit. quia super nos existit. vnde polus a pollendo est dictus. qz cõtinue mũdo pollet. Sed scdus polus dicit antharctic' id ẽ austra/ lis. polo arthico opposit' qui nobis sp est inuisibilis. Inter istos duos polos qua si inter duos mũdi extremos vtices sp voluitur firmamentũ. Hi duo poli nun qz mouent de suo loco. tñ circulariter cũ spera vel circulo reuoluuntur 7 cir. ũferun tur. Axis aut a polo ad polũ per medium centri terre extendit circa quã totus fir mamenti impetus rapitur 7 mouet. Hic autem axis nõ est materialis. sed potius linea quedã intellectualis que a polo vs qz ad polũ recto dyametro sicut linea a puncto vsqz ad punctũ esse tracta intel/

ligitur. circa quam tanq̃ circa mūdi me
diū sempiternis raptib⁹ voluit̃ firma-
mentū. Polus igit̃ est stella quo ad situꝫ
altissima quo ad motū velocissima. quo
ad aspectū nostrum minima. q̃uis sit in se
valde magna. quo ad effectū vltima. qꝛ
ꝑ ipsius sitū discernūtur situs ⁊ termi
ni alioꝝ siderū ⁊ celestiū circuloꝝ. vnde
hec stella ab astrologis potissime intuet̃
Est ergo stella ista breuissimi circuli de-
scriptiua ꝓpter nimiā elongationē ⁊ di-
stantiaꝫ a nostro situ. est sue magnitudi
nis occultatiua. ꝓpter situs sui immobi-
litatē. est hoīm ipsam aspicientiū maxie
certificatiua. Et ideo vocatur stella ma
ris qꝛ nauigantiū ⁊ sciam nauigalē hñti
um in mari est directiua. rōne sui sit⁹ me
dij totius celi est ostēsiua per girū arctu
ri sibi ꝓpinqui ab alijs stellis est distin-
cta a cui⁹ vicinitate polus arthicus ē vo
cata ſm Bedam.

Capitulū. XXXV.

De arcturo

a Rcturus est signū a septē stellis
sitis in axe in se reuolutis cōsti-
tutū. vt di. Isi. Harū septem stellaꝝ cir
culis qꝛ in modū plaustri vertitur. latini
eū septētrionē vocauerūt. septētriones
non occidere axis vicinitas facit. eo ꝙ
stelle iste axi ⁊ polo stelle altissime sūt vi
cine. Dicitur aūt idē circul⁹ arthophilax
eo ꝙ erethō. i. ylicem vrsam seq̄tur. Eū
dem boethem antiqui dixerūt. eo ꝙ plau
stro heret. qđ est signū spectabile multis
stellis. inter quas est arctur⁹ qui est pro
prie sidus post caudā maioris vrse posi-
tum. vnde ab hac stella tota constellatio
illa arcturus est vocata. vt dicit Isido.
Et merito arcturus ab artādo est dict⁹.
quia ex prima parte surgit frigus pro-
pter elongationē a calore solis. frigore
vero pori terre artantur ⁊ constringūtur.
Apparent aūt septem stelle radiose ⁊ ru
tilantis forme quarū quatuor anterio-
res in modu quadrāguli alternis lateri
bus ordinātur tres vero sequētes in mo
dum semicirculi disponūtur. locātur au
tē sub polo circa axē. vñ sp circueūt po-
lū tanq̃ centꝝ. vt di. gre. Semp stelle
ille vertūtur circa axē sicut vrsa circa sti-
pitē. Et ideo ille circul⁹ maior vrsa vo-
catur. vt di. macro. Semp vertit̃ ⁊ nun
q̃ ad ima demergit̃ vt dicit grego. Qñ
tres stellas eleuat quatuor ad ima decli
nat ⁊ ecōuerso cū quatuor sursum erigit
tres ad ima deprimit ⁊ demergit. vt di.
gre. Inter oēs circulos superiores circu
lus arcturi est altior qꝛ polo vicinior. ho
minū aspectib⁹ maxime se offert. Nun-
q̃ est hora noctis quin videri possit. nisi
forsan eius aspectus nubib⁹ vel nebulis
intercipiatur. Inter medias stellas ar-
ctos draco ad modū fulminis elabitur.
vt dicit Mar. hyemali tempore in ortu
suo maxime rutilat quadā scintillari ir-
radiatione fortē aque ⁊ terre cōgelatio
nem ꝓnunciat. vt dicit Mar.

Capitu. XXXVI.

De orione

o Rion est astrū tpe hyemale ex-
ortū aquarū ⁊ tempestatū exci-
tatiuū. Est aūt orion nimbosus ventorū
⁊ tempestatū excitatiu⁹ ⁊ generatiu⁹. ⁊ est
ab ortu ⁊ inundatōe aquaꝝ orion dict⁹
est. vt di. Isi. In suo aūt ortu tempesta-
tes generat ⁊ aerē imutat. ⁊ ad modū ar
mati pedes ⁊ brachia extēdentis dispo-
nitur. ⁊ fere ꝑ latitudinē triū signoꝝ ei⁹
extēditur latitudo vt di. mar. Maxime
fulget in signo thauri vt dicit idem. Est
aūt ꝯstellatio maxie notabilitatis ⁊ ra-
tione magnitudinis ac pulcritudis ⁊ eti
am rōne dispositionis ⁊ ꝓtatis. ab arie-
te enī vsq̃ ad geminos se extēdit vt di.
mar. Totā etiā illoꝝ trium signoꝝ sup̄fi
ciē. fulgoris sui pulcritudine clariorem
reddit vt dicit idē. gladiati militis ⁊ ac-
cincti speciē in stellaꝝ ordine ꝓtendit de
quo dicit mar. Armat⁹ etiā flagris splē-
debat in armis ⁊c. Splendor tn orionis
vt di. idē. signū est future serenitatis si-
cut ecōuerso eius obscuritas future est
p̄sagiū tempestatis. Sole exñte i signis
orionis ⁊ tauro ⁊ in geminis. omnia ger
minant ⁊ oriuntur que nutrimentū reci-
piunt ex aquis ⁊ aere ⁊ ex terra vt dicit
idem. Cōstellatōeꝫ orionis sequit̃ q̃daꝫ
stella q̄ dr̄ canicula q̄ ab astrologis ma-

liuola dr̃ ⁊ nociua. que ẜm fabulas eius canis fingit̃ fuisse vt di. idē. Non tñ est hec illa canicula nociua q̄ oritur in leone a qua dies caniculares a ph̄is nūcupāt̃ sicut di. Gal. Orion ergo in ortu suo p̄mo tempestatē ꝑnosticat sed post serenitatē solito opatur ad terre fecūditatem Sole existēte in thauro q̄si se abscondit sub radijs solis nec tunc suā manifestat inferioribus claritatē. Oritur aūt iterū in iulio qñ sol ascendit de geminis ad circulos supiores quādo terra maximā patitur distempantiā aeris quo ad calidam qualitatem ẜm Mar.

Capitu. XXXVII.

De hyadibus

Hyades que ⁊ succule dicūtur. sūt quedā stelle pluuiales in quarū ortu pluuie multiplicātur vt di. Isido. Nam tūc tp̄is vapores a mari ⁊ terra per caloris solaris violentiā fortius ad superiora attrahūtur qui motu hyadū in pluuias resoluūt̃. ⁊ ideo iste stelle dicūtur hyades. i. succule. q2 attrahēdo hūores vel resoluēdo eos traxisse a fabulis confingūtur aquas vt di. yginus. habēt autē he stelle situm suū in fronte thauri vt di. Mar. et cū dies extend. tur et sol feruentior ascenderit. tūc hyades solent p̄mo apparere vt di. grego. sup iob. xv. Quādo a saturno impellūtur diuersas generant tempestates vt dicit beda. In hyadū ortu fruges vberius crescūt. quia tunc a pluuijs irrigantur. plures habet constellatio hyadū stellas clarissimas p gitum ordinatas. que oriuntur in. xvi. gradu thauri. Oriuntur ⁊ turbant aerē in ortu suo ẜm albu.

Capit. XXXVIII.

De pliadibus

Pliades sunt septem stelle a pluralitate dicte que sibi sunt vicine. ab inuicē tamen sunt distincte vt dicit Grego. hyemali tp̄e oriuntur. Quāto autē aura serenior est ⁊ frigidior. tanto melius ab alijs discernūtur. vna vo inter septē latere videtur. q2 ex toto se nō manifestat nec ex toto se occultat. inter genua thauri hn̄t sitū vt di. Isi. Sol in mēse iunio p pliades iter facit. ⁊ tunc aeris caliditas pluuijs ꝯnalibꝰ tpat̃. et terra tūc tp̄is florū pulcritudine adornatur ẜm mar. Hac de causa dicitur iuno amasse maiā q̄ fingitur vna fuisse d̄ pliadibus ⁊ fuit mater mercurij ẜm figmentum poetarū ẜm mar. ẜm Albu. aūt oriuntur pliades. in. xvi. gradu thauri cū hyadibus ⁊ motu suo turbāt aerem.

Capitu. XXXIX.

De canicula

Canicula est quedā stella feruentissima que oritur ẜm al. in. xxix gradu cancri. in cuiꝰ ortu magna fit aeris ꝑturbatio. Ab hac stella dicuntur dies caniculares in quibꝰ sanguinē minuere vel medicinā laxatiuā accipe est summe periculosū ꝓpter excessū distempantie aeris in calore. Vñ ypo. in amphꝭ. Ante canē ⁊ post canē ⁊ sub cane moleste sunt farmacie. ibi dr̃ in ꝯmēto q2 ante eorū ortum illiꝰ stelle ⁊ in ortu ⁊ post ortū statim periculosū est dare potionē laxatiuā. q2 tūc est aer calidꝰ ⁊ siccus. s. a calido signo ⁊ a calida stella ⁊ a sole. tūc in leone cum canicula existēte. vnde ex modica medicina corpus fieret nimis calidū ⁊ siccū et febris forsitan sequeret̃. Medicina etiā euaporaret ⁊ minꝰ operaret̃ cū corporis pori tūc ex calore aeris sint apti vt dic̄ ibidē gal̄. Calor extraneꝰ vires extrahit medicine. vñ aqua calida repugnat solutioni si calor aeris tūc est fortis. p̄terea virtꝰ interior tūc est debilis que p potōēm vel minutōēm plus debilitat̃. Durāt aūt dies caniculares a. xv. kal̄. augusti vsq3 ad nonas septēbris ⁊ sic sunt. l. sicut ibi dr̃.

Capitulum. XL.

De luce ⁊ eius ꝓprietatibꝰ

Lux ẜm basiliū est species p omnia sibi silis. De luce aūt q̄d sit ẜm rem vz. s. sit substātia vel accidens diuersimode loquūtur autores Nam aresto. di. lumen nō esse corpꝰ. nec a corpe defluxū. damas. etiā di. lumen p ptiā q̄litatem. i. substātiā ñ hr̄e. ẜm aug. sup gen. ad lr̄a3. Lux ē substātia corpea

summe simplex in genere corpoꝝ. sūme
multiplex i efficacia. sūme mobilis ⁊ ab
solute penetratōis ⁊ mīme resistērie. ⁊ sū
me disparia ⁊ ꝯ̃ria generās ⁊ ꝯciliās sū/
me ꝯuertibilis. oīs naturalis motionis
principiū ⁊ origo. sūme pfectibilis. sūme
iocūda. sūme cōicabilis. vñ luce i corpi/
bus nihil ē vtili⁹. nihil ꝯuenienti⁹. nihil
pulcri⁹. nihil veloci⁹. nihil subtili⁹. nihil
mipassibili⁹. nihil virtuosi⁹ inuenit. Est
aūt differētia īt͛ lucē ⁊ lumē. Nā lumē
est qdā defluxus a luce siue irradiatio de/
fluēs a substātia lucis. Lucē āt dicit ipaꝫ
fontalē substātiā sup quā lumē innitit.
Si ei lux ꝯsiderata i se eēt accidēs neces
sario p se alicui eēt accidēs. q2 accidens
p se causat a forma subiecti sui. vñ si lux
in aere eēt accidens causaret lux vera a
forma aeris qd̄ eē nō pōt. Preterea lux
mutat subiectū suū. Qd̄ pꝫ q2 lux ē na/
turalit͛ pri⁹ in oriente. ꝯseqnt͛ p⁹ in occi
dēte. ⁊ lux orietalis generat primā sibi
⁊ ita deinceps vsqꝫ ad occidētē. Acciden
tia ei nō pmutāt suuz subiectū nec extra
illud agūt. ex quo vid͛r q lux nō sit acci/
dēs. Preterea si eēt accidēs aeris neces
sario moueret aer subito ab oriēte i occi
dentē fm subitū motū lucis. sic āt moue
ri subito nō ꝯuenit aeri nec alicui elemē
to. Preterea luce nihil ē nobili⁹. accidēs
aūt est ignobili⁹ substātia. Ex quo videt
q lux nō sit accidēs. cū aer lōge sit ignobi
lior ipa luce. Sed si lux ē corp⁹ difficile ē
intelligere q̃lit͛ lux sit i aere vl cū aliquo
corpe diaphano vt i cristallo. cū duo cor
pora sil nō pñt eē i eodē loco. Nō ē tñ in
cōueniēs nec impossibile ponere lucē eē
substātiā corpeaꝫ. ⁊ esse sil cū aliquo cor
pore. videm⁹ ei aquā ⁊ cinerē pit͛ iūgi ⁊
misceri salua vtriusqꝫ corpeitate ⁊ loca/
litate vtriusqꝫ supficiē ab alio distinguē
te ⁊ vtriusqꝫ ptes infra ꝓpriā supficiē cō
tinēte. Qūtūcūqꝫ ei simul imisceat ci
nis ⁊ aq̄ pmanet tñ aq̄ in sua corporeita
te p ptū suaꝝ coherentiā ⁊ ꝯtinuitatē. ⁊
cinis i sua nec ꝓpt͛ istā ꝯmixtōē ⁊ vniōnē
simul sūt duo corpa in vno loco imo aq̄
habet suū locū ꝓpriū ⁊ cinis suū. Sic lux
potest eē in aere vel i quocūqꝫ alio corpe
salua vtriusqꝫ corporeitate. ⁊ suarū ptiū
substātialiū ꝯtinuitate. Vñ ⁊ lux subin/
trās ad interiora aeris vel cristalli hꝫ su
um locū ipsi⁹ supficiē ambiētē ⁊ a substā
tia adiūcti sibi corporis distinguētē. Quius
nō possit ꝓpt͛ simplicitatē sue substātie re
cte pcipi vel videri i re. Imo qd̄ mirabili⁹
est multe luces pit͛ ꝯcurrētes impmi/
xte ⁊ tñ vnite ꝯiungunt. salua cuiuslibet
substātiali forma q̄ ab alia differt. licet
nulla respectu alteri⁹ materialis sit vl for
malis sic manifeste docet ⁊ di. dyoni. i li.
de di. no. cui⁹ hec sūt v͛ba. Lumia inqt lā
padaꝝ cū sint i domo vna tota inuicē to/
tis sunt cōia. diligentē tñ hñt a se inui/
cem discretōēꝫ. vnita discretōe ⁊ vnita/
te discreta. videm⁹ eni multis ad vnū lu
men accēsis lāpadib9 iuxta oīm lumia
vnā claritatē ⁊ indiscrete relucentē. nec
poterit q̄s vt arbitror alicui⁹ coꝝ ab aliis
ex aere ꝯtinēte cetera dū simul sunt ibi
seqstrare aut alterū sine altero cernere.
totis īcōfuse inuicē ꝯtpatis. Subdu/
cta aūt vna simul ⁊ ꝓpriū lumen recedit
nihil secū ceteroꝝ luminū auferēs aut d̄
suo aliqd eis relinquēs. Erat ei oīm vt
dicta ē pfecta vnitas naturalit͛ pmixta
et nulla pte ꝯfusa. q̄ si tāta est in hoc cor
porali aere ⁊ materiali lumie ⁊c. Ducus
qꝫ dyo. In quib9 v͛bis manifeste docet
lumiaria simul vniri. salua tñ cuiuslibet
ꝓprietate substātiali ⁊ accidētali q̄s defe
runt secū. siue accedēdo siue recedendo.
Lux itaqꝫ fm dyoni. ē substātia in se sub
sistens a qua pcedit irradiatio quedā ⁊ il
lumiatio corpoꝝ alioꝝ. semp ei lucet lux
in se. ⁊ tamē nō semp illumiat sed solum
qñ inuenit corp⁹ habēs materiā disposi/
tam ⁊ aptā ad illumiationē. vt di. augu.
Substātia eni celoꝝ est vere lux q̄ in cor
poribus obtinet primū locū. Et tamē celū
non illuminat in tenebris vel in nocte.
Semp ergo lux lucet inuisibilit͛ ⁊ in te
nebris. sed nō semp illumiat visibiliter
vnde virtutē lucis sentit oīs creatura.
Inuisibiliter eni opat virtus lucis sen/
sum et motū in animalib9 vt dicit in li.
fontis vite. Dicit etiā albu. in li. de iu/
diciis astroꝝ ypocratē dixisse et docuisse.
q nisi stellarum lux de nocte subtiliaret
densitatē aeris destrueret omne corpus

animatū. ⁊ tamen certū est stellarū lucē de nocte sepius nō videri. Impressio enī ⁊ opatio lucis est manifesta in mari. qr fluit ⁊ refluit p applicationē lune ad aliquē situm siue illuminet aerem siue non. In visceribꝫ etiā terre vbi non attingit lumē virtus lucis opatur. vt patet in mineralibꝫ ⁊ rebꝫ alijs ibidem generatis. ⁊ breuiter pñtia lucis est necessaria in omni corpe mixto. p quā ɔtraria in elementatis vniūtur. Lux itaq₃ a summo celo empireo vsq₃ ad centrū mūdi est diffusa. q̄ in sua substātia ⁊ radice vna ē ⁊ simplex variata tñ fm diuersitatē recipientiū siue solis siue alioꝝ corpoꝝ superioꝝ vel inferioꝝ vbi est vna substātia. vt⁹ ⁊ opatio lucis licet nō luminositatis. Hec est primogenita lux q̄ creata fuit die pmo vt di. Basilius. que corpi solari ⁊ ceteris celestibꝫ quarto die factis supferf. vnde sol ⁊ cetera sidera sunt primeui luminis vehicula que ꝑpter susceptionē lucis incorpalis sufficiunt sine sue substātie deꝑditione ad illuminationē ꝑpetuā ⁊ ꝑhēnē. vnde ista lux vbicq₃ attingit. ⁊ omnia corpora fm magis ⁊ minus ꝑficit ⁊ disponit. Lux igitur radix fundamētūq₃ omnis illuminationis vna est in substantia que nō ɔtinetur accidētaliter ab aliquo corpore inferiori. sed magis cōtinet omnia corpora. respectu quoꝝ penit⁹ formalis est. licet in se sit materialis ⁊ situalis et ideo lux cū sit materialis habet potentialiter partē extra partē. Quia vero formalis est. habet actu partē extra partem quia qd̄ habet materia ī potētia. hoc habet forma in effectu. Ex quo manifestum est. ꝙ cū lux in genere corpoꝝ minimum habet de materia ⁊ maximū de forma vicinior est forme q̄₃ materie. Et ideo ratione materie est in minimo. s. in pūcto ratione vero forme est in omni loco. Nā vnūquodq₃ habet ita moueri ad locū sicut ad formā suā. vt dicit Aristo. qr forma quāto est nobilior tanto materiam suā plus extendit. vt dicit algazel. ꝑpter quod forma lucis quia est nobilissima ī genere formarū corporaliū maxime materiam suā distendit. Et ideo vnus punctus lumīs siue lucis sufficeret ex se ad illuminationē totius orbis. ꝑpter materie sue nobilitatē ⁊ forme summā actualitatem fm alga. Una igitur est lux simplex vt vniformis in sua essentia q̄₃uis diuersa sint luminaria que inter se sunt distincta. Quāuis videātur ī vno actu vniformiter aggregata. nec lumen vnū intrat substantiā alteri⁹ q̄₃uis sensibiliē tanq₃ vnū lumē vniti videātur. Nō ergo est incōueniēs ponere duo corpora simul esse quoꝝ vnū est subtile ⁊ formale ⁊ quasi ɔplemētū alteri⁹. reliquū aūt est materiale ⁊ imꝑfectū. Duo vero corpa glorificata in eodē vbi esse nō pñt. quia neutrū respectu alteri⁹ materiale potest esse in aliquo vel formale. Sed glorificatū ⁊ non glorificatū simul esse possunt sine aliquo incōuenienti. sicut expresse dicit Augu. Lux etiā vt dicit ba. est maxime mobilis. incessanter enī mouet se et gignit linealiter ⁊ circūferenter in omnem partē se mouendo et diffundendo. vnde quantū est de se subito mouet. Lux enī summe est actiua ⁊ sine resistētia ad intima cuiuscq₃ rei penetratiua. diuersorum ⁊ disparium generatiua ⁊ contrariorum in elementis et corporibꝫ mixtis in concordiā et vnitatē reductiua. Radiorum suorum piectione. directione. intersectione. confractione. ⁊ reflectione omnium in esse ꝑductiua in esse conseruatiua. vel ab esse dissolutiua. vt dicit calcidius super thimeū. vite ⁊ ꝑmanentie cuiuslibet rei regitiua est lux ⁊ directiua simplius naturaliter multiplicatiua. Lux enī multiplicat se gignēdo. Gignit nanq₃ lux lucem. et lux genita simul gignit et generat lucem sibi succedentem. et fit in vno instanti vnus punctus. replens lumine totū orbem. Item lux est sui et alioꝝ manifestatiua. colorū p sui incorporationē in superficie humidi perspicui effectiua. sicut dicit Augu. Lux tenebras expellit. merores dissoluit. insidias prodit. securitatē parit. omnem spem letam iocundāq₃ inducit. rebus omnibus formā ⁊ decorem tribuit ⁊ inducit. quia sine luce omnia corpora occulta remanent et ignota. Aufer inquit damas. lucē ⁊ omnia in tenebris incognita rema-

nebunt. Lux igitur s'm Ambro. et etiam s'm Basi. e pulcritudo ois visibilis creature. cui' gratia maxima est in aspectu. que cetera mundi mebra laudib' efficit digna. Hec vt dicit basilius. ide est angelo et sancto supra celum quietissima habitatio. Hec summe trinitatis p exemplu est demostratio manifesta. Hec lux sine diminutoe sui est luminositatis manifestatiua et diffusiua. que in superficie vmbrosi corpis recepta. no se pfundat quantu ad visibile specie. sed quo ad virtute. vt dicit Isi. Multas alias proprietates laude dignas hab3 lux quo ad sua substantia virtute et opationez. cui' substantia nihil inuenit purius. Unde transiens p sordes no sordescit. cui' virtute nihil est actiuali'. cui' opatione nihil vtilius in corpib' reperitur.

Capitulum. XLI.

De splendore

Splendor est qdam defluxus exiens a substatia lucis. Egreditur aut a luce sine alterius nature comixtione. luci a quo exit est coeu' in duratione. vt dicit Augu. Quato est ignis tanto est splendor. vnde si ignis esset eternus. splendor esset eternus. Exit etia splendor a luce sine lucis diminutoe sine puritatis lucis cotamine sine disco tinuatione cu sui et alio manifestatoe cu sui multiplicatione. vt dicit Basi.

Capitulum. XLII

De lumine

Lumen differt a luce sicut species a genere. Omne eni lumen lux est. sed non econuerso omnis lux est lumen. Nam lume est defluxus quidam a substantia lucis in aere vel in alio diaphano corpore receptus et vndiq3 circufusus. Triplex aut est lumen vt dicit auctor perspectiue. sc3 reflexum. fractum. et directum. Reflexu sicut a speculo et aliis politis corporib' que reiiciunt lume a se receptum. Aliud est lumen fractu sicut quado lumen venit ad corpus. aliquatulum densum qd non est omnino densum vel durum recipit lumen in se. sed propter materia omnino inobedientem. lumen illud non tenet rectu incessum. sed diuertitur ab incessu recto et vocatur fractio radii. Tertium lume est directum quod no repellitur nec3 inuenit materiam aliquo modo inobedientem et transit libere et facit operationes perfectas. Illud lumen est aeris et aliorum corporum transparentiu pfectiuu decoratiuu. formatum et figuratu declaratiuu. oculoru3 letificatiuu. oculis lippis et infirmis est lumen odiosum et molestie illatiuu. hominum a somno et torpore et ocio excitatiuum. formaru et specieru in supficie speculi vel politi corporis impressiuu. Nam lumen ad supficiem polite materie pertingens in angulis equalib' se reflectit et omniu subiecto formas ibi imprimit vnde qd extra est per substantia in supficie speculi collocat per imagine vel figuram. lumen etia est s'm dispositione materie qua subintrat immutationis susceptiuu. Nam eius claritas intenditur in materia pspicua atq3 pura et remittitur in feculenta materia et obscura. In materia eni diaphana obstaculu non inuenit. ideo per eam eradians proprios fulgores exprimit et ostendit. vt dicit Dio. et quato pfectius illi infunditur. tanto latius ex ea refusa ad alia deriuatur. Accedens aute ad grossiorem natura illius habet obscurioris distributiua apertionem. Sicut eni cu materie crasse infunditur capitur impfecte. ita cu se effundit extrinsecus apparet obscure. Unde materie crassicies impedit q' illuminatio recepta distribuatur. In purioribus igitur substantiis perfectius apparet et augmentatur. in grossiorib' minoratur. Ex quo patet q' a purissimis et subtilissimis materiis lumen perfecte comprehenditur. a compactis vero et obtusis repulsam pati inuenitur.

Capitulu. XLIII.

De radio

Radius est quidam luminosus a corpore lucido defluxus quo mediante lux vel lume sua pficit actionem. vt di. Basi. Radi' aut alius est ppendi

cularis ꝛ erectus qui a corpe lucido siue luminoso emissus recto ꝛ lineari motu sine discretione aliqua petit centrū. Alius est collateralis et ꝯfractus qui a corpe luminoso exiens ꝛ aliqđ diaphanū inueniēs non recte ꝓcedit sed obliq̄t motū suū ꝛ ista obliquatio vocatur radij cōfractio. Ali⁹ vero est reflex⁹ qui quidē a suo principio recte vel oblique ꝓgreditur. sed a corpe obiecto repellit̄ ꝛ repercutitur. ꝛ talis repcussio vel repulsa radij flectio nūcupat̄. vt dicit auctor ꝑspectiue. Radius itaqȝ luminosus est mobil̄ et āgulis ꝑspicu⁹ ꝛ orbicularis de se rect⁹ ꝛ maxime si fuerit ꝑpendicularis. Cōtingit aūt radiū frangi ꝛ obliquari et q̄nqȝ ad partē oppositā ꝓijci ſm dispositionē materie quā inuenit vel quā tāgit. Hic radius in nube ꝯcaua ꝛ humida interclusus. diuersas opat̄ in nube vel in aere formas colores ꝛ figuras. vt patet in colorib⁹ arcus celestis qui nihil aliud est vel esse dicit̄ q̄ȝ subintratio radioꝝ in nubeȝ concauā ꝛ aquosam. vt dicit̄ in li. metħ. Et subito semꝑ motu radioꝝ ꝛ cōtinuo ꝯtingit aerem circūfusum igniri ꝛ inflāmari maxime cū cōcurrerint in loco fractionis. Naȝ radij ibi coadunati mutuo ꝯculcant̄. Et ita sunt causa quare aer circūfusus sepius inflāmat̄. vt patet in cristallo vel berillo. ex cui⁹ oppositiōe ꝯ̄ solares radios stuppa opposita accenditur ꝛ ignitur.

Capitulū. XLIIII

De vmbra

VMbra est obiectio corpis tenebrosi ꝛ opaci ad lucē siue corpus luminosuȝ. Est itaqȝ vmbra triplex ſm phisicam ꝯsiderationē. Contingit enī q corpus luminosum sit rotundū. Et aliquādo est maius q̄ȝ corpus obiectū. aliquādo equale. aliquando minus. Si equle facit vmbrā equalē ꝛ rotundā. ꝛ talis vmbra dicit̄ chelindroides .i. equaliter rotunda. Si min⁹ sit obstaculo facit vmbram tendentē in latū ad modū calathi et talis vmbra dicit̄ cathaloides. Si vero corpus luminosum maius sit corpore supposito facit vmbram tendentē in acutum ꝛ in conū. ꝛ talis vmbra dicitur conoydes. Ex quo patet q cū sol sit maior terra facit vmbrā conoydē. Contingēte igitur q terra sit opposita soli q̄ assignato modo ita alte dirigit vmbra q lunaȝ attingit ꝛ eam inficiendo eclipsim lune facit. sed ex quo sol tumorē spere ꝑterit. iste conus transit ꝛ declinat in partē oppositam. ꝛ tunc luna libere apparet ꝛ illuminatur. Cū vero luna directe sit opposita soli luna facit vmbrā cathaloidem et ideo vmbrā contra terram dirigit ꝛ eclipsim ꝑticularē facit. qꝛ talis vmbra nō sufficit tegere totam terrā cum a radijs solis in quibusdā partib⁹ illuminetur ꝛ ex tali vmbra accidit eclipsis in vno climate alio illuminato existente. vt dicit albu. Umbra vero caloris solaris est repressiua. splendoris radioꝝ solariuȝ occultatiua sterilitatis et fecūditatis terre inductiua. serpentū amica ꝛ colubroꝝ nutritiua. estuantiū ꝛ itinerantiū refrigeratiua. maturitatis fructuū retardatiua. timoris ꝛ horroris melancolicis incussiua. Cum nō sit corpus. speciei corporis est repñtatiua. corpoꝝ motu ꝛ quiete est suipsius cōfiguratiua. Nam moto corpore se mouet. quiescente quiescit. fugientiū est insecutiua. ꝛ insequentiū fugitiua. quāto enī dies est longior et sol ī celo stat altior tanto obiecti corpis vmbra videt̄ minor ꝛ ecōuerso. Et ideo sole oriente videt̄ vmbra maior. similiter et in occasu q̄ȝ in meridie.

Capitulum. XLV.

De tenebra

TEnebra est lucis absentia a tenēdo dicta. Ligat enim ꝛ tenet oculos ne solem videant siue lucem. ꝛ sic nihil est nisi pura priuatio. Tenebra etiā dicit̄ aer obscurus vel vmbra ꝯpaci corporis vt dicit Basi. ꝛ qualitate ꝛ situ luci cōtrariatur. timorē incutit. colorum pulcritudineȝ tollit. verecundiam diminuit. somnolentiā nutrit.

Explicit liber octauus.

Incipit liber nonus De tempore et partibus temporis

Postquam autem dixim⁹ de ꝓprietatibus celi et eius partium, de quibus sacra pagina facit mentionē. dicendū est sub breui cōpendio de eius effectu. s. de motu et mensura motus. i. de ꝓprietatibus tpis et partiū eius. Causatur autē motus primo et principaliter a uolutione celi. cui⁹ motus prim⁹ est et sempiternus. vt dicit̄ in li. de ce. et mū. nec similis est motui inferioꝝ corpali et visibili siue mutabili. Causa tamē est mot⁹ inferioris. quia motus rerū inferioꝝ generabiliū ꝓcedit ex incorpali et vniformi motu orbiū superioꝝ. vt dicit Aresto. ibidem. Motus aūt est transitus a termīo ad terminū contrariū. vt dicit̄ in fine libri eiusdē. Omne enī qđ ꝑmutat̄ de contrario mutat̄ in contrariū. Et sūt sex species motus. scz generatio. corruptio. alteratio. augmentatio. diminutio. fm locum mutatio. vt dicit idem. Motus enī ꝑmutationis fm situm. alius est reuolubilis et ſpericus. alius rectus. ali⁹ cōpositus. Reuolubilis aūt non mutat locum fm totū sed fm partes. Circularis tamen qñq3 mutat locū fm totū. vt patet in motu planetarū. Rectus aūt semper mutat locū q3diu est in actu. aut enī mouetur a centro ad circumferentiā vt ignis et aer et hmōi leuia que ferunt̄ sursum aut ecōuerso mouentur deorsum ad centrū vt grauia sicut aqua et terra. Hic autē motus habet sex species. est enī dextre sinister. ante retro supior et inferior. Cōpositus vero motus est ex duobꝫ motib⁹ cōtrarijs. sicut motus ligni in quo accenditur ignis. Motus insup hoc habet ꝓpriū. quia ex vehemēti motu generat̄ calor. vt patz ex motu primi orbis ex cui⁹ confricatione et motu inflāmat ether. vt dicit aresto. et ex motu liquefit plūbū qđ est in eo. vt dicit idē. Mot⁹ enī nō potest mēsurari nisi fm mēsurā spacij in quo ē motus. Omne enī qđ mouet̄ aut mouetur ꝓprietate vt adamas mouet ferrum aut violētia sicut ex forti impulsu venti mouet̄ nauis. aut ex voluntate. sicut mouetur corp⁹ put vult anim⁹. Motus vo mutatōis est duplex. vel mutatōis đ loco ad locū. vel ꝑmutatōis. dispositōis ad dispositionē de loco ad locū naturaliter aut p vim. Lapis enī qñ ab alto demittitur quāto magis descēdit tāto est ei⁹ motus magis impetuosus vñ intendit̄ in fine ipsi⁹. qui vo mouet̄ p violentiā intēditur motus ei⁹ in principio mot⁹ ipsi⁹. et quāto remoti⁹ est a suo principio tāto debilior erit mot⁹. vt patet in sagitta ab arcu emissā. que tam a remotis pōt pij/ci. q in vltimo nihil penetrat nec3 ledit. Motus itaq3 est generatōis et oīs transmutationis inferioꝝ causatiu⁹ caloris et inflāmatōis inductiu⁹. tam aq̄ q3 aeris subtiliatiu⁹. caloris naturalis confortatiuus. appetitus excitatiuus. medicine laxatiue ad mūdificandū corp⁹ coopatiuus. vñ dicit Ipo. Si vis ellebor̄ ducere moue corp⁹. Itē si fuerit mot⁹ a cētro ad circūferentiā. erit materie extēsiuus. diffusiu⁹ et dilatiu⁹. Si vero fuerit econuerso a circūferētia vsq3 ad centrū erit aggregatiuus. partiū inspissatiu⁹ et constrictiuus. Itē motus tpatus est nature alatoꝝ corpoꝝ cōseruatiu⁹ immoderatus vero est nature destructiu⁹.

Capitulum. i.

De tempore

Tempus est rerū mutabiliū mēsura. vt dicit Aresto. in li. de. v. substantijs. Temp⁹ est numer⁹ numerās in oīa eo qđ numerat̄. vel sicut dicit Rabanus. Temp⁹ est dimēsio rerū mutabilium fm motū et fm morā. coeuū in rebꝫ mutabilib⁹. vt dicit Aug. Nihil est preciosius tpe. vnde de oīni possessione duo pñt sił haberi vel psā. sed de tpe duo momēta sił haberi nō pñt. vñ temp⁹ recupationē non recipit. amissio enī tpis irrecupabilis est. Breue est temp⁹ mutabile inītabile et irrecupabile. cū motu ei⁹ mobili incipit. quo pnit⁹ deficiēte tps finit et iō ñ erit ī futuro. sed cessabit. qñ nihil

nisi eternitas erit vt dic̄ Aug. Tpe nihil est cōmuni⁹. Omnibꝫ enī eq̄liter est cōmune. tpe nihil labili⁹. qꝛ nūq̄ꝫ quiescit. imo qn̄ incipit deficere incipit decrescere. ⁊ ecōuerso. qꝛ pn̄s finis est ꝑteriti et mox principiū est futuri. Omne enī temp⁹ tribꝫ vicissitudinibꝫ variat̄. s. in ꝑteritū pn̄s et futurū. Scōm rōem tpis ⁊ eius variā successionē. semꝑ est dies ⁊ nox. vt dic̄ beda. sed alibi dies alibi nox. Tpe nihil incertius, nihil impceptibilius. qꝛ vt dicit Isid. Temp⁹ ꝑ se nō dinoscit̄. sed solū ꝑ humanos actus. Item tpe nihil est alterabili⁹. ⁊ ideo corpi nihil piculosi⁹. qꝛ vt dicit Ipo. mutatiōes tempoꝝ maxime generāt morbos. Subita eni mutatio frigiditatis in caliditatē corpa alterat ⁊ imutat. Et ideo qꝛ natura nō patitur repētinas mutatiōes. vt dicit idē Ipo. Ideo subita mutatio tpis frequēter est cā infirmitatis. Itē moderato tpe ⁊ in suis qualitatibꝫ tpato. corpori nihil est salubri⁹. vn̄ dicitur in amphō. Tpībꝫ moderatis si tpa temporaliter se habuerint. boni erūt stat⁹. ⁊ maxīe bone determiationis fiunt egritudines. Item q̄uis tempus ita sit mutabile tamen tpe nihil est magis cōtinuū. partes enī tpis sunt cōtigue. Unde dicit mar. Tempus qd̄ in hyeme senescit statim ī vere reuiuiscit ⁊ ecōuerso.

Capitulum. II.

De anno solari ⁊ equinoctiali

a Anus vt dicit Isidorus est solis reuolutio vel anfractus cum pactis. ccclxv. diebus ⁊ quadrāte redit ad locum suum. Est aūt annus dictus eo q᷑ mensibꝫ in se remeantibus voluitur. vnde annus ab an qd̄ est circū dicitur. qꝛ quasi circulus in se redit ⁊ renouatur. Unde apud egyptios ante literas inuentas per pictum draconem caudam suā incidentē ⁊ in se reuertentē significabatur. vt dicit Isidorus. Sūt annorum diuersa genera. Nam est annus lunaris mīoꝛ anno solari ī vndecim diebus. et est annus solaris qui duodecim habet menses. Singuli autem planete habent annos suos in quibus ꝑficiunt cursum suū. vt mars qui in duobus. iupiter in duodecim. saturnus in triginta. Et est annus magn⁹ qui dicit̄ mūdanus quādo omnes stelle ſm Aresto. redibūt ad propriū ⁊ primū creationis sue punctum. et hic annus ſm Aresto. in. xxxvi. milibus annoꝝ ꝑficietur. sicut patet ī libro de ꝓprietatibus elementorū. Scōm platonicos autē infra. xv. milia ꝑficitur annus iste. sicut dicit Macro. in li. Ciceronis. Sunt aūt anni vsuales. s. solaris q̄tuoꝛ tpa. que sunt tps vernale. estiuale. autūnale. ⁊ hyemale. Et dicunt̄ tpa eo q᷑ in suis qualitatibꝫ mutuo se tpant. vt dicit Isi. dicunt̄ ⁊ curricula. eo q᷑ alterna assiduitate currunt ⁊ nunq̄ꝫ in eodem statu ꝑseuerāt. vt dicit Isi. In his quatuoꝛ anni tpibus accidūt duo solsticia in hyeme ⁊ estate. duo equinoctia in vere ⁊ autūno. Solsticiū autē est maxima inequalitas diei ⁊ noctis que accidit in ingressu solis in cancrū ⁊ capricornū. in cancrū quātū ad solsticiū estiuale. in capricornum quātū ad hyemale. Et dicitur solsticiū quasi solis statio duplici de causa. vel quia sol in estate vel in hyeme propter longitudinē dierū aut noctium videtur stare in nostro emisperio vel in inferiori. vel quia in vtroq̄ꝫ solsticio quasi stat in estiuali nō potens plus accedere ad nos. in hyemali non potens plus a nostro habitabili elongari. Equinoctium est maxima equalitas diei artificialis ⁊ noctis que accidit in ingressu solis in arietē siue librā. Sunt aūt duo equinoctia. primū est vernale secundū hyemale. In his quatuoꝛ tempoꝛib⁹ fiunt quatuoꝛ ieiunia que dicunt̄ triduana. pmū fit in prima septimana q̄dragesime istō est veris. secundū est estatis in septimana pētecostes. tertiū est autūni in quarta feria septēbris. quartū est hyemis qd̄ fit in septimana integra ante natiuitatem domini. Annus itaq̄ꝫ solaris est annus cōmunis ⁊ incipit a ianuario ⁊ terminatur in decembri. ⁊ est spacium quo sol voluitur tricensies sexagesies ⁊ quinquies in zodiaco et quadrāte. i. vi. horis que sunt quarta ps diei naturalis. Iste aūt sex hore nō ꝯputant̄ in anno cōi. sed

colligũtur in ãno bissextili. Dicitur autem bissextus collectio .xxiiij. horarum omissarũ in trib' annis cum sex horis quarti anni ad pficiendũ vnũ diẽ. ex .xxiiij. horis. ex cui' additõe dicit' ãnus bissextilis vt dicit beda. Et dicitur bissextus quia semp eo anno quo accidit in februario bis .vi. kl'. pnũciam'. vel dicitur bissext' ex bisse momẽtis collectus ex .xxx. eĩ momentis quib' sol morat' in quolibet signo vltra .xxx. dies et ex .xxx. mentib' colligũtur singulis annis .vi. hore que collecte per .iij. annos faciunt in quarto ãno diem bissextilem. vt dicit beda. sed de hoc quere in computo.

Capitulum. III.

De anno lunari

a Annus lunaris qñq3 dicitur spaciũ quo luna reuoluitur ab vno puncto zodiaci ad aliud punctũ: qd continet ẽm quosdã .xxvij. dies. et .vi. horas qñq3 dicitur annus lunaris spaciu3 quo voluitur a cõiunctione vsq3 ad cõiũctionem vel ab illumiatione ad illumiationẽ et tale spaciũ supat primũ duobus diebus et sex horis. Dicitur aũt luna esse in coitu vel cõiunctõe quãdo ita directe est sub sole q nulla pars supficialiter respiciens nos apparet illuminata. tota vero est illuminata quãdo videtur plena. p' cõiunctionẽ itaq3 luna recedit a sole et relinquit eum in aliquo puncto zodiaci que reuertẽs ad idem punctum nõ inuenit eũ ibi qz iam pfecit in suo motu. Vñ oportet eam cõsumere duos dies et .vi. horas anteq3 illũ cõsequatur. et tale spaciũ dicitur lunatio. qñq3 dicitur ann' lunaris spaciũ ɔtinens .xij. lunationes. q̃ diuidũtur a cõputistis per .vi. pares et sex impares ẽm q menses sunt pares siue impares. par enĩ lunatio respõdet mensi impari. impar autẽ pari. Annus ergo lunaris cõtinens .xij. tales lunatões cõtinet .cccliiij. dies. sexies aũt .xxx. et toties .xxix. dies pficiũt tantã summam Unde patet q ãnus solaris cõmunis superat hunc annũ lunarẽ in .xi. dieb' qui excessus facit etatẽ lune variari singulis annis in kal'. mensiũ ita q si in hoc anno prima est in kal'. alicui' mensis in sequẽti anno erit duodecima. Qñq3 aũt dicitur mensis vel ann' lunaris embolismal'. Et est embolism' excrementũ anni solaris ad lunarẽ. et dicitur ille ann' embolismalis in quo cadit et recolligit' vna lunatio .xxx. dierũ recollecta ex illis .xi. dieb' in quib' superat ann' solaris lunarem. et ideo tertius ann' est embolismalis. qz in illo recolligit' lunatio .xxx. dierũ tribus diebus desup remanẽtib'. ter enĩ .xi. faciunt .xxxiij. remanẽtib' alijs dieb' trib' similiter .viij. ann' est embolismalis additis illis sex dieb' ad alios .xxij. dies q̃ ex supcrescentia .vij. et .viij. anni recolligũt'. Sed ad hoc vt lunatio embolismalis .viij. anni sit .xxx. dier3 oportet mutuare duos dies ex embolismali subsequẽti et ita pcedendũ est vsq3 ad .xix. annum quãdo circul' embolismalis adimpletur cõtinens annos .xij. cõmunes. et .vij. embolismales. Embolismales enĩ sunt tertius .vi. viij. xi. xiiij. xvij. xix. alij vo sũt cõmunes. Ann' aũt lunaris maxime obseruatõnis est apud hebreos. pter qd legalis dicitur qz oẽs festiuitates legales ẽm lune cursum et etatẽ obseruãtur. et iõ semp incipit a lunatõe aprilis. vt dicit Beda. et in Exo. xij. dicitur. Mẽsis iste erit vobis principiu3 mensium anni et c. Preter annũ aũt vsualẽ seu cõmunẽ et legalẽ est ann' qui dicitur emergẽs quãdo aliquo casu notabili emergẽte temp' subsequẽs cõputat'. sicut greci cõputauerũt temp' a prima olimpiade. et christiani a prima dominica incarnationis. et sic de alijs. Unde cõtingit sepe q mediũ anni legalis est principiũ emergentis et ecõuerso. et p hoc multe cõtrarietates in biblia ad ɔcordiã reducũt'. sed hec de annor3 diuersitate dicta sufficiant.

Capitulum. IIII

De tempore vernali

v Er est principium anni. cuius initium est quãdo sol in prima pte arietis consistit. et contra septetrionem per rectam lineam ascendere incipit. vt dicit Constan. in pantegni. li. v ca. iij. Recta autem linea est que neq3

Recta linea ecliptica, meridianus circulus siue orizon appellatur

septentrioni attinet necꝫ meridiei. sed ab vtroqꝫ polo equaliter distat. durat aūt tempus veris vsqꝫ in finē geminoꝝ quā tū scꝫ sol discurrit ꝑ tria signa quoꝝ vnū qdqꝫ habet suū mēsem ad temp⁹ vernale ptinentē. Prim⁹ mēsis est arietis incipiens a. xviij. die marcij vsqꝫ in. xvij. diem aprilis Scd̄us ē thauri incipiēs a. xvij die aprilis vsqꝫ ad. xviij. diē maij. Tercius est geminorū incipiens a. xviij. die maij vsqꝫ ad. xvij. diē iulij. Est aūt vernū temp⁹ inter frigidū ꝛ calidū maxime tpatū. inter hyemē ꝛ estatē mediū qualitatū vtrūsqꝫ pticipatiuū. quoniā sanguis tūc incipit multiplicari in corpore aialis ꝛ hūores q̄ in hyemali frigore constricti fuerāt ꝛ ꝯpacti calore v'nali moueri incipiūt ꝛ dissolui. Ver aūt in suis q̄litatib; tpatū sanissimū temp⁹ ē ꝛ mīme mortiferū ac infirmū. vt dicit Cōstā. et Gal. Nā his dualꝫ qualitatib; natura delectatur. qꝛ caliditas est cā effectiua nutrimēti ꝛ augmēti. humiditas vero cā est materialis. ꝛ ideo in vere maxime generatur sanguis. qui magis est necessarius nutrimēto corporis. Si vo naturā suā exierit diuersas inducit egritudies. Unde dicit̄ in amphoris. Si hyems sicca fuerit ꝛ borealis. ver vo pluuiosū fuerit. ꝛ autūnus necesse est in etate febres acutas fieri ꝛ obtalmias ꝛ dissenterias maxime in humidis natura. vt dicit cōmen. In hyeme sicci humores ꝑ frigiditatem retenti acuūtur. in vere aūt in nimia humiditate distempate multe supfluitates generātur ꝛ ꝑ calorē resoluunt̄ In estate vero dum calor non est potens eas cōsumere putrefacit. ꝛ sic febres acutas generat ꝛ inducit multas alias passiones. Si vo hyems calida et humida fuerit ver aūt frigidū ꝛ siccū necesse ē homines in estate egrotare ꝛ mulieres ꝑturas leui occasione abortire. Cui⁹ rei assignat Gal. rōem in cōmento dicens. quādo corpa pregnātiū in hyeme sūt calida ꝛ humida tenera sunt ꝛ rara. Unde frigiditas aeris vernalis subito penetrātis ad interiora ledit fetū. ꝑ frigiditatē enī ꝛ siccitatē q̄ sunt q̄litates mortificatorie mortificat̄ fet⁹. Ūn fet⁹ mortificat⁹ aggrauat ꝛ retinacula abrūpit. ꝛ sic mulier necessario abortit. Vernū insup tēpus terrā diu clausā ꝛ ꝑ frigore cōstrictam apit. ꝛ radices ꝛ herbas in terra latentes ꝑducit. floribꝫ ꝛ herbis terram renouat. Aues ad garritum ꝛ amorē solicitat ꝛ inducit. ꝛ miro decore oēm terre supficiē induit ꝛ venustat. Unde ver dr̄ a viroreul vigore. qꝛ tūc herbe ꝛ arbores virescere incipiūt ꝛ frōdere. temp⁹ veris ē temp⁹ agriculture ꝛ laboris. temp⁹ leticie ꝛ amoris. Vernali eni tpe oīa vident̄ letari. nam terra viret. silua frondet. prata florent. celū splendet. mare quiescit. volucres vociferāt ꝛ nidificāt. ꝛ oīa q̄ in hyeme videbant̄ mortua ꝛ marcida vernali tpe renouant̄. Ūn serenitas aeris vernalis vocat̄ a marciano alias macrobio risus iouis. Aque vo vernalis tpis min⁹ sane sunt ad bibendū. qꝛ a vaporib; tuc resolutis ingrossant̄. ꝛ a ranis ꝛ alijs vmib; tūc tpis semē ꝓiicientib; inficiūtur. Et ideo si necesse fuerit eas bibere cōsulit ꝯstā. vt primo decoquant̄ vt sic ꝑ ebullitionē subtilietur ꝛ purificētur.

Capitulum. V.

De estate

e Stas calida est ꝛ sicca. cuius initium est cum sol fuerit in prima parte cancri. ꝛ tūc est sol in maxima eleuatione quo ad nos ꝛ iam paulatim incipit descedere vsqꝫ in fine virginis. Et habet estas tres menses sicut ꝛ ver vt dicit ꝯstā. Primus mēsis est cancri a. xvij. die iunij vsqꝫ ad. xviij. iulij. Secūdus est cū sol est in leone a. xviij. die iulij vsqꝫ ad. xvij. diē augusti. Tertius est cum iam in virginē descendit a. xvij. die augusti vsqꝫ ad. xviij. diē septēbris. vt dicit constan. Est ergo estas calida ꝛ sicca colere generatiua. eo q sol tpe estuali summa gradit̄ ascensione. Oppositisqꝫ capitib; nostris directā ꝛ forte in corporibus nostris sicut ꝛ alijs inferiorib; fortissimā imprimit actionē. Unde ꝛ superflua in hyeme coadunata dissoluit ꝛ cōsumit. Si vero estas suā temperiē exierit infirmitates calidas et siccas generare ꝛ inducere ꝯsueuit. vt dicit ꝯstan. Dies

[illegible] ficit ꝛ noctes breuiores
[illegible] ad maturitatē ꝑducit. Nā
[illegible] sue tūc intēse. humores in
fructibꝫ tūc digerit ꝛ digestos eis incor
porat ꝛ ꝯiungit. qđ vero suꝑfluū est desic
cat penitꝰ ꝛ ꝯsumit. terram rimosam ꝛ ca
uernosam reddit. Nā calore suo humi
das partes ꝯsumēdo destruit. siccitate
vero suas ꝑtes terrestres ꝯprimit ꝛ ꝯiū
git ꝛ sic aꝑit terrā atqꝫ findit. Cōsūptis
ergo ꝑtibꝫ aq̄s q̄ fuerūt cā coadunatio
nis ꝑtiū ꝛ ꝯstrictōis necesse ē vt pars a
parte diuidat. ꝛ sic scissura i ꝑtibꝫ fieri
efficiat. Vñ ꝛ loca paludosa aquositatē
ꝯsumēdo desiccat ꝛ exaspat ꝛ indurat. po
rosas ꝑtes aīaliū caloris sui subtilitate
subintrat ꝛ hūorē subcutaneū dissoluē
do sudorē ꝓuocat ꝛ sic qđ est suꝑfluū ad
nihilat ꝛ euacuat. ꝑ poroꝝ etiā aꝑtionē
fit spirituū exalatio ꝛ substātialis hūi
ditatis euaporatio. ꝛ iđ vires debilitat ꝛ
eneruat. ex vtraqꝫ q̄litate sua colerā ex
citat ꝛ inflāmat. ꝛ iđ febrilē calorē gene
rat ꝛ augmētat. apes mellificantes suis
floribꝫ [illegible] reficit ꝛ satiat. nocturnis tē
poribꝫ rorē generat. ꝛ herbaꝝ suꝑficiē ne
diurno estu arescant rigat ꝛ humectat.
Estiuo tempore aues canore maxime vo
ciferant ꝛ modulātur. ꝛ ad pullificandū
siluestres volucres maxime alantur.

Capitulum. VI.

De autumno

a Autūnus ab augēdo est dictꝰ. eo
q tūc tpis fruges ꝛ fructꝰ potissi
me absidant in horreis ꝛ augētur. Omēs
enī anni labores ꝛ fructꝰ recolligit in hor
rea ꝛ reponit. Et ideo in fabulis nutrici
iunonis ꝯpatur rōne fertilitatis. vt dic
Isi. Nā solicitos ꝛ negociosos circa fru
ctuū collectionē homīes reddit. agros a
frugibꝫ ꝛ arbores a fructibꝫ orbatas red
dit. siccitate ꝛ frigiditate sua frondes et
folia mortificat ꝛ deijcit terrā sterilē ef
ficit ꝛ vim germinatiuā amputat ꝛ ꝑscin
dit. Est itaqꝫ autūnus frigidus ꝛ siccus
hūoris melācolici frigidi scꝫ ꝛ sicci gene
ratiuꝰ. cuiꝰ initiū ē cū sol primā ꝑtē libre
intrat cū sol ē in recta linea. s. i eqnoctia
li cuꝫ a septētrione ꝛ meridie eq̄ distat.
habet aūt tēpꝰ autūnale tres mēses sibi
deseruiētes vt di. ꝯstā. Primꝰ incipit qñ
sol ē in libra a. xvij. die septēbris vsqꝫ ad
xviij. diē octobris. ꝛ tūc incipit sol plꝰ de
clinare i meridie. Scđus mēsis ē in quo
sol est in scorpione a. xviij. die octobris
vsqꝫ ad. xvij. diē nouēbris. Tertiꝰ est cū
sol ē in sagittario. s. a. xvij. die nouēbris
vsqꝫ i. xviij. diē decēbris. vt dic ꝯstā. Au
tūnꝰ i suis q̄litatibꝫ veri ē ꝯtrariꝰ. ꝛ ideo
multaꝝ infirmitatū ꝛ pessimaꝝ ē genera
tiuꝰ. Vñ Ypo. i amplꝫ. In autūno acute
accidūt infirmitates ꝛ mortifere. super
quē locū dic Gal. Autūnꝰ pestilētior ē ce
teris tpibꝫ ꝛ i multis illaudabilis. Pri
mo ꝓpter mutabilitatē tpis. nūc enī est
calor nūc frigꝰ. scđo q2 cū sit ꝑ estatē in
uenit multos hūores incēsos ex calore
ꝓcedēte quos repercutit frigꝰ autūnale
ad interiora. ꝛ nō ꝑmittit eos exire q̄ pu
trefiūt ꝛ inducūt pessimas passiones vt
q̄rtanas ꝛ febres vix curabiles. Et hoc
q2 autūnꝰ frigidꝰ ē ꝛ siccꝰ ꝛ inordinatꝰ. Et
ideo i autūno nimia siccitate a q̄ ꝯsumit
substātialis hūiditas. corpa efficiunt de
biliora ꝓpt ineq̄litatē do aeris pori nūc
subito aꝑiunt. nunc subito ꝯstringūtur
Vñ fit calidaꝝ fumositatū retentio. q̄s
cū virtꝰ nō possit expellere multitudīe et
acumīe materie passiōes mortifere sub
sequūtur. pthisicis aūt autūnꝰ maxīe est
nociuꝰ. q2 frigiditate ꝛ siccitate sua pul
monē desiccat ꝛ rūpit ad modū pāpini ꝛ
ideo pthisicos valde ledit.

Capitulum. VII.

De hyeme

h Yems ab esido ē dicta. eo q tē
pore hyemali solet ire et volui
sol i breuiori circulo q̄ꝫ i estiuali. Vñ bre
uiores efficit dies ꝛ noctes lōgiores. vt
di. Isi. Est aūt initiū hyemis ſm ꝯstan.
cū sol ē in prima ꝑte capricorni ꝛ ē finis
descēsionis solis i meridie ꝛ iā paulatim
incipit ascēdere ꝯ septētrionē. Hꝫ etiaꝫ
hyems tres mēses sibi deseruiētes. Pri
mus ē in capcorno incipiēs in. xviij. die
decēbris vsqꝫ i. xvij. die ianuarij. Scđus
ē cū sol ē in aq̄rio a. xvij. die ianuarij vs
qꝫ ad. xvij. die februarij. Tertiꝰ mēsis ē

quādo sol ē in piscib⁹ et incipit a.xvi. die februarij vsq3 in.xxiij. diē marcij. vt di xit isti. Est aūt hyems frigida et hūida fleumatis nutritiua magis tn̄ dn̄at fri giditas q3 hūiditas. q2 magna fit aeris et aq̄ astrictō. et ogelatō ꝓpt nimiā sol' elō gatōez. ex q̄ frig' nō modicū tūc tpis ge nerat. Vn̄ hyems estati penit' ē ɔ̄ria. et iō oīa viuētia et nascētia bn̄ficio estatis ri gore hyemali mortificāt. et estatis ꝑcrit te vestigia ī hieme penit' anullāt. nubes et aq̄ꝝ inundatōes ī hyeme multiplicāt tā viē q3 semite lubrice et lutose ī hyeme efficiunt. pori terre glaciali frigore ɔ̄stri gunt. oīm corpoꝝ vmbre ī hyeme pl' q3 ī estate plongant. Poris terre clausis in supficie exteriori corpa infrigidantur. Interi' tn̄ ptes calide fugiētes dn̄antē frigiditatē maggerant. et ideo aq̄ putea les et fontane ī hyeme sentiunt magis ca lide q3 in estate. q2 calor naturalis fugi ens ɔ̄riā sibi aeris frigiditatē interiora petit et in venis puteoꝝ et fontiū se indu dit. et ideo ꝓpt caloris p̄ntiā aque in fon te vel in puteo nō gelant. Itē hyemalis asperitas boies efficit pigros et desides ad operādū. Neruī eī ɔ̄stringēte frigidi tate ɔ̄trahunt quodāmō et coartātur. p pter qd mēbra ad operādū ita de facili n̄ laxant. Itē ex frigore hyemale claudun tur pori. et reuocato calore naturali ad i teriora vtutes aīales ɔ̄fortant ꝓpter qd excitat appetit' et plura necessario ciba ria plus q3 in alijs tempoꝝib⁹ reqrūtur. Unde Ipo. in amplo. Uentres hyeme natura sunt calidiores et somni longissi mi. In his ergo horis plures oblatōnes dande sunt. calor enī est mult'. et multo indiget nutrimēto ꝛc. Itē qn̄ hyems su as excedit q̄litates. varie passiōes ī cor porib⁹ in ɔ̄cauitatib⁹ corporis aggregan tur q̄ nō inuenientes viā euaporatōis ca lefiūt et citi' putrefiunt ex quo necessario infirmitates varie pcreātur.

Capitulum. VIII.

De mense

Mensis est nomen grecum. et de lu ne nomine tractū. Luna enī gre co sermone mene vocatur. Nam apud hebreos menses legitimi nō ex cursu so lis sed ex lune motu cēcupant. Egyptij aūt primi ꝓpter velociorē lune cursuz no men mēsis primo ex solis cursu inuene runt. quoniā tardior solis mot' facilius poterat cōprehēdi. vt di. Isi. Est aūt tri plex mēsis. s. solaris q̄diu sol moratur ī vno signo pagrādo. et est vsualis illo spa ciū. s. dierū qd in nostris martilogijs cō tinet. Et est mēsis lunaris. s. spaciū quo luna recedit ab vno pūcto firmamenti rediēs ad idē punctū. et cōtinet ī se. xxvij dies et septē horas. Nā luna morat p du os dies in quolibet signo et bysse hore. ex eo vo q morat ī quolibet signo p duos dies. cū sint. xij. signi. habēt. xxiiij. dies ex eo vo q morat p. vi. horas ereūt tres dies q̄ pdictis. xxiiij. dieb⁹ adiūcti faci unt. xxvij. xij. vero bysse spaciū supplent vni' hore integre. ex quo pꝫ q luna cir cuit zodiacū a pūcto ad pūctū p. xxvij. dies et. vij. horas. Alio mō sumit mēsis lunaris p lunatōe. vt pꝫ ī āno lunari. q̄ re supra. Cōtinet itaq3 mēsis. iiij. septi manas. septimana. vij. dies naturales. dies. iiij. q̄drātes. q̄drās sex horas. hora iiij. pūcta. pūctū. x. momēta. momētum xij. vncias. vncia. xlvij. athomos. athom' vlteri' nō diuidit ꝓpter sui breuitatem. Sunt aūt mēses. xij. vsuales. quoꝝ pri mus dr̄ ianuari' a iano dict' cui fuit cōse cratus. q2 vt di. aug. gētiles credētes ia nū ducē quēdaz deū esse in his kal' ēdis eū plurimū venerabātur. et ei duas faci es figurabāt. vnaz p' se et aliā ā n. q2 erat termin' āni prioris et principiū sequētis Modo aūt dr̄ ianuari'. eo q sit limes et ianua āni. Vn̄ bifrons ian' depingit. vt anni introit' et exit' demōstret. vt di. Isi. Depingit aūt comedēs et de ciplo bibēs q2 tūc aīalia abūdantiorē cibi copiā exi gūt et reqrūt. q2 tūc tpis ꝓpter subintra tionē caloris ad interiora maxime viget appetit'. Iste etiā mēsis hꝫ noctes lōgas horaꝝ. xvi. et dies breuiores horaꝝ. s. viij.

Capitulum. IX.

De februario

Secundus mensis est februari' a februo. i. plutone dictus. cui mē

sis ille fuit antiquitus cõsecratus. nam ianuariũ dijs superiorib9. februariuz vero dijs inferiorib9. antiquus error gentilium cõsecrauit. et ideo februarius a februo. i. plutone deo infernoꝝ est nominatus. Est aũt mensis pluuiosus valde ⁊ aque sue ꝑ terraꝝ eleuationẽ q̃ in pluuias resoluũtur. ⁊ ideo dicitur sol tũc eẽ in aquario ꝓpter aquaꝝ inundatõez. Depingitur aũt februari9 senex ad ignẽ residens pedes calefaciẽs. q2 tunc tp̃is maxime viget frigus. ꝓpter diuturnã sol' elõgationẽ que ꝑcessit. Inter aũt oẽs menses februari9 mẽsis est min9. q2 nõ habet nisi. xxviij. dies quãdo nõ est bissext9. In bissexto aũt habet. xxix. dr̃ aũt februari9 apud hebreos sebath. apud grecos xendicos c9 nox habet. xiiij. horas. dies vo. x.

Capitulum. X.

De marcio

T Ertius mensis dicitur marcius a marte romane gentis auctore appellatus. Uel ideo sic est dictus. eo ꝙ tunc animãtia ad marẽ ⁊ coitũ moueantur vt dicit Isi. Dicitur autez marcius apud hebreos mensis adar. apud grecos vero vocatur distan. ⁊ habet. xxxi. dies. nox aũt habet horas. xij. dies. xij. In mẽse eni marcio est equinoctiũ vernale. sole inter septẽtrionẽ ⁊ meridiẽ mediã lineam tunc tenẽte. Et ideo in mẽse marcio aperiũtur pori terre atq3 humores incipiunt ascẽdere tam in aialib9 q3 in herbis ⁊ arborib9. Unde marcius pingitur tanq̃ vinitor vel ortulanus. q2 tunc est temp9 vt supflua a vitib9 ⁊ alijs arborib9 amputẽtur. In marcio autẽ est tempus valde mutabile ⁊ instabile. ⁊ ideo tunc tp̃is facilime corpa hoim alterant̃. Aq̃ aũt marciales sunt min9 sane ad bibendũ. q2 tũc ex semib9 piscuũ ⁊ ranaꝝ potissime inficiunt̃ sole in principio marcij in medio signi pisciũ existente.

Capitulum. XI.

De aprili

Q Uart9 mẽsis ẽ aprilis q̃ apd̃ hebreos dr̃ iar. apud grecos vo dr̃ xandicos hñs. xxx. dies. cui9 nox hz horas. x. dies vo. xiiij. Dicit̃ aũt aprilis quasi aperilis. q2 tũc oĩa aperiunt̃. ⁊ tũc germina flores ⁊ folia de terra ⁊ arborib9 egrediũtur. Et ideo aprilis depingit̃ gestãs florẽ. q2 in illo mẽse incipit terra decorari florib9 ac vestiri. Uel aprilis dicit̃ q̃si affrondilis. ab affron qd̃ est semẽ. q2 tũc apertis poris terre sunt arua apta seminationi ⁊ agriculture. sole circa medium marcij signũ tauri subintrãte.

Capitulum. XII.

De quinto mense

Q Uintus mensis est madius siue mai9. a maia matre mercurij dictus. vel dr̃ a maiorib9 natu q̃ in republica sunt maiores. vel dr̃ madi9 a madefactione pluuiaꝝ. q2 tũc tp̃is oriunt̃ pliades ⁊ hyades ⁊ alie stelle pluuiales. q̃rũ vtute mittuntur pluuie ⁊ rores ad seminũ iactoꝝ madefactõez ⁊ irrigatõẽ. Hic mẽsis apud hebreos dr̃ styabai. apd̃ grecos autẽ dr̃ antimoseos hñs dies. xxx. nox vero ei9 habet horas. viij. ⁊ dies. xvi. Est aũt mai9 temp9 amenitatis amoris ⁊ iocũditatis. Tũc eni marie vociferãt ⁊ gaudẽt aues. Tũc ad bella ꝓcedunt reges i maio prata ridẽt ⁊ florẽt. silue virẽt ⁊ oĩa fere aĩantia mouent̃ ad gaudiũ et amorẽ. ⁊ ideo sol dr̃ in medio maij intrare signũ geminoꝝ. q2 ꝓpter tẽperiẽ aeris ⁊ amenitatẽ tp̃is iocũditas in hoib9 geminatur. Uñ mai9 temp9 est solacij ⁊ deductionis. ꝓpter qd̃ depingit̃ iuuenis equitans ⁊ gestans volucrẽ super manũ.

Capitulum. XIII.

De mense sexto

S Ext9 mensis dr̃ iuni9 a iunioribus dict9. eo ꝙ popul9 roman9 in cẽturias iunioꝝ ⁊ senioꝝ fuit diuisus. vt dicit Isi. Est aũt mẽsis iuni9 finis veris ⁊ principiũ estatis. ⁊ dr̃ apud hebreos thebath apud grecos vero deseos hñs dies. xxx. nox vo hz horas. vi. dies vo. xviij. Est aũt mẽsis solsticialis q2 i ei9 medio intrat sol i cancꝝ. tũc aũt calore solis hũorẽ in radicib9 desiccãte oĩa tendũt ad maturitatẽ et ideo depingit̃ secãs fena. q2 fena in pratis tunc tp̃is sunt matura.

Capitulũ. XIIII.

De mense septimo

S Eptimus mensis dr iuli⁹ a iulio cesare sic vocat⁹. qr in illo mẽse fuit nat⁹. vel vt dr tũc tpis fuit ad imperiũ sublimat⁹. Dicit aũt apud hebreos canilis. apud grecos panemos. Hꝫ aũt dies. xxx. cui⁹ dies habet. xvi. horas. nox vero. viij. Est aũt mẽsis iste feruẽtissim⁹ qr in medio isti⁹ mẽsis sol incipit esse in leone ⁊ incipiũt dies caniculares. ⁊ ido tũ ex sole. tũ etiã ex calido signo ⁊ calidissimo sydere fit excessus tũc tpis i calore. tũc etiã intẽdũt oẽs calide passiões ⁊ tũc ẽ tps marie discõueniẽs medicine ex nimio calore ad interiora radicit⁹ sub intrãte ⁊ hũorẽ ꝯsumẽre segetes maturescũt. Vñ iuli⁹ depingit cũ falce segetez resecãte. qr tũc est temp⁹ ꝯgruũ messiõi.

Capitulum. XV

De octauo mense

O Ctauus mensis est augustus ab augusto cesare nuncupatus. qui apud hebreos dicitur ebal. apud grecos ioz. habens dies. xxxi. cui⁹ nox habet horas. x. ⁊ dies. xiiij In hoc mẽse fruges in horrea recolligunt. ⁊ ideo depingit⁹ cum flagello triturãte denudat terra a frugibus ⁊ spoliat. ⁊ ideo dr sol i medio augusti signũ vginis subintrare. sic eni vgo sterilis est ⁊ infecũda sic terra ẽ qsi sterilis quãdo a suis fructibꝫ est ablata.

Capitulum. XVI.

De septembri.

S Eptember est nonus mensis sic dictus. qr est septim⁹ ab imbre tpaneo. s. a marcio qñ solent imbres inundare. ⁊ dr apud hebreos tarlã. apd grecos cortos hñs dies. xxx. cui⁹ nox hꝫ horas. xij. ⁊ dies. xij. In isto eni mẽse fit eqnoctiũ autũnale. nam in ei⁹ medio sol ingreditur signũ libre. Est aũt mẽsis iste finis estatis ⁊ principiũ autũni in quo vindemia fit matura. ⁊ ideo depingitur tanq̃ vindem ator racemos colligens in corballo. Est aut mensis iste mutabilis et instabilis. cui⁹ calor in principio ẽ intẽsus. sed in fine remittitur ⁊ tepescit iam frigiditatẽ sapiens autũnalẽ. Fuit autẽ mensis iste apud hebreos valde celebris ⁊ solẽnis. nam apud eos dies septimus. mensis. vij. ⁊ annus. vij. in summa veneratione habebatur.

Capitulum. XVII

De decimo mense

D Ecimus mẽsis est october sic dictus. qr ab imbre est octau⁹. qui apud hebreos dr marizon. apud grecos ipleos. hñs dies. xxxi. cui⁹ nox habet horas. xiiij. dies vo. x. qui in pncipio sui adhuc est calid⁹ sed in fine forti frigore corpus pũgit. ⁊ ideo in ei⁹ medio sol dicitur intrare signũ scorpionis. q̃ est vnius facie blandiẽs ⁊ cauda pungẽs. Hic mẽsis qr naturalit⁹ est frigidus ⁊ sicc⁹ terraꝫ desiccat ⁊ eã ad susceptiõeꝫ seminũ disponit ⁊ habilitat. Vñ tũc tpis semina hyemalia glebe cõmẽdant⁹. ⁊ ideo depingit⁹ i similitudinẽ hominis seminãtis.

Capitulũ. XVIII.

De vndecimo mense

V Ndecimus mensis est nouẽber sic dictus qsi ab imbre non⁹ apd hebreos dr casleu. apud grecos dyos habens dies. xxx. cui⁹ nox hꝫ horas. xvi. dies vo. viij. Hic mẽsis frigiditate sua penetrat ad interiora ⁊ grauit⁹ ledit corpa ⁊ ideo in ipsi⁹ medio dr sol signũ sagittarij subintrare ⁊ siccitate ⁊ frigiditate sua ꝯstringit et desiccat ⁊ deijcit arbor folia. poros etiã in aĩalibꝫ claudit. ⁊ recollectis humoribꝫ intrinsec⁹ eos ꝯgelat coagulat ⁊ cõpingit. Et ideo tũc tpis aĩalia maxime porci multũ impinguant⁹. ꝓpter qđ depingit⁹ qsi rustic⁹ querc⁹ pcutiẽs ⁊ glandibus reficiens porcos suos.

Capitulum. XIX.

De decembri

D Ecember duodecimus mensis est sic dictus. quia ab unbre marcij est decimus. Marcius quidẽ est mensis pluuiosus. hic apud hebreos dicitur thubeth apud grecos epileos. habẽs dies. xxxi. cui⁹ nox habet horas. xviij. dies

vero.vi. Hic mensis est solsticialis. qr in eius medio sol ingredit signū capricor/ni. quādo ita est a remotis de nostro habitabili ꝙ nō pōt a nobis plꝰ aliqualiter elongari. ⁊ tunc a circulis meridionalibus incipit paulatim reuerti ⁊ ascendere per circulos boreales. Est aūt finis autūni ⁊ principiū hyemis que se extendit vsqꝫ ad.xvij. diē marcij vbi incipit tempus veris. In hoc mēse ꝓpter asperitatē frigoris sunt altilia et aīalia domestica multe quietis ⁊ paruu motus. ⁊ ideo plurimū impiguātur. Vñ tunc tpis interficiūtur potissime ⁊ mactantur. ꝓpter qḋ depingit tanqꝫ carnifex qui cū securi ꝑcutit et mactat porcum suū. Ex his enim duodecim mensibus perficitur annꝰ tam solaris qꝫ lunaris.

Capitulum.XX.

De hebdomada et diebus

Hebdomada siue septimana a septem dierū numero est vocata. cuius replicatione mensis ⁊ anni ⁊ secula peraguntur. Ab eodem eī die incipit ⁊ in eodem terminat. cuiꝰ partes sunt dies artificiales ⁊ naturales. Sūt dies dicti a dijs quoꝝ nomina quibusdam syderibꝰ sunt ab antiquis cōsecrata. Primū soli ascripserūt qui princeps est syderū et dominꝰ planetarū. et ideo dies dominica nūcupatur. que priuilegiata est in multis. quia in die dominica mūdus est creatus ⁊ in eadem dominus natus fuit. ⁊ in eodem dominus resurrexit. ⁊ in eadem etiā dominus misit spiritū sanctū. Secundū diem ascripserūt lune. que soli in magnitudine ⁊ splēdore proxima est. Tertiū autē marti. et sic de alijs. Dierū autē alius est egyptiacus. alius non. Egyptiacus est dies ille in qua misit deus plagam aliquā in egyptum. Unde cum sint vigintiquatuor dies egyptiaci. patet ꝙ plures misit deus plagas super egyptios qꝫ decem que inter ceteras magis sunt famose. Ponūtur autē in kalendario ecclesie. nō quia aliquid sit in illis plus qꝫ in alijs omittendum. sed vt miracula dei ad memoriam reducātur. Dierū alius est artificialis siue vsualis alius est naturalis. Artificialis est spaciū quo voluitur sol in nostro emisperio ab oriente ad occidentem. ⁊ dicitur artificialis quia quasi artificio diuersificatur ſm diuersos situs clymatū et regionū. Naturalis est spacium quo sol voluitur ab oriente per occidentē in orientem. et talis dies continet horas.xxiiij. Artificialis vero dies ꝯtinet in equinoctio.xij. horas. In alijs vero temporibꝫ plus vel minus ſm dierum incrementū vel decrementū. Dierum autē alius nominat a kalendis alius ab idibus. alius a nonis. Primꝰ autē dies mensis dicit nomine kalendarū. a kalon qḋ est voco quia tunc solebant mercatores ad nūdinas ꝯuocari. ⁊ erat festum solēne. quod vocat festū neomenie. id est. noue lune. quia tunc luna videbatur esse noua. None dicūtur quasi nundine. quia tunc nūdine inchoabant. Idus idem est qḋ diuisio. qr tunc nūdine diuidebāt. Ex quo patet triplex dierum differentia. s. kalendaris. deputata ad celebrandū. nonalis attributa ad negociandū. idualis statuta ad recedendū a nūdinis ⁊ ad ꝓpria reuertendū. Dies autē naturalis cōstat ex.xxiiij. horis quibus sol circa totam terrā raptu firmamēti circūfertur. Cuiꝰ partes sunt quadrās hora. punctū. momentū. vncia. athomus. Est autē quadrās quarta pars diei naturalis. s. spaciū sex horarū. Hora sexta pars est quadrātis. i. vicesimaqrta ps diei naturalis. Et dicit hora extrema ⁊ finalis pars tpis. sicut ora dicitur extremitas fluuij siue maris. vt di. Isi. Punctum est quarta pars hore. Momentū est decima pars puncti siue quadragesima ps hore. Et dr momentū qsi minimū atqꝫ angustissimū tempꝰ a motu syderū nūcupatū. Uncia aūt dr.xij. ps momēti. Athomꝰ est quadragesimaseptima ps vncie. et dicit athomꝰ qsi sine diuisione. quia vltra athomū nō recipit subdiuisionem. Dies itaqꝫ est illuminationis a sole receptiua ⁊ luminis recepti ad alios diffusiua. vñ dies a dian greco deriuat. Est aūt dian idē qḋ claritas. vt di. Isi. Itē dies mensiū annoꝝ ⁊ tempoꝝ est de

scriptiua r distinctiua. Omnia eni tempor r seculor curricula dierum numero cōputanf. Item fm accessum solis r recessum est dies breuitatis vel magnitudinis receptiua. Et ideo ppter solis elōgationē a nostro habitabili in hyeme est breuissima. in estate autē longissima. qz tūc sol nobis vicini9 appropinquat. Itē syder r corpor supior ē dies occultatiua qz quāto dies est clarior. tāto stelle a nostris aspectib9 ampli9 elonganf. Itez ind colores r terū visibiles formas est dies discretiua. Nam figure r forme q̄ de nocte latent de die patent. vt dicit Beda. Item diei p̄sentia auiū lucis est letificatiua. in ortu eni diei gaudēt r cantant aues. Item viatorib9 est dies securitatis r pacis tributiua. latronib9 inimica r timoris incussiua. latrones eni de die timent. Item diei claritas est tenebrositatis noctis euacuatiua. r ipsi imediate successiua. r quāto nox p̄cedēs magis tēpestuosa est r turbulenta. tanto est succedentis diei p̄ntia magis grata. Itē dies est status sui immutatiua. crescit eni cōtinue r decrescit. r quāto plus decrescit r abbreuiaf in hyeme. tanto plus in estate plongatur. Item dies est a torpore r sompnolentia excitatiua. nam dies exercitio r labori hoim deputaf. r quanto pl9 dies declinat versus finē. tanto sapiens operarius ad pfectionē diurni operis pl9 conatur. vt dicit Gregorius.

Capitulum. XXI.

De aurora

Aurora finis est noctis p̄cedētis r diei sequētis principiū. r dicitur aurora. vt dicit Isidor9 quasi aurea hora eo q rutilātē ad modū auri diffundit colorē. Unde r sol in aurora a grecis crisosdomos. id est. auri domus apellaf. Nam radij eius splendentes aureas comas demonstrant. Uel dicit aurora q̄si aura torans. eo q in aurora ros generatur. Ex cuius humectatione infunditur terra r aeris caliditas tempatur. Aurora lumen a sole impetrat. clarior est ipsa nocte. sed obscurior claro die. Aues mūdas r diurnas ad volandū r cantandu3 excitat. nocturnas autez fugat. In ortu autem aurore flores primo clause apiūtur. r herbe que estu p̄cedente marcescūt in aurora erigūtur. vires aīales in aurora cōfortanf. r animaliū egritudines alleuianf r diminuunf. In aurora autē humor sanguine9 principaliter dominaf. Unde fm Cōstan. aurora vsq3 ad tertiam imitaf natura3 veris. meridies estatis. hora vespitina tpis autūnalis. nox vero hyemis qualitatib9 assimilatur. in aurora ppter dñium sanguinis somn9 dulcis est r salubris. tunc etiā tpis marie galli ad vociferandū cōcitanf. Oritur aūt lucifer in aurora et orientis solis p̄sentia nunciaf esse prima et vicina. Aurora a tenebris incipit. sed vsq3 ad pfectione3 luminis pficit r pcedit. Uariat autē in ortu solis colorē suū. Unde nunc croceū nunc purpureū nunc aureū pretendit colorē. Accidit autē hec varietas ex diuersa qualitate vaporū r nubiū in quib9 fit depressio solariū radiorū vt dicit Beda. Nimia autē serenitas in aurora cum radijs solarib9 directis contra austrum signū est future tempestatis. vt dicit ide3 Beda. Idem autē est aurora r diluculū sic autē dicif quia est diei lucidū r luminosum principiū. Est eni diluculu3 fm Isido. terminatio noctis r inchoatō plene lucis. alleuiatio infirmitatis. expeditio ab inimicis. In diluculo autē fugiunt hostes r latrones. vt ide3 dicit. Idē est mane quod diluculū. Nam mane est lux plena r matura. r dicitur a man qd est bonu3. eo q luce nihil est melius fm Isido. Est autē mane principiū laboris et finis dormitatōnis. tempus sobrietatis r perfecte celebrate digestionis. paulatim nocti finem imponit r cito transit rerum qualitates r species r figuras preostendit r precludit.

Capitulum. XXII.

De meridie

Meridies est dicta quasi dies media. na3 in meridie in medio celi videtur consistere sol r in medio puncto inter ortū r occasum existens videf equaliter ab vtroq3 tunc distare. vel dr

meridies quasi mera dies. qr tunc puri or et clarior est quando sol de medio celi rutilat et totũ orbem pari illuminat cla/ritate. vt dic Isi. Hec hora calidior est et siccior et in suis qualitatibus est similior estati. et hoc accidit ꝓpter quatuor. s. ꝓpter di/rectam solis ad capita nostra oppositio/nem. ꝓpter radiorum solarium reflexionem et propter directã duplicatõez. et propter radiorum spissitudinẽ et eorum cõfractionem. propter linearũ angustiaz sub quibus ra/dij coartãtur. Aer etiã tunc temporis propter multiplicationẽ et cõcursum radiorum ma/xime calefacit. et ideo amplior tunc calor in istis inferioribus generatur. In meridia/na autẽ hora vmbra vniuscuiusqz corpo/ris est breuissima. et a meridie versus se/ptẽtrionẽ tũc tpis est extẽsa. et quãto sol plus recedit a meridiano circulo tanto obiecti corporis vmbra amplius elongatur. vt dicit Beda. In meridie flores et her/be arescunt. sed fruges et fructus potissi/me maturescũt. animalia loca vmbrosa propter solis feruorẽ querũt et in suis sta/bulis requiescũt In meridie aialia ve/nenosa sicut colubri et serpentes plus le/dunt. quia venenũ suũ facilius tũc emit/tunt et effundũt de mane etiã propter fri/giditatẽ nocturnã pcedentẽ rigescũt. et ideo in eis vis veneni cõsopitur. sed in meridie calefiũt. Unde tũc ad pungẽdũ et virus veneni infundendũ fortius in ardescunt. Unde in feruore meridiano cauernas exeunt. et calefactionis gratia soli se exponunt sm Isi.

Capitulũ. XXIII.

De vespera

Espera a vespero stella occidẽtali est dicta. Uesperus enim est stella que solez occidentẽ sequitur et tenebras sequentes comitatur. vt dicit Isidorus Uocatur autẽ vesper serũ a ianuis seratis sic dictũ. Quãdo enim venit vespa fores serãtur vt omnia in domo maneãt tutio/ra. et dicitur etiã crepusculũ id est dubia lux qñ inter lucẽ et tenebras discernere nõ est certũ vt dicit idem. In vespe igitur dies finitur et solares radij a terre supficie subtrahũtur. imminente vespera vmbre corporum maxime ptẽduntur. flores q̃ cõtra solem aperti fuerãt propter solis absen/tiã in se claudũtur. pari etiaz corporum qui ex calore diurno aperti fuerant propter remissionẽ caloris in vespere cõstringun/tur. exalationes et fumosi vapores q̃ ma/teria sunt nebule et nubis vespertino tẽ/pore resoluũtur. homines et animalia et etiam volucres propter resolutionẽ fu/mositatum in eorum corporibus ad somnũ et dormitationẽ tunc disponũtur. aues no/cturne sicut bubones et noctue de suis la/tibulis ad sua pascua ꝓcuranda tempo/re vespertino egrediũtur. greges a pasto/ribus a pascuis reducte caulis et alijs oui/um receptaculis recolligũtur. Lupi a ca/nibus in vespere vix discernũtur. vigiles et custodes propter latronũ insidias et ho/stium insultus in muris et turribus statu/untur. in vespere autẽ laborantes remu/nerantur et quieti exponuntur.

Capitulũ. XXIIII

De nocte

n Ox a nocẽdo est dicta eo q oculis nocet. nam oculum priuat a sua perfectione. s. ab actu videndi. oc/cultat enim rerum colores in quibus ocu/lus delectatur. Causatur autẽ nox ab vm/bra terre cuius interpositio intercipit a nobis solares radios et impedit ac tol/lit a nostris aspectibus visum solis. Est autem nox frigida et humida qualitati/bus hyemis simulima. et ideo quieti ani/malium virtutũ est congrua et operatio/ni naturalium effectuũ necessaria. Un/de nox est tempus dormitionis et quie/tis vt virtutes que per vigilias diurnas distracte et disperse fuerant debilitate be/neficio noctis quiescant et coadunẽtur. et sic coadunate confortẽtur. Ne nox ꝓ/pter solis absentiã esset penitus indeco/ra stellarũ fulgoribus illustratur vñ ex stel/larum motu noctis tenebrositas mino/ratur. et noctis cursus et processus discer/nitur aeris etiaz nocturna densitas tpa/tur. vt dicit Albu. et ideo in nocturnis tenebris ambulantes vel nauigantes de/facili deuiant nisi eorum via per motum et sideruũ situz dirigat. Omnis infirmi/

tis plus extendit generaliter nocturno tpe q̄ diurno, ⁊ patiēs de nocte plus q̄ de die aggrauat. p gallor cātū finis noctis pdicit. ⁊ aduētus future diei pnunciatur. Nox etiā fm excubias militares in q̄tuor vigilantiū ordines distribuit. vt di. Beda. Nā primi vigilāt in noctis cōcinio. secūdi in cōticinio. tercij in media nocte siue ipsi noctis intēpesto. q̄rti in gallicinio. Omni enī tpe i castris vigilant ⁊ excubant. q2 semp inueniūt qd formidāt. vt dic idē sup Lu. xij. Pter hec nox ē ex se horroris et timoris incussiua fantasmatū ⁊ illusionū ɔtētiua. plura eī fantasmata occurrunt de nocte q̄ de die plures etiā occurrūt dormiētib de nocte q̄ de die vigilantib fantasie. sicut dicitur. multa passa sum per visum ppt ipm Matth. xxvij. Nox etiam est cōdensationis ⁊ infectionis aeris inductiua. tanta enī de nocte fit ex fumis et vaporosis exalationib aeris immutatio ⁊ infectō q vix animātia viuerēt nisi luna ⁊ sydera suo motu contra hui malicia obuiarent fm Albu. Nox etiam est illorū que claritate diei occultātur manifestatiua sydera enī de die latent. de nocte vero lucent. Immūdor animaliū est nutritiua nam aper et alie fere siluestres de die in suis foueis ⁊ antris latitāt. de nocte vo per vineas ⁊ agros euagari non cessant. Audacie ⁊ securitatis maleficis est sepius pstatiua. Nam de die deprehendi timēt latrones ⁊ fures q̄ nocturno tpe ad omne flagiciū sunt audaces. vt dicit greg. hora tempestatis nocturna mora pclitātibus in mari est maxime nociua. quia quādo nox naufragiū patientib superuenit euadēdi locus alicui vix occurrit. vt dicit grego. Totius medietatis vite humane est nox insensibiliter ɔsumptiua. tantū enī tpis consumim dormiendo de nocte quātu de die vigilando. vnde nox subtrahit quo ad laborē partē maximā vite nostre. vt dicit Hal.

Capitulū. XXV.

De sabbato

s Abbatum est precipuum septimane festum. quod ad celebrandum ideo in die. vij. fuit a domino institutum. quia die. vij. requieuit dominus ab omni opere ⁊c. Gen. ij. Unde apud hebreos ita pualuit hec solēnitas intantū q nullū opus seruile sabbatis fieri permittebatur. imo in sabbatis seruis ⁊ ancillis ⁊ animalib ⁊ iumētis requies fieri iubebatur. Ignis in domib iudeorū in sabbatis nō accendebatur. Cibus in die sabbati necessarius in die pcedente pparabatur. Cultiorib indumētis populus in sabbatis ornabatur. Lautioribus cibis ⁊ epulis cōmuniter populus i sabbatis vtebat. Templū orōnis gratia plus q̄ in alijs dieb frequētabatur Altaria sacrificijs maiorib ⁊ oblationibus pinguiorib semp in sabbatis cumulabātur. lex in sabbatis semp populis a sacerdotib exponebat in eor synagogis. Cantus cū psalmodia solenni agebat. ois discursus ⁊ euagatio pplo phibebat. Unde iter sabbati spaciū tantūmodo mille passuū vocabat. plus eī ambulare in sabbatis illicitū putabatur sicut dicit glosa super actus aplor. Arma sumere nisi solū p defensione legis non ɔcedebatur. vt patet. i. Mach. ij. In q̄te igitur sabbati quies animi figurabat. violator sabbati sine misericordia interfici iubebat. vt p3 in illo q̄ colligēs ligna in sabbato iubente domino lapidib fuit a populo interfectus.

Capitulū. XXVI.

De neomenia

n Eomenia idē est apud hebreos qd noua luna. ⁊ erat solēnitas in kalendis mensiū ad honorem dñi qui renouat omnia instituta. Quod enī fecerunt gentiles in principijs mensium ad honorē diane ⁊ iunonis. fecerunt hebrei in kalendis mensiū ad honorē creatoris Et ideo principia mensiū dicitur kalēde quasi colende. vt dic Isi. vel dicunt a calo grece qd est voco latine. q2 tubis ⁊ buccinis hec solēnitas pnūciabat ⁊ clangore buccine populus ad festum neomenie vocabatur. Hec festiuitas multum fuit celebris ⁊ insignis. ⁊ ideo spiritualibus hostijs honorabatur et poplus ad

epulandum et conuiuandum in kalendis tubis et buccinis specialiter inuitabatur.

Capitulum .XXVII

De septuagesima

S Eptuagesima est spacium .lxx. dierum qui extenduntur a dominica que dicitur septuagesima usque ad sabbatum pasce. et dicitur sabbatum in albis. In his autem .lxx. diebus signantur .lxx. anni quibus filii israel captiui fuerunt in babilone. per quos continue fuerunt in miseria et dolore. sed accepta licentia a ciro rege reuertebantur finitis .lxx. annis cum gaudio et honore. In his autem .lxx. annis captiuitatis babilonyce prefigurabatur totum tempus vite nostre quo diu culpe subdimur atque pene. Et ideo culpa primi hominis cum pena sibi inflicta legitur in ecclesia in prima dominica quando septuagesima inchoatur. Unde in signum presentis miserie cantica leticie subticentur. nuptie et coniuga donec transeat pasca suspenduntur. In pasca autem alleluia cum aliis iocunditatis canticis resumitur. quia per passionem christi seruitus humani generis relaxatur. Pena tamen adhuc remanet. et ideo in septimana pascali cantatur graduale cum alleluia. remanente adhuc pena. quia adhuc cum spiritali leticia quam habet ecclesia pro remissione culpe. remanet quedam tristicia. sicut populus israelitic' de sua reuersione libera in hierusalem multum exultabat. sed nihilominus pro difficultate itineris plurimum laborabat. Sic nos tendentes ad patriam gaudem' per gratiam nostre redemptionis sed adhuc lugem' pro peccatis. Cum autem vite presentis septuagesima fuerit adimpleta. tunc fulgebimus in albis in agni presentia. Et ideo sabbato in albis cantatur duplex alleluia. quia finito labore vite presentis cum peruenerim' ad eterne quietis sabbatum gaudebim' stola duplici nobis tunc temporis restituta. In signum miserie vite presentis cantatur in introitu misse. Circumdederunt me etc. Pro spe autem reuersionis inuitamur in epistola ad currendum in stadio et ad laborandum in vinea domini sabaoth docemur in euangelio. Hec omnia ex summa et sententia Iohannis beleth sunt extracta. Cuius autoritas in ecclesia solemnis est maxime in officiis ecclesiasticis ordinandis.

Capitulum .XXVIII.

De quinquagesima

Q Uinquagesima quasi quinquies decem est vocata. et significat tempus remissionis secundum expositionem ipsius Iohannis beleth. Nam ann' quinquagesimus dicebatur annus iubileus. qui apud hebreos fuit summe celebris et festiuus. Annus enim fuit reuersionis possessorum, remissionis debitorum. restitutionis perditorum. Incipit autem quinquagesima in dominica tercia a septuagesima et finitur in dominica resurrectionis. Significat enim statum gratie ad quam restauramur mediante beneficio penitentie. Unde et ieiunium ecclesie incipit in medio quinquagesimalis septimane. et tunc frequentius quinquagesimum psalmum qui est penitentialis recitamus in diuino officio. in singulis fere horis psalmus ille penitentialis qui Miserere mei deus intitulatur reperitur. Obseruatio anni quinquagesimi qui dicebatur in lege iubileus incepit secundum hebreos ante legem. scilicet a tempore abrahe qui liberauit loth nepotem suum qui tunc temporis fuit annorum quinquaginta. Et ideo ab illo tempore inter filios abrahe seruabatur. quod precedente tempore sub lege propter mysterium approbabatur. vt patet in numeris.

Capitulum .XXIX.

De quadragesima

Q Uadragesima est tempus quadraginta dierum. vt dicit Iohannes incipiens a prima dominica quadragesimali. et se protendit vsque ad domini cenam in qua dominus noster noui testamenti sacrificium inchoans pane angelico nos refecit in quo nobis significatur quod qui quadragesimam penitentie presentis vite spiritualiter peregerit. diuine contemplationis societate finaliter perfruetur. Est autem quadragesima tempus militie christiane in quo actu' contra vicia dimicam'. Huic ei dierum numerus ad

nostrā assumim⁹ militiā nō solū p exem plū moysi ⁊ helye. sed etiā p imitationē iesu christi qui tot dieb legit̄ ieiunasse. Bene aūt sub hoc numero ieiunam⁹. Nā pro eo q̄ cōstat ex denario quater in se re uoluto decalogū sub denario ⁊ euāgeliū sub q̄ternario representat quib armis spūalib noster aduersari⁹ supatur ⁊ ter ra viuētiū iure hereditario possidetur. si cut terra pmissionis finita quadragin ta annorū pugna in deserto filijs israel cōcedebat̄. Fruct⁹ etiā militie nostre oñ ditur sub hoc numero. Nā quadragena rius collectis partib ipsum diuidenti bus pducit numerū quinquagenarium qui numer⁹ remissionis debitorꝫ ⁊ heredi tatis amisse restitutionē signat. Ex quo ostendit̄ q̄ dimicādo cōtra vicia remis sionē cōsequimur peccatorꝫ ⁊ heredes effi cimur bonorꝫ eternorꝫ. In hoc eni nume ro vite nostre decimas ⁊ primitias dño cōsecramus. Nā p decima. ccclx. dierū ie iunamus. xxxvi. dies p decima. vi. dierꝫ et horarꝫ qui residui sunt de anno integro vnū diem vt in summo soluat̄ deo p de cima anni. xxxvij. ieiunabiles. ⁊ tres di es de ieiunio quatuor temporū pro pri mitijs offerūtur. Hoc autē facim⁹ vt of ferentes deo primitias nostri temporis in fide trinitatis ⁊ decimas in cōpletio ne decalogi per fidē ⁊ bonos mores pri mogenitorꝫ dignitatē ⁊ eterne felicita tis denariū assequamur. Et q2 quadra gesima est temp⁹ militie. ideo ⁊ in euan gelio agitur de militia ⁊ victoria ipsius christi. In tractu vo quatuor impugna tionū ⁊ temptationū genera demōstran tur. quarū prima est leuis ⁊ occulta. s. ti mor noctur̄n⁹. secūda est leuis ⁊ manife sta. s. sagitta in die volās. tertia est gra uis ⁊ manifesta. s. occursus demonij me ridiani. quarta est grauis ⁊ occulta. ⁊ hoc est negociū in tenebris ambulās. Con tra istas itaq3 multiplices impugnatio nes munimur spūali armatura ad quas nos instruit aplus in epla ⁊ inuitat vbi dicit. Exhibeam⁹ nos sicut dei ministros per arma iusticie virtutis dei ⁊c̄. Inter oia aūt tpa anni. temp⁹ quadragesimale magis est nobile ⁊ insigne. Est ei temp⁹

reuiuificatōis. q2 terra q̄ in hyeme vide batur q̄si mortua tpe quadragesimali re uiuiscit ⁊ virescit. Itē temp⁹ est renoua tionis. nam terra herbis ⁊ floribus ⁊ arbo res frondibus renouant̄ ⁊ ornant̄. Itē tē pus est impgnatiōis ⁊ fecūdationis. q2 tūc virt⁹ generatiua in aīalib ⁊ plantis maxime viget. vñ tunc pullulāt ⁊ germi nāt terrenascētia vniuersa. Itē temp⁹ ē nidificatōis ⁊ pullificatōis. vñ turtures ⁊ ciconie ⁊ alie volucres q̄ aberant tota hyeme tpe hyemali adueniunt ⁊ ad nidifi candū solicite sunt. Itē temp⁹ ē medici ne ⁊ purgationis. q2 tūc maxime mouēt̄ humores in corpe ad exeundū. ⁊ iō tūc est temp⁹ cōgruū medicine. Itē temp⁹ ē lucri ⁊ negociatōis. tūc ei arabilis ē ter ra ⁊ mare nauigabile. ⁊ ideo solēt hoies vernali ⁊ quadragesimali tpe ob spē3 lu cri ad diuersa negocia se mouere. Item temp⁹ ē resecatōnis supfluorꝫ ⁊ amputa tionis. ⁊ ideo in q̄dragesima amputant̄ vites ⁊ alie arbores q̄ a supfluis exone rant̄. Itē temp⁹ ē lachrymatōis vinearꝫ incisarū ⁊ germinationis. Nā humor qui erat supflu⁹ in radice euaporat. ⁊ distillā do se euacuat incisa vite. virtus etiā ger minabilis tūc erūpit. ⁊ p diuersas par tes in ppagine se oñdit. Itē temp⁹ est se minatiōis ⁊ insertōis. q2 circa q̄dragesi mā semia terre cōmittūt̄. ⁊ surculi i arbo ribus inserunt̄. Itē temp⁹ ē roris ⁊ pluuia lis irrigatōis tunc eni oriunt̄ pliades ⁊ alie stelle imbrifere. que sunt cā roris ⁊ pluuie ad iactorꝫ seminū irrigatō3 ⁊ nu trimētū. vt di. albu. ⁊ Beda. Itē temp⁹ est deambulatōis ⁊ pegrinatōis. q2 tūc ecclie ⁊ sanctorꝫ limia marie frequētant̄

Capitulū. xxx.

De pascate

Pasca grece passio dicitur latine a patin quod est pati. hebraice vero idem est quod transitus. eo q̄ in pa sca iudeorū agnus imolabatur. assus co medebatur. et nihil ex eo vsq3 in mane derelinquebatur. quod comedi non po tuit igni cremebatur. cū festinatione. et lactucis agrestibus et panibus azimis comedebat̄. ab incircūcisis ⁊ imūdis co

medi, phibebat. accincti fuerūt hebrei ꝛ
pedibꝰ calciati quādo ab eis comedebat
in manu mādu cātis agnū baculus tene
batur. sanguine agni linitis domoꝝ po/
stibus virtus exterminātis angeli coer
cebatur, q2 non habuit potestatē nocen/
di vbi domoꝝ postes cū supliminaribus
fuerūt tunc liniti. In comestione agni
imolati trāseunte dño per egyptum egy
ptioꝝ ꝑtꝰ percutiebat. ꝑplus vo hebreo
rum ab egyptioꝝ crudeli dñio liberabat
Unde ex eo ꝙ primogenita egyptiorū
interficiebant hebreoꝝ primogenita sā
ctificabant. Post comestionē vo agni po
pulus ꝑcedente colūna ignis et nubis
illesus ꝑ mare rubrū de egypto educeba
tur. Pharao aūt ipsos ꝑsequēs cū toto
suo exercitu ꝑceps in medijs fluctibus
submergebat. Tandē in fine cum hym
nis ꝛ canticis ꝓ sua liberatione ꝛ hostiū
submersione. gratiarūactiones dño sol
uebātur. Hec omnia in exodo ꝑ ordinē
continētur. ca. xij. xiij. ꝛ. xiiij. Et ideo in
memoriā interfectionis egyptioꝝ et li/
berationis hebreoꝝ moleuit cōsuetudo
et semp de duobꝫ damnādis ad mortē.
vnus in pasca iudeoꝝ interficeret. ꝛ ali
ter liber dimitteretur. vt patet Math.
xxvi. Istud aūt pasca iudeoꝝ exemplū
fuit ꝛ figura pasce christianorum in quo
mediāte sanguie agni imaculati q abstu
lit peccata mūdi omnes electi a seruitu/
te demonū sunt redempti. per quē verū
faciunt transitū de carne ad spum. de ve
teri homine ad nouū. de vmbra ad lucē.
de mūdo ad celū. de figura ad veritatem
de seruitute ad glorie filioꝝ dei libertatē
Et ideo dies pascalis est tempꝰ leticie ꝛ
exultationis. tempus nouitatis ꝛ reno
uationis. tempꝰ puritatis ꝛ iocunde re/
fectionis. q2 resurrectionis filij epulant
nō in fermento veteri malignitatis. sed
potius in azimis sinceritatis ꝛ veritatis
Nostrū aūt pasca semp in die dñico ce
lebramus verno tpe luna adhuc plena.
In dñica aūt semp celebramus ꝓpter re
uerentiā dñice resurrectionis. non aūt
semp celebramꝰ in. xv. luna cū iudeis ne
iudaizare videamur. Nostrū insup pa
sca large sūptū ad multa se extēdit. ꝛ pri

mo ad diē in ramispalmaꝝ qđ vulgari
ter pasca floridū dr. eo ꝙ in illo die florē
tes arboꝝ et virentes ramos in manibꝫ
gerimus. q2 dominꝰ illo die ꝓcessionalit
cum ramis arboꝝ est susceptus. Hec di
es est priuilegiata in hoc ꝙ filij israel il
lo die sub iosue transito iordane sicco ve
stigio terre intrauerāt terminos ꝓmissio
nis ꝛ comederāt de frugibus terre cha/
naan. et statim defecit manna quo aliti
fuerūt in deserto quadraginta annis. vt
patet Josue. ij. In eodem etiā die sicut
tunc erat dies palmarū eiecit dominus
de templo ementes ꝛ vendentes postq̄ a
turbis cum ramis palmarū ꝛ oliuarum
honorifice est susceptus. Ad pasca etiā
pertinet dies cene que sm Johānē be
leth in quatuor est priuilegiata. in peni
tentiū ad ecclesiā redeuntiū reconcilia
tione. qui enī in die cinerū ab ecclesia
per iusticiā excludūtur in die cene ꝑ mi
sericordiā in sinū ecclesie recipiūtur. et
ideo in quinta feria fecit dominꝰ ex aqs
pisces ꝛ volucres. partē enī remisit gur
giti. partem leuauit in aera. q2 dominus
malos in carnalibꝫ delectātes separat a
bonis in celestibꝫ glorificatis. Secundū
priuilegiū consistit in veteris sacrificij
terminatione et viuifici sacramēti alta
ris institutione quādo carnalis ritus in
celestem ꝛ spūalē ritum est mutatꝰ. Ter
tium priuilegiū consistit in sacre vnctio
nis ꝛ crismatis cōsecratione. tunc enī ab
epo oleum cathecuminoꝝ ꝛ infirmorum
quo paruuli baptizandi iungūtur inter
scapulas ꝛ in pectore. infirmi inungun
tur in organis sensuū morte iam appro/
pinquāte consecrat. Eodē etiā die con
ficitur chrisma ex oleo ꝛ balsamo quo ꝑ
uuli chrismant a minori sacerdote in ver
tice. a maiori scꝫ ab epo in fronte videli
licet in cōfirmatione. Quartū priuile
gium est in mandati dñici representatio
ne. ꝛ hoc fit in pedū ablutione. in paupe
rū refectione. in altarū denudatione. et
eoꝝ expiatione. Est igit dies cene dies
recōciliationis. trāsubstātiationis. con
secrationis siue vnctionis. dies refectō
nis ꝛ ablutionis. Ad pasca nostrū insup
pertinet dies parasceue. et dicitur bona

sexta feria. quia in ea dñs est passus. a
cuius passione omnes sexte ferie habende
sunt in reuerentia et honore. Celebratur
autē dies pasceue cū tristicia et merore
q̄uis aliorum sanctorum passiones cum gau-
dio celebremus. quia sancti post marty-
rium euolant ad celū. christus uero descē-
dit ad infernū sed quia fregit tartara et sā
ctos eduxit. et tertia die resurgēs viuū
se ostendit. Ideo tūc maxime gaudemus
vt dicit idē Iohēs beleth. Huius diei pri
uilegia fuerūt xpi immolatio. inferni dep
datio. mortis superatio. et demonis qui
mortis habebat imperiū humiliatio. pa
radisi apertio. hoīs redemptio. scriptura-
rū reseratio siue manifestatio. omniū fi
gurarum consummatio. et ideo in cruce dixit
christus. consummatū est. Ad pasca quo-
que pertinet ipsius vigilia q̄ antonomatice
sabbatū sanctū appellatur. quia in illo sabba
to christus qui ē sanctus sanctorum per totū di
em in sepulcro quieuit. In hac enim die
ignis nouus acquiritur benedicitur et ad accē
dendū pascalē cereū custoditur. deinde pa
scalis cereus erigitur et a diacono benedicitur et
accenditur. cui thus in forma crucis imp-
mitur. deinde lectionibus lectis ad conse-
crationē fontis processionaliter acceditur
et cōpleto baptismo ad celebrationem
misse reuertitur et reditur. Totū autē diei
officiū sub breuissima tū vesperarū com-
pendio terminatur. vt nō neophiti ad di-
uinum officiū incōsueti tedio afficiātur
tota etiam septimana pascalis celebris
est et solēnis cuius finis in sabbato in al
bis terminatur quādo alleluia duplicatur.
signat enim futurā sanctorum gloriosam re-
surrectionē. in qua duplici stola erunt
decorabunt. de quibus dicitur in Apoc. ambula
bunt mecū in albis quoniam digni sunt.

Capitulū. XXXI.

De penthecoste

Pentecoste fuit festū solēne apud
hebreos sicut est moderno tem-
pore quo ad nos. Et erat dies quinquage
simus a pasca sicut enim israeliticus popu
lus quinquagesimo die quo pasca cele-
brauerunt in ramasse venerunt ad mon
tem syna et legem susceperunt. vt patet
Exo. xix. Ita quinquagesima die a pas-
sione christi datus est spūssanctus aplis in lin
guis igneis vt facūdi essent in omni ge
nere sermonis. et feruidi in amore chari
tatis. Dicitur aūt pētecoste a pēta qd est
quinque et costes qd est decē. quia quinque de-
cades dierū a pasca ad pentecosten inter-
currūt. et distinguūtur per septē septima-
nas propter septiformē grām que in aduē
tu spūssancti credentibus est collata. Tē-
pus aūt circa pentecosten ē tempus mi-
litie et strenuitatis. tunc enim noui tyro-
nes militie cingulo seu gladio accingun
tur. Est etiā tempus mūdicie et siccita-
tis. sole enim terre supficiē tunc fortius ca-
lefaciente humorum cōsumit superfluitatē
et lubricitatē. et sic inducit mūdiciā per sup
inductam siccitatē. Itē tempus leticie et
iocunditatis. tunc enim aues et animalia
in maximo amore viuūt. Item tempus
viroris et amenitatis. tunc enim precipue her
be virent et silue tūc frondēt. Itē tempus
odoris et suauitatis. nā flores hortorum ne
morum et pratorum suā redolentiā vndique
tūc diffundūt. Itē tempus est dulcoris et
suauitatis et saporositatis. nā calor cele-
stis tūc temporis humiditatē in floribus dige
rit et in dulcedinē alterat et cōuertit. et ideo
tempus est mellificationi cōgruū pro-
pter qd apes tūc precipue frequētant her-
bas et arbores propter flores vt dicit Are-
sto. et etiā longe purius et dulcius est mel
qd colligitur tēpe vernali quā qd acquiritur
tpe autunali. Itē tempus maturitatis. in
calidis enim regionibus circa pentecosten i
stat messis tempus. Et ideo vocatur in
libro numerorum tempus nouarum frugū. quia i
festo pentecostes panes ex nouis frugi
bus dño offerri precipiebātur. Itē tēpus
est pascue et satietatis. Nā tunc gramī
nibus et herbis abundāt loca oīa pascuo
sa. Et ideo tam equi quā alia animalia pro
pter nouarū herbarū abundantiā impin
guātur. Itē tempus est audacie et animosi
tatis. nam ex feruēti impressione caloris
solaris colera tūc incenditur. ex cuius accen
sione circa corda ira et audacia in animali
bus concitatur. vnde illud tempus regi
bus est magis consuetū vt tunc exeant
mouere plia contra hostes.

Capitulum. XXXII.

De scenophegia

S Cenophegia est festiuitas hebreorum, que tabernaculorum fixio dicebatur, que celebrabatur in memoriam expeditionis quando recedentes de egypto in tabernaculis morabantur. vt dicit Isid. vnde scenophegia dicitur a sceno grece quod latine dicitur tabernaculum. Hec solemnitas semper in septembri celebrabatur, quia collectis frugibus de omnibus decimas domino obtulerunt. et leticie ac gaudio tunc specialiter vacauerunt. Frondibus et ramis domos suas ornauerunt fructus arboris pulcerrime et suauis. i. poma cedri in manibus portauerunt. In decimo autem die eiusdem mensis triplex festum eodem die celebrauerunt. s. expiationis. afflictionis. et propiciationis. Nam eodem die summus pontifex intrauit cum sanguine vitule rufe et expiauit sancta sanctorum. et ideo dicitur dies expiationis. eodem die ieiunabat populus pro reatu vituli in deserto. et ideo vocabatur dies afflictionis. dies vero vocabatur propiciationis quia tali die audierunt dominum sibi placatum fuisse et propicium super transgressione vituli idolatrie in deserto.

Capitu. XXXIII.

De encenia

E Ncenia est noui templi dedicatio. cenon enim grece nouum dicitur latine. Hanc solennitatem iudei diuersis temporibus celebrabant secundum quod diuersis temporibus vel nouum templum edificabatur vel edificatum de nouo reparabatur. sicut iudas machabeus legitur templum dedicasse et renouasse. i. Mach. iiij dedicationis etiam festum tenet ecclesia: Cum enim episcopus ecclesiam circuit aqua benedicta ecclesiam aspergit alphabetum duplex transuersaliter per pauimentum scribit. parietes signat crismate et linit. thus et thimiama per quinque partes altaris comburit. reliquias includit. altaria ornat et vestit. emunitates et priuilegia impendere consueuit.

Explicit liber nonus.

Incipit liber decimus De materia et forma

C Ompleto tractatu de proprietatibus temporis et partium eius. agendum est de inferioribus rebus et materialibus creaturis. de elementis scilicet et eorum que ex elementis materialiter componuntur. Sunt autem materia et forma omnis rei corporalis principia. vt dicitur in libro de vnitate. Materie autem et forme priuatio nihil aliud est nisi totius rei destructio. et est materia contraria vnitati et ei dissimilis. vt dicitur ibidem. Materia autem quanto est natura subtilior et sublimior, tanto ad susceptionem forme est habilior. quanto vero est compactior et terrestrior et a natura celesti remotior. tanto ad susceptionem impressionum formalium est debilior. vt dicitur in libro de. v. substantijs. et hoc habet proprium materia sicut ibidem dicitur. s. suscipere formam et non suscipi. retinere et non retineri. Principium autem distinctionis diuisionis et alienationis in rebus generabilibus et numerationis est materia. vt dicitur. vij. metha. quia generans non differt a generato nisi secundum materiam. et ideo vbi est generans sine materia. id est substantialiter idem generans et generatum in substantia et natura vt in diuinis. Materia enim est causa indiuiduationis rerum vt dicit Aresto. iiij. metha. quia diuisio speciei per indiuidua est secundum materiam et non secundum formam. Item materia propria appropriat sibi formam propriam. vt dicitur. x. metha. vnde secundum substantiam et esse sub vna forma est vna materia. et sub pluribus plures. Item iij. phisicorum. Causa quantitatis continue et infiniti est materia. subiectum enim continuitatis et quantitatis diuisio est materia. propter quod accidens non potest diuidi nisi secundum diuisionem et quantitatem subiecti. Item materia infinita dicitur. vel quia diuisibilis est in infinitum. vel quia habet appetitum ad infinitas formas. Et ideo propter indeterminationem suorum appetituum et inclinationem ad formas in/

finitas dicit infinita. et nō q eius virtus sit infinita nō limitata scz neqz coarta/ta sicut virtus est diuina. Et ideo dicit Plato. q materia fluit in infinitum nisi forma sistat fluxum. et ideo corpa q̄ multum habent de materia et parū de forma crescūt multū. vt patet in arboribꝫ. et ideo ossa parū habent sensibilitatis. qꝛ mul/tum habēt materie et terrestreitatis. vt dicit Auicēna. Latet aūt in materia potentia quedā actiua que est forma incōpleta. et hec potētia est cōmunis duobꝫ cōtrarijs. vnde quādo illa potētia ducit ad actū vni⁹ forme. appetit statim esse sub forma ɔtraria. vt illa potentia que ɔmuniter se habet ad frigidū et calidū quādo actualiter est sub frigido statim appetit esse sub ɔtrario. Unde nulla forma cor/ruptibiliū et generabiliū potest sufficiēter cōplere potentiā actiuā in materia quin semp appetat impleri p aliā formā. Illa aūt forma cū sit disparata nō pōt induci nisi per corruptionē forme p̄sen/tis. ſm ergo q virt⁹ agētis imissa corrū/pit p̄sentē sic excitat formā actiuam ad formā ɔtrariā. et dat ei paulatim cōple/tius esse donec fuerit sub esse cōpletissimo illi⁹ forme. Has et multas alias proprietates habet materia quas esset hic superfluū recitare. quere tamen supra li. viij. de bonitate mundi.

Capitulum. x.

De forma

Exiam recitatis ꝓprietatibꝫ ma/terie. relucēt ꝓprietates ipsi⁹ for/me q̄ ſm Aresto. in li. de q̄nqꝫ substātijs est q̄si lumē vnicuiqꝫ pulcritudinē essentiam et signū tribuēs. Forme aūt lumen materie infusum descendēdo fit debile et obscurū ſm materie capacitatē. Est aūt forma differētia qua differt aliqd ab aliquo. vt dicit idē. Forma aūt alia ē essentialis alia accidentalis. Essentialis forma est illa que aduenies materie perfi/cit eā et secū ɔuenit ad rei alicu⁹ p̄fectionē. qua posita res ponit. et qua destructa nihil d rei substātia inuenit. Unū. iiij. phisicoꝝ dr. Forma cū materia est cā oīm accidentiū. Forma etiā accidētalis nō perficit res neqꝫ facit eas sicut dr. viij. metha. sed quelibet forma accidētalis indiget forma substanti ali que est causa forme accidentalis. Forma vo omnis simplicior est et actualior et nobilior materia. Et ideo ſm Arest. li. de aīalibꝫ. Forma se habet per modū viri. qꝛ potest informare multas materias. sicut vir potest fecūdare multas feminas. Unde ſm exigentiam forme que est imprimēda materie oportet materiā disponi et p̄parari. quia si de materia terre debet fieri ignis opor/tet vt terra subtilieł et depureł et simpli/cior fiat. Si vero ecōuerso tūc ecōuerso Est aūt forma materie manifestatiua. nunqꝫ enim potest sensu videri materia nisi substātiali vel accidentali forma sit imbuta. aut per viam priuationis sicut videtur tenebra videndo nihil. et sic au/ditur silentiū nō audiēdo sonū. vt dicit Calcidius sup pla. et ɔmentator sup primū methaphisice dicit. Materia ē causa quare male videmus res creatas. vnde nihil est cōmunius et generalius. et tamen nihil ignobilius q̄ȝ sit materia. qꝛ nunqꝫ videtur sine forma. nec etiam po/test videri forma nisi cū materie actu sit coniuncta. vbi vero plus est de forma ibi minus est de materia. sicut dicit. iiij. metha. et ecōuerso vbi plus est de materia ibi minus est de forma. et est res magis grossa et impura. magis ignobilis et ob/scura. quanto a nobilitate forme amplius est remota. Formarū autē alia spūa/lis alia corpalis. Corpalis vero alia celestis alia elementaris. Forma autē celestis est ita actiua q complet totū appetitum materie sue. et ideo ꝓpter p̄sentiam sue forme cōplentis totaliter et p̄ficientis celestē materiā substantia celi nō potest destrui vel corrumpi sed potius p formam suā que in suo actu p̄fectissima est in esse ppetuo conseruari. Forma vo elementaris nō potest cōplere tantā potentiam materie sue nec eius p̄ficere appetitum. et ideo relinquit illius potētie materialis aliquid incōpletū ꝓpter qd semper appetit nouam formā. et ideo talia cor/pora sunt semp corruptibilia quo ad potentiā et etiā septus quo ad actū. Quā/

do enĩ forma est nobilioꝛ et spũalioꝛ et a conditionibꝫ materie separata magis ⁊ abstracta tãto est actualioꝛ ⁊ virtuosioꝛ vt patet in intelligentijs quarũ substã- tia nõ dependet a materia. sicut dicitur in. iij. de anima. In habentibꝫ materiã non est intellectus. Verũtamen ange- los nõ habere in sua forma materiã non affirmo. sed siue angeloꝝ essentia sit ex spirituali materia ⁊ forma cõposita. siue non hoc ꝓ certo tenetur ꝙ eoꝝ substan- tia respectu rerũ corpaliũ simplicissima est ⁊ actualissima sicut forma spiritua- lis actualioꝛ est ꝙ̃ forma corpalis vt di cit albu. vnde respectu materie nobilis est forma cuiuslibet mixti. nobilioꝛ ẽ for- ma elementi. nobilissima aũt est forma corpis quinti siue celi. sed oẽs istas for- mas incõpabiliter ĩ nobilitate ⁊ actua- litate spiritualis forma siue sit in ange- lo siue in anima ꝑexcellit. Et hec de pro prietatibꝫ forme ⁊ materie prout ad hoc opusculũ ꝑtinet dicta iam sufficiant.

Capitulum. II.

De elemento

Elementũ ſm Constantinũ est simpla et minima corporis com positi particula. Minima autẽ dicitur quo ad nos. quia sensu non ꝑcipit. Est enim particula minima ⁊ vltima in coꝛ poris resolutione sicut fuit in prima cõ- positione. Dicitur autẽ simpla. nõ quia simplex sit elementũ sine compositione aliqua. sed quia non habet partes ali- quas cõponentes specie ⁊ numero diffe- rentes. sicut aliqua corpora que sunt mi xta. vt patet in metallis quoꝝ partes differunt. Pars enĩ quedam est aer que dam terra. et sic de alijs. sed quelibet ps ignis est ignis. et sic de ceteris. Dicitur autem elementũ quasi ilementu ſm Isi doꝛum. ab ile. eo ꝙ omniũ corporum sit materia ⁊ quasi primitiuũ fundamen- tum. et ſm aliquos dicitur quasi eleua- mentũ siue alimentũ. eo ꝙ omnia coꝛ- poꝛa aluntur elementaribus qualitatibꝫ et augmantãtur. Sunt aũt quatuoꝛ ele mentares qualitates. quarum due sunt actiue scꝫ caliditas et frigiditas. et due passiue scꝫ siccitas ⁊ humiditas. quarũ conuenientie et differentie superius in quarto libro planius describũtur. quere ibi. Inter qualitates aũt elementares contrarietas est ⁊ repugnantia ratione quarũ ad inuicem agunt ⁊ patiuntur et generantur ⁊ corrumpũtur. quãtũcun- ꝗ autẽ ad inuicem cõtrarient per influẽ tiam tamen celi ⁊ planetarũ virtutem conciliãtur in suis effectibꝫ ⁊ ad concoꝛ- diam reducũtur. ⁊ ideo quodam miran do nature nexu coniunguntur. Nã ignis et aer conueniũt in caliditate. ꝗ̃uis di screpant in siccitate et humiditate. Aer vero ⁊ aqua in humiditate conueniunt. sed discordant in frigiditate. sed aqua ⁊ terra cõcordãt in frigiditate. sed discoꝛ dãt in humiditate ⁊ siccitate. Ignis au tem et terra que sunt elementa summe distantia ſm situm cõueniunt in siccita- te. discõueniunt tamen in frigiditate. qꝛ terra frigida est substãtialiter ⁊ in vlti- mo. ignis vero essentialiter calidus est ⁊ in summo. Ex istis autẽ elementis qua tuoꝛ duo sunt nobilioꝛis substãtie ⁊ pu rioꝛis ⁊ leuioꝛis scꝫ aer ⁊ ignis. et ideo a centro ad circũferentiã motum habent ⁊ naturaliter mouẽtur sursum. ⁊ ista duo contrahunt nobilitatẽ suam quo ad vir tutem operationẽ ⁊ substantiã ex vicini tate orbis siue celestis corporis a quo re cipiunt influentiã mobilitatis ⁊ virtu- tis. Nam virtus celestis primo influit super speram ignis ⁊ per ignem super spe- ram aeris. ⁊ ideo hec duo elementa sunt ceteris sublimioꝛa quo ad situm. abilio- ra quo ad motum. puꝛioꝛa et subtilioꝛa quo ad substantiã. clarioꝛa ⁊ magis ꝑ- spicua quo ad formam. virtuosioꝛa quo ad actum. Duo autẽ elementa sunt in- ferioꝛa scilicet aqua ⁊ terra ceteris duo bus naturaliter grauioꝛa. motũ a circũ- ferentia ad centrũ deoꝛsum habentia ꝑ aggregationẽ partiũ. ⁊ compactionem spissa ⁊ obscura. et ideo predictis duobꝫ sunt grossioꝛa ⁊ materialioꝛa plus ha- bentia de materia ꝙ̃ de forma. Unde ꝓ pter summã elongationem a spera orbis celestis virtuti motiue celi non ita sunt obedientia sicut duo prima. Nunꝙ̃ enĩ

sunt elementa ociosa, imo in agendo et patiendo sunt cõtinua. vnde nunq̃ quiescunt a generatione et motu. Terra enĩ et si quiescat a motu nunq̃ tamẽ quietẽ ⁊ cessationẽ recipit ab effectu. ⁊ sicut nõ sunt ociosa ab actu, sic non sunt vacua ab ornatu. Nam quodlibet elementum habet ornatũ suũ. ignis sydera. aer volatilia. aqua natatilia. terra gressibilia vt dicit Beda. De quib aliqua auxiliãte domino breuiter sunt dicenda.

Capitulum. III.

De igne

i Gnis est corpus simplum in vltimo calidum ⁊ siccum, vt dicit Constan. Naturaliter enĩ super aerẽ sedem querit. Per violentiã enĩ aere vel in terra detentus paulatim in molleã aerem euanescit. vt dicit Isi. Proprietates autẽ ignis tangit dionysius in hierarchia angelica c. xv. Ignis inquit est corpus sensibile. longe excellẽtius ⁊ subtilius omnib alijs reb corporalib ⁊ nature spũali proximũ ac per hoc effectum suũ dissimilius cunctis alijs demõstrat. Ignis enĩ in omnib est ⁊ per omnia dare se cõsueuit ⁊ ab omnib non remouetur. Est tamẽ occultus incognitus immensurabilis inuisibilis q̃dammõ incorporeus potens ad actionẽ ꝓpriam mobilis tradens se omnib quoquo modo approximantib mouens vniuersa se participantia. renouatiuꝰ omniũ. nature custos. illuminatiuꝰ cum circũuelatis splẽdoribus. clarus. discretus. distinguens ⁊ resiliens. deorsum pascens ⁊ sursuz mouens. acute meãs. excelsus. non recipiens ignominiã minorationis. semꝑ motiuus. compꝛehensiuus. ⁊ mutatiuus in se reuertens potenter actiuus ⁊c. Hec verba dionysij diuinissimi ꝓfundissima sũt Describunt enĩ ignem quo ad eius substantiam virtutem ⁊ operationẽ. Unde ad declarationẽ predictorũ verba cõmẽtatoris breuiter super hunc locum hic ponemus. Ignis enĩ inter omnia elementa situm habet sublimiorẽ. ⁊ hoc quia naturam habet leuiorem. Et ideo dicitur excelsus. quia pondere carens sublime querit vel petit. supereminet vniuersis. ⁊ quicquid corporeũ est preter ipsuz naturaliter sub eo subsistit. Itez inter omnia elementa naturã habet puriorem ⁊ subtiliorẽ. ⁊ dicitur quodãmodo incorporeus, quia propter subtilitatẽ sue substãtie preter subiectã materiã sensu non videtur propter hoc etiã videtur multũ nature spirituali proximũ. quia quodãmodo videtur ignis esse medius inter visibilia ⁊ inuisibilia. Inquãtum autẽ illis appropinquat superiorib est incorporeꝰ. sed inquãtum approximat inferioribus corporeus est. Item naturã habet ceteris elementis actualiorem ⁊ in agendo fortiorem. ⁊ ideo dicitur immẽsurabilis quia eius virtus ⁊ operatio crescit in infinitum, si materia fuerit infinita. Q̃diu enĩ materia subiecta sufficit ignis non deficit sed semper potius crescit. Itẽ naturam habet occultiorẽ. et ideo dicit occultus. quia in sua essentia sensibiliter nõ videtur. inuisibilis ⁊ incognitus dicitur. quia sine substantie materia sensu non ꝑcipitur. Quid etiam sit in sua essentia seu substantia vix cognoscitur intellectu. Item virtutẽ ⁊ naturam habet alijs mobiliorẽ. ⁊ ideo dicitur mobilis ⁊ potens omniũ. quia in igne est principium virtutis motiue. qꝛ mouet se ⁊ alia ⁊ a nullo inferiori se mouetur. Item naturam habet ceteris inferiorib clariorẽ Unde dicitur ꝙ ignis est illuminatiuus quia claritate sua omnia illuminat. sed cum circũuelatis splendorib. Nã splendidi ignis radij foris emicant sed circũuelantur. quia sursuz ad secretũ sue substãtie sinũ reducti a nostris sensib occultantur. Itẽ ex subtilitate sue substantie virtutẽ habet omnib alijs acutiorẽ ⁊ penetrabiliorẽ. propter qđ dicit acute means. quia ꝓprie virtutis motu subintrat sine resistentia ⁊ penetrat vniuersa. Itẽ ignis habet virtutẽ sui ⁊ aliorũ manifestatiuam et distinctiuã. Nam se manifestando alia sibi obiecta manifestat eorum colores ⁊ figuras oculis representans. ⁊ ideo dicitur clarus. manifeste discretus distinguens. Item vim habet inferiorum ad superiora attractiuã. nã materiã

in quã agit rarefaciendo dissoluit ⁊ ca/
loris sui violẽtia sursum trahit propter
qd̃ dicitur deorsum pascẽs ⁊ sursum tra
hens. Item virtutẽ habet renouatiuam
Omnia enĩ veterascũt antiquãtur ⁊ de/
ficiunt que virtute ignea nõ seruãtur vt
patet in senib' in quib' deficit calor na
turalis. Et ideo dicitur renouatiu' om
niũ ⁊ etiã nature custos sine enĩ virtute
ignis nõ potest subsistere virtus alicu'
corpis naturalis. Itẽ virtutẽ habet im
mutatiuã. quia omniũ naturã in quam
agẽdo superat cõuertit in suam speciem ⁊
trãsmutat. ꝓpter hoc dicitur apprehẽsi/
uus ⁊ imutatiu'. Nam materiã in quam
agit apprehẽdens illã non deserit. sed cõ
sumẽdo in suã similitudinẽ cõuertit. ap
prehendẽs autẽ non apprehẽditur. quia
cõsumpto eo in quod agit in se resilit at
qꝫ redit. Et ideo dicit̃ resiliens ⁊c̃. Itẽ
virtutẽ ⁊ naturã suipsius ꝯmunicatiuã
habet ⁊ sine diminutõe diffusiuã. ⁊ ideo
dicitur nõ recipe ignominiã minoratio
nis. q2 sicut cũ effundit̃ non auget̃ sic cũ
recipitur nõ minorat̃. neqꝫ in eo ꝙ vide
tur augmentũ recipe est capiẽs gloriã.
neqꝫ in eo ꝙ putat̃ minor sustinet cõtu
meliã. Itẽ naturã habet purgatiuã. me/
talla enĩ que nõ potest ꝯsumere a scoria
⁊ rubigine mũdificat expurgat ⁊ mũdat
Itẽ virtutẽ habet sapoꝝ ⁊ hũoꝝ alterati
uã. vñ ⁊ humores in corpe excoq̇t ⁊ dige
rit ⁊ cibos crudos ꝯsumẽdo s'eis sup̄flua
sapidos ⁊ sanos reddere ꝯsueuit. Item
virtutẽ habet sue substãtie per rerũ oĩm
⁊ cõmixtorũ corpoꝝ essentiã diffusiuam.
quia in rebus omnib' inuisibilis est in/
clusus. q̃ꝫ includi actualiter nõ videa
tur quod inde est manifestũ. quia ex for/
ti corpoꝝ solidoꝝ allisione ignis excuti/
tur in quib' esse nullaten' putabat̃. Itẽ
ignis subtilitate sua substantiali habet
virtutẽ sui cum alio corpe immediatissi
me vnitiuam. vt patet in ferro ignito ⁊
carbone inflãmato ⁊ hmõi. i quib' ignis
ita s̃m omnes sui partes singulis ferri ⁊
carbonis particulis coniũgitur vt videa
tur vna substantia et alterius sensibilis
distantia penitus nõ sentitur. Unde et
triplex ignis species a pl̃ibus diffinitur.

Est enĩ ignis lux. ignis flãma. ignis car
bo. Ignis enĩ est in sua spera lux. sed flã/
ma dicitur in materia aeris. carbo autẽ
in substãtia terrea siue in feculẽtia mate
rie grossioris. Has ⁊ multas alias ha/
bet ignis ꝓprietates de quib' supra libro
scd̃o in tractatu de ordine seraphin. ⁊ li/
bro quarto de qualitatib' elementarib'
s. de calore quere ibi. Nam ea que dicta
sunt hic sufficiant.

Capitulum. IIII.

De flamma

f Lamma ẽ materia ignea in sub/
stantia aerea accensa. Nam aer
propter sue substantie subtilitatẽ ⁊ imme/
diatam quã habet cũ spera ignis vicini/
tatem de facili ignitur ⁊ in naturã igneã
cõmutat̃. ⁊ s̃m ꝙ substantia aerea est pu
rior tanto flãma erit lucidior et clarior
⁊ nature lucis similior videbit̃. Moue
tur autẽ flãma naturaliter sursum ⁊ ab
omni parte rei accense linealiter in acu
tum tendit ⁊ in conũ vnde in sua extre/
mitate habet formã pineã ⁊ acutã. vnde
in suo acumine ꝓpter cõcursum radiorũ
in angulo arcto fortius caloris sui imp̄
mit actionẽ. ⁊ ideo q2 in summo pirami
dali angulo calidior existit materiã sibi
oppositã inflãmat facilius ⁊ accẽdit. Ca
lorem s̃m materiã in quã agit recipit.
Unde si materia ẽ turbida ⁊ fumosa tur
bidam ⁊ obscurã reddit lucem. ⁊ ecõuer
so si materia fuerit trãsparens ⁊ pura ru
tilat ⁊ lumiosos radios vndiqꝫ circũfun
dit. tenebrosa illumĩat ⁊ abdita produc.
viam ⁊ vie offendicula ambulantib' oñ
dit. propter sui leuitatẽ ⁊ materie aeree
mobilitatẽ in quã agit. In motu est cõ/
tinuo et nunqꝫ penitus requiescit. venti
modic' impulsus flãmã excitat ⁊ accẽdit
sed si fuerit nimis vehemẽs flãmã dissi/
pat ⁊ extinguit. tortuose ⁊ amfractuose
aerem impellit ꝯtinue. ⁊ ideo mouet̃ cir/
culariter ⁊ incendit. vt dicit mar'. Un/
de vulcan' a iunone in terrã ꝓiectus s̃m
figmẽta poetica claudus fuit. ex violen/
tia sui mot' partes materie i quã agit in
uicẽ allidẽdo ꝯcutit et ex ꝯtinuũ collisione
mutua sonũ facit locũ supiorẽ querere

satagit ⁊ materiã cui ꝑ incorporationem adheret ad inferis ad superiora attrahere non resistit.

Capitulum. V.

De fumo

Fumus est vapor ex partibus materie subtilioribus ⁊ humidioribus vi caloris resolutus. Habet autẽ graues partes mixtas cũ leuibus ex quibus obscuritatem ꝯtrahit ⁊ fetorẽ vnde aerẽ denigrat ⁊ in naturã fumigabũdã ꝯuertit. Amaritudinẽ enĩ ex materie sue grossicie cõtrahit. ex cuius acumine oculos amaricat ac lachrymas ꝓuocat. sensibiliter visuꝫ ledit suo acumĩe ⁊ ad cerebꝝ penetrat et spũm aĩalẽ grauat ⁊ ꝑ ꝯsequẽs naturalẽ vnde dr in li. aĩaliũ ꝙ fumus candele extincte ledit pregnãtes intantũ ꝙ si equa parturiens talẽ fumũ senserit faciet abortiuum. fumus ⁊ apibus etiã est inimicus ⁊ ledit accipitres ⁊ alias ꝓde aues. vt idem dicit. fumus insuꝑ cito morif postq̃ oritur vt dicit glo. ibi. Sicut virgula fumi. Cito enĩ in altũ ascendit ⁊ subito euanescit ex igne orif ⁊ antequã appareat ignis apparere videtur. a vento mouef. ⁊ dispergitur multipliciter circũfertur. fumus etiã ostendit ventuꝫ a qua parte veniat. qꝛ illuc fumus tendit quo ventus ipm agitat ⁊ impellit vt dicit Greg. domos denigrat ⁊ inficit. ⁊ in parietibus generat fuligineꝫ atq̃ nutrit. loca angulosa petit et in eis infectionis vestigia imprimit ⁊ derelinquit. Fumus etiã aromaticus a speciebus aromaticis resolutus est sensui olfactus delectabilis ⁊ amicus. Cerebri nãq̃ est cõfortatiuus ⁊ spirituũ cordis et capitis reparatiuus: reumatis ⁊ nociui fluxus restrictiuus desiccatiuus constrictiuus ⁊ poroꝝ obstructorũ apertiuus ⁊ ad ꝯfortationẽ neruoꝝ ad interiora penetratiuus. serpentũ ⁊ venenosoꝝ animaliũ ⁊ reptilium fugatiuus. Omnẽ etiam fumũ ⁊ maxime odoriferum odiunt tam colubri q̃ serpentes. vt dicit Greg. Fumus insuꝑ a cibo vel potu resolutus vi caloris ascendens ad cerebꝝ neruos sensibiles opilat ⁊ somnũ generat ⁊ sensus exteriores ligat. ⁊ per consequens calorẽ naturalẽ ad interiora reuocat ⁊ virtutẽ in interioribus adiuuat ⁊ cõfortat. Si vero fuerit fumus melãcolicus vel nimis acutus aut venenosus ex cibo vel potu aut ex medicina nociua resolutus ad cerebrũ aduolat. virtutẽ animalẽ aggrauat timorẽ generat vt in melancolicis frenesim ⁊ furorẽ excitat. vt in freneticis ⁊ ebriosis. obliuionẽ ⁊ eresipilã generat vt in letargicis. sensus ⁊ rationis vsu priuat vt in epilenticis et caducis. Has ⁊ multas alias infert corpi fumositas pessimas passiones ⁊ nociuas. fumi etiam a terra ⁊ a mari virtute caloris ad superiora attracti aerẽ inficiunt ⁊ cõdensant. nubes ⁊ nubila generãt. ventis tempestatibus ⁊ alijs aeris passionibus fomentum ⁊ materiã ãministrant. radios solares in aere intercipiũt ⁊ obũbrant. ⁊ hec de fumo dicta sufficiant.

Capitulum. VI.

De carbone

Carbo est ignis actualiter incorporatus terrestri materie ⁊ vnitus. vt dicit Raba. vnde ignis ꝑ sui incorporationẽ partibus grossioribus terrestribus admixtus ꝑ quandã violentiã interius detinetur vnde sicut ignis in flãma mouetur sursum sic carbo crepitãdo ⁊ scintillando grauitate materie deorsuꝫ inclinaf. Carbo itaq̃ qñ ignif vertif in ruborem. sed qñ extinguif induit nigredinẽ ⁊ oĩno ꝑdit pristinã ignis spẽm ⁊ decorem. vñ quãto fuerit pulcrior ex sui ad igneꝫ prima vnitate siue vnione tanto apparet deformior ⁊ vilior in ipsius ignis extinctione. In carbone aũt substãtialis hũiditas totaliter ꝯsumitur. ⁊ ideo de facili rũpif ⁊ frangit qñ humor q̃ fuit cã coadherẽtie partiũ ignis totaliter violẽtia exhaurif. ⁊ ideo ĩ carbone extincto pars a parte de facili rũpif. qꝛ nihil hũiditatis per quã partes coherẽat in ipsius substãtia inuenitur sicut di. greg. partibus terrestribus solũ remanẽtibus ꝓpter dominiũ siccitatis de facili ignif ⁊ accendif. Sed postq̃ accensus fuerit faciliter reextinguif. ita ꝙ in eo nihil d ignis vestigio ꝓter nigredinẽ reꝑif. nigredine enĩ sua polluit ⁊ inficit quicq̃d tangit. Carbo etiã ignitus acutissi

mum habet ignem & summe actiuũ & pe/netratiuũ vnde sui acumine ferrũ coquit & partes eius resoluẽdo & relaxando remollit. suo etiã acumine caput ledit. sub cinere aũt inuolutus in se igne᷈ retinet & custodit. detectus aũt & frigido aeri expositus in fauillarũ multitudinẽ redigit᷑ & per se subito euanescit. vt dicit Greg. Carbo vero si ignit⁹ fuerit plantas ꝯculcantis vrit & ledit. extinctus vero q̃uis vrendo non ledit tangentẽ. stridorem tamen & strepitũ magnũ facit.

Capitulum. VII.

De scintilla

Scintilla est modica ignis particula ex materia ignea virtute et impetu caloris dissoluentis resoluta. vnde motus scintillaris est subitus. vi enim ignea subito resoluitur ac sursum mouetur. sed ex grauitate partis terrestris ad centrũ tandẽ inclinatur. Item motus eius clarissimus est ad modũ stelle & luminosus. & per diffusionẽ sue igneitatis in aere apparet vndiq̃ radiosus. Est p̃terea motus eius ad modũ ignis actiuus & virtuosus. Nam modica scintilla in fungo vel in stipula recollecta in ignem maximũ subito augmẽtatur. aeris immutatione subito euanescit. & extincta nihil nisi fauilla᷈ post se relinquit vento tẽpato seu flatu accenditur. impetuoso aũt extinguitur. aerem impellẽdo penetrat & tamen in penetrãdo ipsum aerem parũ alterat aut immutat. quanto ignis est fortior tanto scintillaris motus siue impetus erit maior. Ex materia viridi vel humida scintille grossiores & in suo effectu penetrabiliores generãtur. verũtamen pauciores.

Capitulum. VIII.

De fauilla

Fauilla a fouendo est dicta eo q̄ ignem foueat atq̃ tegat. Est cinis modicus de extinctione scintillaris materie derelictus. vt dic̄ Ysi. Est autẽ fauilla tenuis mollis. subalbida et sicca atq̃ leuis in sup̃ficie carbonis igniti adherens fulgorẽ eius delet. & feruorem eius attenuat & minorat. Ad modicum venti flatũ dispergit᷑. dispersa vo vix vn᷈q̃ colligitur. vt dicit Greg. De facili inflãmatur. sed ꝓpter defectũ nutrimenti subito extinguit᷑. Fauilla etiã quãdo est ignea venti raptu sursu᷈ tendit. extincto aũt ꝓprio pondere ima petit. vt di. greg. vnde deorsum tẽdit motu ꝓprio. sed sursum extollit᷑. & rapit᷑ motu alieno.

Capitulum. IX.

De cinere

Cinis a cadẽdo est dictus. nam de substãtia materie terrestris vi caloris resolutus generatur. vt dic̄ Ysi. Est autem cinis mollis respectu coloris. amari & stiptici est saporis. partes habet minutissimas et tenuissimas leui flatu spassionis & diuisionis receptiuas. Cinis etiã virtutẽ habet colatiuã siue mũdificatiuã. vnde valet ad vestiũ ablutionem. habet etiã vim corrosiuã & desiccatiuã. vt dicit cõstan. Cinis insup̄ si fuerit calidus ignẽ ab eo tectu᷈ custodit. si vero fuerit frigidus destruit & extinguit Cinis etiã p̄ multã ignis ꝯflagrationẽ & violentiã suã formã vilem & obscuram aliquotiẽs cõmutat in spẽm vitreã atq̃ clarã. nam ex materia cinerũ solet fieri vitrũ. vt dicit grego. Hoc aũt habet cinis defect⁹ & impfectionis. q᷑ q̃uis quotidie aque vel pluuie irrigatione᷈ suscipiat. sterilis tñ manet. vnde terrã qua᷈ tangit nõ fecũdat. sed poti⁹ si sterilis fuerit reddit sterilio rẽ & in omnib⁹ viliore᷈ Et hec de libro decimo sufficiant.

Incipit liber undecimus De aere & passionib⁹ eius.

Er est dict⁹ eo q̄ ferat igne᷈ & ab aq̃ feratur. vt dicit Ysidor⁹ Aer autem partim pertinet ad materiam terrestrem. partim ad materiam celestem. vt dicit beda. Nam pars aeris supior pura clara & quieta. vbi p̄cellosi & vẽtosi mot⁹ nõ possunt attinge/

re pertinet ad celestē. pars vero inferior
spere aque ꝛ terre vicina. turbulēta. gros
sa ꝛ cōpacta ex humidis ꝛ terreis vapo/
ribꝫ corpulēta ptinet ad terrestrē. et hec
pars aerea diuersas ex se pducit spēs.
Expedito tractatu de pprietatibus aeris et eox que in aere generantur. restat dicere aliqua que ptinēt ad eius decentiam 7 ornatum vt in ipis sicut in ceteris creaturis dei magnalia extollant. Ad ornatum autem aeris ptinēt aues 7 volatilia. vt dicit Beda. Et iō aliqua pauca adiuuāte christi demētia sunt de his huic opusculo inserenda. non quidem de oībus s3 solum de auibus 7 volatilibus de quib9 specialiter fit mentio in textu biblie vel in glosa. Et primo dicendū est in generali deinde in spāli. et hoc p ordinē alphabeti. Aues itaq q̄si deuie. i. sine via sunt dicte vt di. Isi. eo q ipax vie nō sunt i aere determinate et distincte. aues enī motu 7 agitatione alax diuidunt aerem et incidunt. sed statim post volatū aere se claudente nullum signū sui transitus derelinquūt. Dicitur autem volucres q2 volitant alis. vt di. Isi. pp̄ter qd 7 alites q̄si alates. i. alis se leuantes a pluribus nolantur. sine enī alis nō volitāt. si ne quasi bñficio de terris in aera se nō leuant. Uel ideo auis dicit ales ab alent

do. qꝛ ab illo qui pascit volatilia celi et
dat escam omni carni alitur .i. nutrit. vt
dicit Isi. Attendūtur etiam auiū cōditi
ones ⁊ ꝓprietates penes multa. qꝛ penes
eaꝝ subām ⁊ cōplexionem. nā ex duobꝫ
elementis inter summe graue ⁊ sūme le
ue inter mediis auium substantia ē creata.
nam in eaꝝ ꝯpositione aer ⁊ aq̄ potis
sime dominant. et iō qꝛ minꝰ habēt ter
restreitatis ⁊ plꝰ aeree leuitatis q̄ꝫ gres
sibilia vel natatilia. leuitate sue nature
habent ferri sup aera vt di. Isi. aer enī
inclusus inter pennarū cōcauitatē aues
leuigat et vt leuiter ferātur sursum ip
sam disponit ⁊ habilitat ⁊ adiuuat. Un
de q̄ꝫto volucres plus habent pennosita
tis ⁊ minus carnis tanto facilius se sur
sum leuant. vt patet in auibus prede q̄
exonerate a mole carnis altissimi sūt vo
latus ⁊ valde acuti visus ⁊ magne aiosi
tatis. vt dicit Arest. li. xij. Item cōside
ratur volucris cōditio penes generatōēꝫ
Habent enī sibi insitā a natura semina
lem rōem. cuius virtute mouētur natu
raliter ad sui generis multiplicationē.
et sue speciei p generationis actum siue
ordinem cōseruatōem vt di. ab Aresto.
li. vi. Oēs enī inquit aues cū pullificāt
faciunt oua q̄ꝫuis in omnibus non pos
sit videri ꝓpter paucitatem. Est autē pri
cipium generationis pulli sicut dicit ibi
dem ab albugine et cibus eius a vitello
et post dies decem generatio pulli com
plebitur sm oēs sui ptes. ita q̄ erūt par
tes distincte et manifeste ⁊ habet tūc ca
put toto corpe maiꝰ. ⁊ si tunc frangeret
oui testa inueniretur caput inclinatum
supra crus dextrum ⁊ eius ale expanse
sup caput. Completa autem generatōe
et singuloꝝ membroꝝ pfecta liniamēta
tione rumpitur testa aliq̄n in die. xviij
vel vicesima. vt patet in gallinis ⁊ ex
eunt pulli iam completi ⁊ viuificati et
aliquādo gemelli. sꝫ inter gemellos vnꝰ
erit maior ⁊ alter mior. ⁊ multotiēs mō
struosior sicut dicit idem ibidem. li. vi.
Inter oīa autem animantia in genera
tionis ordine volucres sequūtur natu
re maximam honestatem. Nam sm or
dinem nature mares feminas cum soli

citudine querunt. inuentas diligunt. p
ipsis pugnant ⁊ periculo se exponūt solū
modo eis quasi coniugalis amoris fede
re se coniungunt. ⁊ fetus ab ipsis pcrea
tos solūmodo nutriunt atqꝫ pascunt. vn
de naturaliter inter sexum ⁊ sexum iu
dicant ⁊ discernūt exceptis paucis i qui
bus degenerat natura vt ponit Aresto.
exemplum de pdicibus que obliuiscunt
sexum. vnde dicit q̄ masculus surgit in
masculum. et femina in feminā ⁊ ex ta
li coitu non fiunt oua pullificatiua. imo
fiunt sicut oua venti ⁊ sentitur etiam ex
tali coitu malus fetor. Idem dicit de co
lūmba masculo quādo inquit senet non
potest coire. sed solum deosculat ⁊ saltat
supra masculum. et hoc facit qꝛ deoscula
tur ⁊c. Obseruant aūt aues in generā
do temporis cōgruitatem. nam vernali tē
pore quādo instat tempus generatōnis
aues vociferant. mares feminis se asso
ciant nutibꝫ ⁊ vocibus ad amorem mu
tuum se inuitant nidificant ouant pulli
ficant pullos generatos nutriunt ⁊ edu
cant. sed completo generatiōis officio
a cantu cessant ⁊ ab inuicem se separant
et vsqꝫ ad iteratum generationis tempꝰ
inuicem nō appropinquant. Item atten
dunt aues quo ad habitatōem. sunt enī
quedam volatilia que humanam viden
tur diligere frequentiā. ⁊ habitatōēꝫ si
cut galli anseres galline columbe cico
nie ⁊ yrundines. quedā vo oīno fugiunt
timent ⁊ abhorrent hominū cōuersatio
nem sicut aues siluestres montuose ⁊ flu
uiales seu palustres. qꝛ sm varias eorū
cōplexiones varia querunt habitacula
et diuersas sibi vendicāt mansiones. nā
que nature sunt magis frigide et humi
de paludes ⁊ fluuios frequētant ꝓpter vi
ctus acquisitōem nidificatōem. pullifi
catiōem ⁊ fetuum educatiōem. vt auce
merguli anates ⁊ cigni in quibꝰ ingenia
ta est natura. vt dicit Arest. vt pedes ha
berent latos clausos ⁊ indiuisos ꝓpter na
tandi necessitatem. vt scꝫ pedum latitu
dine aquas ꝓpensius pulsent. ⁊ sic pulsis
retro aquis quasi remigando in anteriꝰ
fortius se extendant. Caudas etiam ha
bent breues ne in natando caude made

facte pondere impedimētū sentiant. Ro
stra autem habent lata vt gramina ⁊ ra
dices carpant aptius ⁊ incidāt. colla lō
ga vt facilius victum de ꝓfūdo attrahāt
et acquirant. volatilia vero que calidio
ris ⁊ ficcioris nature sunt montuosa ⁊ ru
pium cacumina inhabitant et frequen
tant. vt omnes aues p̄de que de p̄da sūt
viuentes. sicut sunt aquile ⁊ falcones ac
cipitres ⁊ cōsiles. quibus dedit natura.
vt dicit Arest. vngues curuos et pedes
fortes ⁊ neruosos ⁊ rostrum curuum et
acutum. vt fortius predam retineant et
carnem facilius lanient. Habent autē
hmōi aues modicum carnis ⁊ multū plu
me ⁊ sunt magne animositatis. vt sic sint
motus velocioris ⁊ volatus fortioris vt
dicit Arest. Caudam insup habent sub
tilem tenuem ⁊ longam qua in volādo
se regunt sicut gubernaculum regit nauē
Omnes tales aues scdm̄ Arest. in li. ij.
solicitudinem diligunt et cū aliquo so
cioꝝ habitare non possunt. imo pullos ꝓ
prios ꝗ se abijciunt. et statim quādo pos
sunt volare rostro eos ꝑcutiētes a nido
exire compellunt. ⁊ in suo consortio viue
re nō ꝑmittūt. vt dicit Arest. De ⁊ alie
aues p̄de recipiunt in p̄dando diuersifi
cationem. quedam capiunt p̄dam in ae
re volando ⁊ nunꝗ aliquam p̄dam sua
ducit sup terram. quedam vero econuer
so in terra aues capiunt. sed in aere nun
ꝗ ledunt. Unde mansuete volucres vt
columbe istarum auium differentiam re
cognoscunt. et ido qn̄ p̄dones aeris vidēt
ad terram fugiunt. quādo vero p̄dones
terre cōspiciūt in aera subito se extollūt
et que in terra erant in periculo eleuate
a terra in aera tute fiunt. vt dicit idem.
Item sunt quedam aues nemorose q̄ sil
uas frequentant et densas arboꝝ inhabi
tant summitates. et he quedam sunt ce
teris maioris mā suetudinis. sic sunt oēs
modulātes et estiuo tempe dulcissimis
vocibus in siluis ⁊ arboribus resonātes
sicut sunt merule ⁊ philomene et huius
modi que tempore amoris maxime can
tant in rubis ⁊ frutectis nidificant sup
oua solicite cubant. pullos suos diligūt
et educant. Sunt et alia quedam volati
lia que campestria precipue frequentāt
et victum de terre fructibus acquirūt cō
tinue et manducant quales sunt grues
et anseres tam domestice ꝗ siluestres ⁊
huiusmodi aues simul viuere tam i ter
ra ꝗ in aere diligunt turmatim incedūt
speciem suam diligunt. regem sibi faci
unt et ei obediunt ordinate volant. ⁊ qn̄
doꝗ inter se vehementissime pugnant ⁊
rostris se dilacerant et deplumant. sed
post pugnam quasi reconciliati simul vo
lant. et societatem pristinam non decli
nant. tempestatem futuram precogno
scunt. et cum vident eam imminere vo
ciferant atꝗ clamant vigilias ordinant
et in vigilando vices mutant. Hec om
nia continentur in exameron Basilij et
etiam Ambro. similiter et in Aristote.
Superaddit etiam Arest. et dicit vigil
lapillum inter pedes tenet vt si forsitan
surrepserit somnus. casu lapidis excite
tur. et si qua societatem perdit altissime
ascendit ⁊ vociferando socios suos que
rit et quousꝗ inuenerit ad pascua vix
descendit. dicit enim ꝙ rex huiusmodi a
uium semper primo se deponit et primo
de terra se erigit. caput etiā pre ceteris
frequentius eleuat et circumspicit. sed si
quemꝗ viderit venientem vociferat et
excitat alias ac premit. Item sunt con
siderande quarundam auium proprieta
tes scdm̄ variam cibatiōem. sunt enim
que non cibantur nisi carne vel sanguie
sicut omnes aues prede que sunt curui
rostri et acuti vnguis que comedūt om
nia animalia que possunt venari. sed nō
venantur neꝗ comedūt aues sui gene
ris sicut faciūt pisces. vt dicit Arest. li.
xvij. et tales aues nunꝗ potant aquā
vt dicit ibidē. Alia vero sunt volatilia
que solis vtūtur seminibus et fructib⁹
ac herbis terre nascentibus vt columbe.
vt turtures et anseres tam siluestres ꝗ
domestice. Alia vero sunt volatilium ge
nera que vescūtur. nūc carnibus nūc fru
ctibus indifferenter. sicut omnes aues
coruini generis. sic monedule cornices
corui ⁊ pice de qb⁹ di. Are. et etiā Basi.

pascunt aues coruini generis pullos su
os in iuuentute et iuuenes pascunt parē
tes in sua senectute. qui etiam debilitan
tur iuniores in suis humeris eleuant et
deferunt seniores. vt dicit idem. Et sol
bus huiusmodi volucribus naturalis pietas
cōmendatur. vt homo pietatis obsequi
um denegare parentibus erubescat quod ab
auibus impendi sibi inuicem nō ignorat
vt dicit Ambro. Item secundum variam mē
brorum dispositionem cōsiderantur aliq auium
proprietates. quia sic dicit Aresto. lib. xiiij.
Omnes aues in hoc cōueniunt quod omēs
habent rostrum quod in alijs animalibus non
inuenitur. sed in dispositiōe est differentia
quia quedam habent rostrum breue et la
tum quarum vita quieta est et mãsueta
quia huiusmodi rostrum est aptum ad sumen
dum cibum de vicino. quedam vero habēt
rostrum longum et acutum sicut et longū
collum quia acquirunt cibum de profundo. q
dam curuū et acutum. quia talis figura ne
cessaria est ad comedēdum et dilaceran
dum carnem crudam. Hoc autem ha
bet proprium omnis auis. quia bipes est sicut
homo. et in pedum et crurium dispositiōe ma
xima differentia inuenitur. quia pedes a
uium vncorum vnguium sunt fortes et acu
ti quia cōuenientes sunt predationi vena
tioni. pedes autem fluuialiū sunt clausi
et indiuisi et lati. quia cōueniūt natatio
ni. et omnes aues longorum pedum et cruri
um habent collum longum et volant ex
tenso collo. et si collum fuerit gracile et
debile declinant ipsum in volando. et ē ge
nerale quod omne volatile habēs breue col
lum breuia habet crura et ecōuerso. Omē
autem volatile habet vmbilicum quãdo
nascitur. sed cum crescat auis latet vm
bilicus et omnino nō apparet quia cōtinu
atur cum intestino per interiorem venam
Item cōsiderari possunt quo ad citã vel
tardam pullificatiōem. quedam enim mul
totiens pullificant vt colūba que decies
ouat in anno. quedam vero multū ouant
vt gallina. et quedam multotiēs vt co
lūbe. galline autem multum ouantes ci
to moriuntur. vt dicit Arest. li. v. Aues au
tem curuorum vnguiū que carnē comedūt
raro ouant. quia nō nisi in anno semel pre
ter yrundines que sole inter comedētes
carnes pullificant bis. Infirmantur autē
aues quando cubant super oua sua. vt pa
tet in gallina et in aquila. de qua dicit
li. vi. quod aquila tunc valde grauatur et al
bescunt ale eius et extantur vngues ei
et debilitantur. Sunt et multe alie proprie
tates auium quas prosequi esset longum
hoc solum attendere oportet quod aues inter
cetera animantia generaliter sunt sub
stãtie purioris leuioris et nobilioris mo
tus fortioris. visus acutioris carnis di
gestibilioris sapidioris cōuertibilioris
et sanioris. in nidificando et pullos edu
cando solertie amplioris. Hec autem in
generali dicta nunc sufficiant.

Capitulum .I.

De aquila.

Unc de auibus in particulari
h dicendum est. et primo de aqui
la que velut regia inter volucres
obtinet principatum. Inter omnes aui
um diuersarum species aquila est maxi
me liberalis. vt dicit Plinius. Nam pre
dam quam arripit nisi nimia fame arce
atur sola nō comedit. immo auibus eam
sequentibus quasi communem exponit
sua tamen recepta primitus portione et
ideo semper aquilam alie aues solent inse
qui sperantes quod de ipsius preda eis debe
at aliqua portio impartiri. sed quando
preda prius capta sibi non sufficit tan
quam rex de republica viuens auem sibi pro
ximiorem rapit et in medio ponit illam
Duos lapides preciosos nomine ethodos
quorum vnus est masculinus. alius vero
femininus in nido reponit. sine quibus
vt dicitur parere nequit. Gemmam que
dicitur achates reponit in nido vt pul
los suos custodiant a morsu reptiliū ve
nenoso. vt dicit idem Plinius. Est au
tem aquila ab acumine oculorum dicta
vt dicit Isido. tanti enim et tam limpi
di dicitur visus esse vt cum in aere sup
maria immobili penna deferatur vt pre ni
mia eleuatione a terra vix humanis pa
teat obtutibus. de tãta sublimitate pisicu
los viderit in mari natare ad instar lapidis

Sex aquila[...]nera inuenisse fertur albertus magnus lib. 23. de animalibus.

descendens piscem rapit. et sic captam p̄dam ad litus trahit. Est autem auis naturaliter calida et sicca. p̄de auida et supra aliarum auium vires fortis ⁊ animosa. cuius fortitudo maxime viget ī alis: pedibus et in rostro. q2 alas habet valde neruosas et paꝝ carnosas ⁊ ideo in volando patiens est laboris q2 respectu magnitudinis sui ī corpis parū habet carnositatis ⁊ multū neruositatis, ꝑpter q̄d multum habet fortitudinis ⁊ virtutis ⁊ mltū etiam habet pennositatis, ꝑpter q̄d etiam plurimū cōtinet leuitatis. Inter omēs aūt volucres maxime viget in aquila vis visiua. spūm enī habet visibilem temperatissimū et in actu vidēdi acutissimum solem enī irreuerberatis oculis in suo toto circūferentia intuetur. ⁊ tñ visus sui acies nō obtunditur nec claritate solaris luminis disgregatur. vt dicit Ambro. Dicit etiam ambro. sicut et Arest. li. xx. ꝙ quedam spēs aquile quā vocant almachor ē acuti visus valde. ⁊ pullos suos vngue suspēsos radijs solis obijcit ⁊ solē aspicere cōpellit ⁊ hoc anteq̄ȝ habeant alas completas ⁊ ad hoc eos percutit ⁊ erudit ad aspectū solis. ⁊ si oculus alicuius lacrimetur ipsum tanq̄ȝ degenerem vel interficit vel abijcit a nido vel cōtemnit. si aūt directa acie solis radiū viderit ipm tanq̄ȝ sibi in natura silem diligit atq̄ȝ nutrit. Quis aūt ita irreuerberata solis acie claritatē videat. visum tñ ad p̄de aspectū dirigit ⁊ inclinat. vt di. Greg. et Arest. li. xij. Aues inquit vncoꝝ vnguiū indigent necessario acuto visu. quoniā videt cibū suū a loco remoto valde. ⁊ ꝓpter hoc leuat se aquila plus q̄ȝ alia volatilia. hec etiā ī altissimis rupibus nidificat vbi loci sublimitate ab omnimodo cursu aduersario se tutificat et defendit. vbi s̄m greg. in altissimis puta residet ⁊ tñ pastus gratia īfima ista videt. ad altissima se eleuat et ascendit. ⁊ tñ viso cadauere vel p̄da quā desiderat subito ima petit. Est insuper aquila auis difficulter cubans pullificans et pullos suos nutriens. dicit Arest. li. vi. ꝙ aquila ad plus ponit tria oua. sed tertiū proicit a nido qm grauiter incubat super ea. et subdit. q2 illo tempore debilitat in tantum ꝙ non potest bene venari pullos auium aliaꝝ. q2 tūc incuruantur vngues sui et albescūt ale sue ⁊ tunc nimis grauatur in dando cibū pullis suis. ⁊ si cōtingit aquilā hr̄e tres pullos. eijcit vnū de nido suo ꝓpter difficultatē nutriendi. sed auis bzyni q̄ arabice dr̄ cebar nutrit pullos suos casualiter ab aquila sic reiectos vt dicit idem. Item idem docet ꝙ aquilaꝝ diuerse sunt spēs ⁊ diuersimode cibant ⁊ nutriunt pullos suos. Naȝ que albas habent caudas in eaꝝ cibatiōe plꝰ laborant. que vo habent nigras minus ī hmōi negocio se fatigant. pullos aūt suos ad volandum iam adultos ⁊ de nido eijcientes paulatim ꝓuocant ad volandum ⁊ faciūt eos esurire vt auidius eas sequantur in aere ꝓpter pastum ⁊ forsitā si pigritauerint ad exeundum percutiūt eos cū rostro et subtrahūt eis cibū. vt sic cogant eos ad exeūdū. ⁊ postq̄ȝ fuerint cōpleti in fortitudine et in pennis fugant eos a se. et nō sunt plus sollicite sup eos pter q̄ndaȝ spēm aquile quā arist. vocat achat que cogitat de pullis suis magno tempe. et qñ volant pulli volantꝰ cū eis et dant eis ad comedēdum. ⁊ q̄n̄q̄ȝ volitat sup illos curam illoꝝ agens. parata ad resistendū alijs auibus. si forte cōuenerint ad nocēdū pullis suis in aliquo seu ledendū. Hec oīa tangit Arest. in li. vi. De aquilis vero dicitur vt tangit greg. super Job. ꝙ quādo eius pulliculi recēter nati ad capiendū grossiorem cibum ⁊ digerendū sunt inualidi sanguinem et liquidiorem humorem p̄de sue in os suum attrahit ⁊ sugit et attractatum sanguineȝ in ora pulliculoꝝ vomit et ita reficit eos cibo leuiori quousq̄ȝ inualescāt ad sumēdum cibū fortiorē. Ad hec dicit Aug. et Plinius ꝙ aquila in senectute patitur caliginem in oculis ⁊ grauedinē in alis suis contra qd̄ incōmodum instruitur a natura vt fontem aque scaturiētis querat deinde ascendit q̄ȝtum potest ꝑ aera donec ex calore solis ⁊ labore volatus fortiꝰ incalescat. vnde tunc ex calore poris apertis et pennis relaxatis subito descendens ī fontem ruit. ibiq̄ȝ mutatis plumis ⁊ purgata caligine in oculis vires recipit re

sumit. Sup̄ p̄s etiam dicit idem q̄ cū
senuerit ita induratur et incuruatur eius ro-
strum. vt vix possit sumere cibum suum.
et cōtra hoc incōmodū inuenit remediū.
qr petram sibi q̄rit cōtra q̄ fortius ro-
strum pcutit et allidit. et sic deponit onus
rostri et cibū capiēs resumptis viribus
iuuenescit. Et sicut dicit plinius aquila
sedendo sup rupem vel arborem ad solis
claritatem oculorum aciem dirigit vel post
p̄dam hinc inde circūspicit. vel vngues
suos inspicere non desistit. Fel huius est
multū medicinale. qr positū in collirijs
visum acuit et subuenit caligini et alijs in
cōmodis. vt di. dyas. et etiā constan. Ha
bet aūt aliquas proprietates minus lauda
biles. est enī auis excedens in calore et
siccitate. et iō est aīosa et iracunda. quia
ira fortis non est nisi in corporibus magne
siccitatis. vt di. Arest. li. xvi. et auibus ino
centibus ē aquila inimica et infesta. vn
guibus enī rapit. et rostro pcutit caput a
uis. vocem habet reboantem et generali
ter oēs aues terrificantem. In aspectu
enī aquile et auditu terrent oēs aues al
terius speciei etiam aues p̄de. vn dicit
plinius q̄ herodius et cōsimiles aues p̄de
qñ audiunt aquilā vix p̄dant et hoc for
san accidit ex timore. Aquilam enī in ae
re tantū rapientem timent generaliter om
nes aues minus aūt illam que rapit in
terra. minime autem illam que rapit in
aqua. qr illā nō timent nisi volucres quarum
victus et conuersatio est in aqua tantum
talis aūt aquila multū degenerat a no-
bilitate aliarū aquilarum que in aere vel in
terra rapiūt p̄dam suam. timet enī vul-
turem. vn di. Arist. li. ix. q̄ amachel ma
net iuxta mare et magnos lacus et cibatur
ex auibus prope mare qñ ascendunt ab a
qua. Et si viderit vulturem venientem
timebit vn fugit ad aquā. sed vultur q̄ ē
acuti visus semp volat circa locū illū. et
si exierit auis de aqua in aerem vel in ter
ram statim rapit eam vultur. si vero diu
fuerit in aqua suffocatur. Habet aūt aqui
la vnū pedē clausum ad modū pedis an
seris cū quo se regit in aqua qñ solet de-
scēdere propter p̄dam. aliū vero pede habz
diuisum cū acutissimis vnguibus cū q̄
bus p̄dam rapit. Habet aūt penna aqui
lina quandam latentem corrosiuā virtu-
tem. vt dicit plinius. Dicit enī q̄ pēna
aquile posita inter aliarū auiū plumas
corrumpit et corrodit eas. sicut corde fcē
de intestinis luporum in vigella vel in cith-
ra posite cū cordis factis de intestinis o-
uium eas destruunt et corrūpūt vt dicit
idē. Aquila societatem nō diligit immo
fugit. vt dicit Arest. li. i. Aues que hūt
vncos vngues nō est possibile q̄ sint cū
aliquibus sociorum suorum etc. Item vngues
habet p mucronibus. et iō qñ sedet sup
lapidem retrahit eos et quasi claudit in-
tra carnem ne os allidat vel cōterat con
tra petram. vt di. Arist. li. xiiij. Non insi
det auis hñs vncos vngues sup arbores
vel lapides. qr natura vnguiū eius est con
tra istas duas res etc. Item impia ē con
tra filios suos qñ eorum visus claudit con
tra solem. qñ eos reputat alienos. Item
vt ad p̄dam aliarum auiū instruat eos et
compellat. rostro eos percutit et vulne-
rat. vt dicit plinius.

Capitulum. II

De accipitre.

Accipiter est auis regia que plus
animo q̄ vngulis est armata et
quod ei in quantitate corporis na-
tura denegat. hoc ei in virtute et auda-
cia animi recompensat. vt dicit Isido.
Est enī auis vt dicit Isido. alijs auibus
capiendis auida a quatum arreptiōe ac
cipiter. i. raptor est vocata Dicit etiā am
Basilius in exameron q̄ accipitres cir
ca suos pullos sunt crudeles. quia cū sint
habiles ad volandum cibos eis subtra
hunt. et percutiendo ad modum aqui-
larū de nidis exire cōpellunt et cogunt. qr
eos audere docent. et ad p̄dam excitant
ne adulti effecti torpescant ocio et magis
cibū querere q̄ vigorem animi consue
scūt. vt dicat Beda et Ambro. Sūt enī
quidā accipitres p̄dones aeris tm̄. qui
dam vero terre tm̄ sicut et aquile. vt dicit
Arest. li. vi. Primi aues tantum volan
tes rapiūt. secundi vero sedētes in terra
pcutiūt et inuadūt. et inter hos colūba di
scernit sic de alijs dcm̄ ē. Est igit accipit'

auis calida ꝛ sicca mõlẽ carnis d̃paupata. pẽnaꝝ plumarũq3 varietate decorata strutioni i pẽnaꝝ decore silĩma ẽ. sed in agilitate et animi magnanimitate oĩno impar est. Summa enĩ celeritate nunc in aere se leuat ꝛ ascendit in tantum ꝙ ab hominũ aspectibꝰ se subtrahit. nunc subito inferius in predam ruit. Pectus vero accipitris ẽ acutissimũ. modica tñ carne est munitũ. Vñ di. Arest. li. xiiij. Quanto pectus eius magis est acutũ. tanto melioris est volatus. quoniã si haberet pectus multũ latum moueret multum aeris et esset grauis motus. Carnosum autem nõ est. q2 acutum est ꝛ debile esset si haberet cooptorium ex multa carne sicut dicit̃ ibidem. Maxima itaq3 ẽ eius fortitudo in pectore et in vnguibꝰ et in rostro quo statim petit cerebrũ prede sue. Eius fel medicinale est et vtilit̃ in oculoꝝ collirijs admiscet̃. visum enim acuit et oculoꝝ albugines destruit et cõsumit. similiter et fimus eius. Hab3 autem hoc ꝓprium accipiter. vt di. Grego. ꝙ in senectute quãdo sentit se pennatꝰ pondere ꝑgrauari expandit alas suas cõtra solis radios flante austro. et sic ex repentina aura ꝛ calore resoluente aperiũtur pori quibus aptis excutit alas et sic veteres penne exiliũt ꝛ noue crescunt. et sic nouitas pennarũ ipm efficit ad volãdum aptiore3. Duo enĩ sunt genera accipitrũ. quidã eñ est domesticus et quidã siluestris. qui domesticꝰ est siluestres rapit aues et raptas eas dño suo derelinquit. siluestris vo domesticas rapit aues. Indignantis enĩ nature est accipiter. vñ si ꝑdam quã impetit ꝛ sequit̃ casu aliquo non arripit. vix illa die ad manu3 domini sui redit. Oport3 autẽ vt accipitrũ dieta sit ordinata sc3 nec nimis tenuis. nec nimis lauta. exabũdanti eni3 cibo impinguant̃. et tũc insolescũt aut pigrescũt. et ad reclamatoriũ redire dedignãtur. Si vo fuerit nimis paucus deficit accipiter viribus ꝛ efficit̃ impotens ad ꝑdandũ. Solent etiam oculi taliũ auiũ ciliati claudi siue tegi ne nimis de mãu gestãtis se efferant auibus visis ad quorũ raptũ anhelant ꝛ aspirant. Et iõ ꝗbus3 dam laqueolis illoꝝ pedes illaqueant̃ ne libere ad quãlibet auiculam efferant̃ gestatur in sinistra vt de dextra aliqͥd recipiat vnde reficiatur. Seruant̃ autem accipitres domestici vel domiti in mutatorijs vt a pennis veteribꝰ et induratis exonerent̃. ꝛ sic in iuuentute ꝛ decore renouent̃. dat̃ aũt eis cibus de aliqua carne aliquãtulũ venenosa et sic facilꝰ mutent̃. Accipitres vo maxime ledit̃ fumꝰ vt dicit Beda. et iõ eoꝝ mutatoria a locis fumosis debẽt eẽ remota. ne eoꝝ corpora ex fumi amaritudine ledãtur. et ne plume ipoꝝ ex nigredine fumi inficiant̃ carnibus recentibus et sanguinolentis reficiant̃. ꝛ solent eis dari corda auium que predantur. ꝗ̃diu viuunt ꝛ potentes sunt ad ꝑdandu3 a suis dominis diligũt̃ in manibus gestantur. sup ꝑticas reponunt̃. in pectore ꝛ in cauda manibus deplanant̃. cũ diligentia nutriũtur. sed qñ moriunt̃ ab omnibus inutiles reputantur. nõ enim comedũtur. sed potius sup sterquiliniũ ꝓijciuntur.

Capitulum. III.

De alieto.

a Lietus s̃m glosã Deutero. xiiij idem est qd̃ falco. auis sc3 prede auida et multum animosa. Inuadit enĩ aues longe se maiores eas pedibus et pectore ꝑcutiens et inuadens. Scd̃m aliquos vero alietus est auis paruula capiens alias minutas aues vt dicit autor aurore. Obtinet exiguas alietus corpore vires. Sunt ꝛ aues minime ꝑda cibusq3 suus. Exprimit hic aliquẽ qui solos vexat egenos. Et s̃m hoc videt̃ ꝙ alietus idem sit ꝙ nisus paruus q̃ gallice d̃r muschet vel ipe nisus.

Capitulum. IIII.

De apibus.

a Pes s̃m Isidoꝝ sunt dicte eo ꝙ sine pedibus nascantur. vel ex eo ꝙ pedibus alligent se inuice3 et cõnectant. He s̃m Isido. solertes sunt i gignẽdi mellis officio assignatas et sibi ꝓprias incolũt sedes nõ vẽdicãtes sibi alienas domicilia sua inenarrabili arte cõpo

A pes. i. Sine.

niunt et ex varijs floribus mirabili artificio fauum condunt. textisq; ceris ple
nimia castra replent. exercitū et regez
habent et bella mouent. fumū fugiūt et
ventuȝ et bellā. tumultu exasperantur.
Has plerisq; experti sunt de boum cadaue
ribus nasci pro his creandis vitulorum oc
cisorum carnes verberant. vt ex putrefcō cru
ore vermes procreent et postea receptis
alis apes efficiant. sicut scrabrones de e
quorum carnibus generant. vt dī. Ysi. Sm au
tem Ambro. in exame. mirabiles sunt a
pum ꝓprietates et insignes et nobiles.
Nam apes cōem habent sobolem. vnam
incolunt mansionē vnius porte clauduntur limine. cōis est labor omnibus. com
munis cibus. cōmunis operatio. commu
nis vsus. cōmunis fructus. cōis est omnibus volatus. cōis est oībus generatō
Integritas quoq; corporis virginalis oī
bus est cōmunis sicut et ptus qm nullo
cōcubitu miscent. nec libidine resoluun
tur. nec ptus quatiuntur doloribus et ta
men maximū filiorum examen cōstituunt
nam cū alie volucres vix in anno singu
los edant fetus apes geminos creāt et du
plici ceteris fecūditate ꝓponderāt. Itē
apes regem sibi creant. ipe sibi populos
ordinant. et tn̄ licz posite sint sub rege. ip
se tamē sunt libere. et regē sibi substitu
unt et naturali affectu diligūt. et sūma
defensione defendūt et p eo perire pulcruȝ
putāt. Regi suo tātā reuerentiā exhibēt
vt nulle de suis domibus exire audeāt nec
ad aliquos prodire pastus nisi rex fuerit e
gressus et volatus sibi vendicauerit prin
cipatū. Eligunt aūt apes sibi in regē in
magnitudine et specie magis insignem
et qd in rege pcipuū est mansuetudine
clariorē. nam et si habeat aculeū eo tamē
nō vtit ad vindicandū. Naturaliter aūt
apes tanto sunt leuiores quāto ceteris
sunt maiores. Sed et apes q nō obtempe
rant regi ꝓpria cōdēnatiōe se mulctāt vt
aculei sui vulnere moriant. In apū ve
ro examine nulla est ociosa. quedam eni
certāt quasi in bello campestri cōtra ali
as apes. alie vigilant circa victū. alia fu
turas explorant ymbres et speculantur
cōcursus. alie ceras de floribus fingūt. a

lie cellulas nunc rotundas nūc quadra
tas mira cōnexione et equalitate cōponūt
et tn̄ inter tam diuersa opera nulla alie
nis laboribus insidiat. nulla raptu vic
tum querit. sed ꝓprio volatu et labore in
ter herbas et flores que sibi sunt cōgrua
recolligit et requirit. habent tn̄ apes spi
cula sua et inter mella fundūt venenum
si ab aliquo fuerint lacessite. vitamq; su
am ponūt ardore vindicte ꝓ domicilio
rum suorum defensione. Apis itaq; et si in
firma est robore. valida tn̄ est vigore sa
pientie et virtute cuius fructus est om
nibus suauis qui suauitate sua fauces ob
dulcat et vulnera curat ac interioribus vl
ceribus infundit medicamentū Hucusq;
Ambro. Sunt et alie ꝓprietates quas
tangit Arist. li. x. vbi ista interserunt di
cit etiam inter cetera q apum operatōes
inter se sunt diuersimode. quedā eni ad
ducūt suis aluearibus quo indigent ad
ꝑparationē mellis et floribus et frondi
bus arborum et herbarū et pcipue in quibus
est glutinositas. et illiniunt ex eo supfici
em aluearis. et hoc faciunt ꝓpter nocen
tia aīalia. et si introitus aluearis fuerint
nimis ampli. strictificabūt eos deinde
cōgregant mel. et primo incipiūt facere
domos in quibus habitāt reges. deinde
alias domos in quibus habitant alie a
pes aluearia custodientes. et accipiūt ce
ram ex floribus et cōgregant ipam cū pe
dibus anterioribus. deinde mutant eā
ad pedes medios. deinde ad coxas pedū
posteriorum. et post volant cum ipa. et tuc ma
nifestatur ponderositas eā. Et cum vo
lat apis non tangit flores diuersos nec
dimittit vnum florem et vadit ad alium
quousq; diu ibi inuenit quod sibi necessarium
est et vtile. sed colligit ex eo quo indiget
et tunc redit onusta ad locum suū. Qua
liter autem mel recolligant et q sit mel
lis ꝓpria materia non possumus leuiter
distinguere sensu. Frequentāt autem li
benter folia et flores oliue et manēt su
per ipsam longo tempe ꝓpter spissitudi
nem foliorum. Quando autem rex earum
nequit volare tunc ferunt ipsum turba
apum. et si fuerit rector viuus mares e
runt in vna pte et femine in alia. Si

vero fuerit mortuus mares eunt cū fe
minis in domibus et femina rectoris est
dupla ad alias ꝛ habet acutiorem acule
um q̄ȝ masculus ꝛ multi de maribus ca
rent aculeis ꝛ volunt quasi pungere cū
aculeo ꝛ nō possunt. Rectores autem du
orum sunt modoꝝ. vnus est niger et ali⁹
est rubeus. ꝛ hic melior est. ꝛ est apis bo
na pua rotunda in se densa constricta in
medio quasi cincta mediocriter villosa.
et differunt apes in pastu. qꝛ quedaȝ pa
scuntur floribus ortulanis ꝛ sunt diuer
se ab illis que pascūtur in floribus mon
tanis. Nam ille que pascunť in arborib⁹
montanis minores sunt alijs ꝛ fortio
res ꝛ plus patientes laboris. Item apes
sedent sup aluearia ꝛ sugūt qđ est super
fluū in fauis. et dicit ꝙ si nō facerēt hoc
generaret ex eis aranea ꝛ morerent apes
Qñ autem modicū est de melle in domi
bus deserunt eas ꝛ pugnant cū illis q̄ vo
lunt extrahere mel ꝛ ꝓpter hoc videnť se
ꝑ sedere sup foramina quasi pate ad re
sistendū. et pugnant breuiores cōtra lō
giores pugna forti qñ multū comedūt
de melle ꝛ laborant eijcere eas de alueari
bus que non mellificant nec laborant.
Item reges nō apparent extra aluearia
soli nisi magno stipatu apum ꝛ ipse in me
dio eaꝝ est ꝛ exitus eius est ante exitum
pulloꝝ apum tribus diebus. deinde exe
unt apes pauce ꝛ volant circa aluearia
et diuidūt se ꝑ cateruas ꝛ vadit cū quo
libet rege cateruа vna. et si ꝯtingat ꝙ ex
eat vna pars apum ad alias tūc ille pau
ce residue vadūt ad aliū regem ꝛ dimit
tunt suum primū regem. ꝛ vadūt ad re
gem possidentem plures. ꝛ si rex quē di
miserunt insequať eas interficiūt ipsum
Item qñ apes pungunt cito post moriū
tur si totū infixerint et nō retraxerint a
culeum suū. qꝛ impossibile est totū acule
um extrahere nisi cum eo exeat intestinum.
Rectores autem apum raro pungūt. et
si aliqua apis moriatur in alueari extra
hunt eam residue. qꝛ hoc animal valde ē
mundū plus q̄ȝ alia animalia. et ꝓpē hoc
eijciunt stercus suum in volando ꝛ nō in
alueari suo qꝛ fetidus odor grauat eas
Similiter ventus vnde si fuerit fortis
ventus custodes apium debent tegere ori
ficium alueariis ne intret ventus ad eas
qñ autem aluearia efficiūtur aliquo ca
su fetida derelinquūt ea. ꝛ si ꝯtingat eas
ibi morari ex fetore infirmanť. quando
etiam nimis quiescunt infirmantur et
eijciunt ociosas ꝛ cōuenit eis in hyeme
locus calidus ꝛ in estate locus frigidus
et si homo dimiserit eis multū de melle
nō multū post opabunť. ꝛ si modicum se
gnescent ad opandū mel. ꝛ ꝓpter hoc debȝ
custos dimittere de melle sm multitudi
nem apum. ꝛ si defecerit eis mel ad come
dendū debet eas pascere ficubus ꝛ alijs
dulcibus ne moriantur. Itē qñ contēdūt
inuicem intra aluearia signū est ꝙ vo
lūt discedere ab alueari ꝛ tūc debet custos
irrorare vinū dulce intra aluearia ꝛ tūc
manebūt. Hucusqꝫ Arest. li. viij. siue. ix
Item idem li. xiiij. apes nō faciūt strepi
tum nisi volando et extendendo ꝛ cōtra
hendo alas suas ꝑ aerem cadentem inter
alas ꝛ corpus. Item posteriores pedes
apum sunt maiores q̄ȝ anteriores ꝓpter
ambulatōem ꝛ vt cito eleuent a terra cū
voluerint euolare. vt dicit idem li. xiiij
Item accidit apibus infirmitas que ab
Arest. li. viij. dicit cabizoim. alias halyt
roim. vel taboꝛzoit. ex pulis vermiculis q̄
generantur in alueariibus ex corrupcē fa
uis ꝛ quando crescunt illi vermiculi faci
unt texturam similem texture araneaꝝ
ꝛ dominanť sup totum aluear. et idē pu
trescit mel ꝛ egrotant apes vel moriūtur
Item idem li. xvi. Apes non generātur
ex coitu necqꝫ ex diuersis generibus coe
untibus necqꝫ ex apibus ꝑ coitum. In
annis autem pluuialibus multiplicān
tur apes valde siue pulli apum. qꝛ ꝓpter
humiditatem multiplicantur supfluita
tes in corporibus. In annis autem tem
pate cōplexionis pulli apum diminuūť
vt dicit idem. Item in dictis ꝑticulari
bus dicit. Apes flores amigdalinos pa
scentes faciunt mel magis tempatum ꝛ
magis saporosum minusqꝫ acutum. ꝛ ȝ spi
ritualiū mēbroꝝ maxie mūdificatiuum.
apes vō absinthiū pascētes ꝛ alias herbas
amaras faciunt mel. sed minus dulce. ē
tamen multum mūdificatiuū opilatio

pis splenis et epatis aptiuum et ydropi/
corum iuuatiuum. et morsus rabidi canis curatiuum. Quere infra de melle in tractatu de liquoribus alias proprietates apum in littera. A in tractatu de animalibus secundum philosophum et Auicen.

Capitulum. V.

De bubone.

Bubo a sono vocis nomen habet. vt di. Isi. Est autem auis feralis onustaque plumis. sed graui semper detenta pigricia. debilis est ad volandum. in sepulchris die et nocte versatur semper commorans in cauernis. deinde apud augures malum portendere fert. Nam in vrbe visa solitudinem portendere asserunt. vt dicit idem. De bubone di. Aresto. li. viij. Monedula inquit pugnat cum bubone quoniam debilis est visus bubo apud meridiem. Clarius namque videt de nocte quam de die. et propter hoc capit monedula que est auis corum generis bubonis oua et comedit ea de die. et bubo comedit oua monedule de nocte. quia bubo fortior est de nocte quam die. et monedula fortior est de die quam de nocte. et alie aues volant in circuitu bubonis et deplumant ipsum. et propter hoc aucupes cum eo deprehendunt alias aues. pugna autem istarum auium sicut et bestiarum non est nisi propter cibum et mansionem cuius frequens vlulatus de nocte presagium est mortis secundum augurum coniecturam. bubo stercoribus et alijs immundicijs pascitur ab alijs volucribus hocodio habetur. templa frequentat nocturno tempore vt de oleo lampadum satietur. in plumis tantum et in rostro auibus predictis similis esse videtur. sed in animositate penitus est dissimilis et in virtute quando ab auibus impugnatur in supinum se vertit et rostro cum pedibus se defendit. mures et vespertiliones venatur et comedit. de nocte euagatur et circumuolat de die vero in parietum timulis se abscondit

Capitulum. VI

De columba.

Columbe sunt dicte a colore colli. eo quod earum plume in collo colore multiplici sunt resperse. vt dicit Isi. Sunt autem columbe aues mansuete hominum frequentiam et consortium diligentes et in earum multiplicatione conuersantes quas antiqui venereas nuncupabant eo quod frequententer nidos et osculo amorem concipiant et venerea multum vacant. et ideo columba dicitur quasi colens lumbos. vnde dicit Isido. nam columbe omni tempore et faciunt pullos cum fuerit earum mansio calida. et fuerit earum cibus paratus. meliores autem faciunt pullos in autumno quam in vere vel in estate propter copiam victius. vt dicit Isi. De natura vero columbarum. dicit Arest. li. v. columba auis est voluptuosa. vnde et se se osculantur ante coitum et masculus senex non potest coire tamen non cessat osculari et femina multotiens saltat super feminam cum non sit masculus. et hoc facit cum osculatur et non eijciunt semen. Ex tali autem coitu faciunt oua aliquando non pullificantia sicut sunt oua venti. et omnes aues que similes sunt columbis ouant in vere bis vel ter et faciunt duo oua sed non ouant tertio nisi quando corrumpitur secundum. Item idem dicit li. vi. Columbe inquit pro maiori parte pullificant marem et feminam. et primus pullus est masculus et aliquando exit vnus pullus vno die et alius alio die. et masculus cubat de die oua. et femina de nocte. et primum ouum complet se et fundit in. xx. diebus. et columba primo penetrat testam et post diuidit illam. et masculus et femina calefaciunt pullos in vno tempore. et femina est magis sollicita circa pullos quam masculus. et decies in anno ouant et quandoque vndecies vel duodecies sicut in egypto et masculus coit cum femina post annum. Item idem lib. viij cum pullificat columba statim masculus regit pullos et si femina tarda venire ad pullos propter dolorem partus percutit eam masculus et cogit eam ponere se super pullos. et cum crescit pulli vadit masculus et sugit terram salsam. et illud quod sugit ponit in ore pullorum vt assuescat eos cibo. Cum autem mas vult eijcere pullos de nidis coit cum ipsis. Item columbe habent proprium sicut et turtures. quia caput suum non erigunt quando potant quousque eis sufficit.

ciat banstus potus. Uiuūt aūt columbe
et generaliter cubant vsq̃ ad annos. xv
Ducuīs q̃ Arest. Proprietates aūt colū
bar visuales et multas notas tangit glo.
sup verbū illud. Oculi tui colūbar. Cā
tico. i. Colūba inquit felle caret. rostro
non ledit nisi parem suum forte. in cauer
nis petrarū nidificat alienos pullos nu
trit. colūbas alias errantes associat ⁊ re
colligit. iuxta fluēta manet meliora gra
na eligit. gemitū p cantu reddit. grega
tim volat ⁊ societatem diligit. alis ⁊ ro
stro se defendit. cadauera et alia immū
da non comedit geminos pullos nutrit
supfluenta residens. vmbram accipitris
de longe venientis inspicit quā videns
statim ad interiora foraminis fugiēs se
abscōdit sicut di. glo. ibi. Oculi eius si
cut colūbe sup riuos aquar ⁊c. Can. v. c.
Et vt di. in viatico. Constā. sanguinē
habet medicinalem. Dicit enī q̃ sāguis
eius sub dextra ala extractus ⁊ calid' o
culis impositus seu instillatus dolorē mi
tigat ⁊ sanat obtalmiā oculor. Fimū hʒ
ardentem quem de nido eijcit et pullos
vt eijciant instruere cōsueuit. vt di. Are
sto. Colūba pacis est nuncia simplicita
tis forma. natura mūda. ple fecunda. pi
etatis emula. societatis amica. iniurie i
memor. que q̃to est pennosior tanto fe
cundior inuenit. vñ colūbe habentes pe
des pennatos fere pullificant omni mē
se. Est aūt columba naturaliter timida.
raro secura. nisi qñ est in foramine petre
ibi aliqualiter requiescit. Est aūt obli
uiosa ⁊ iō sublatis pullis damni sui im
memor nidificare ⁊ pullificare in eodē
loco iterū non obmittit. vt di. Iero. Id
stulte est curiosa. nam sedens sup arbo
rem circūspicit ⁊ ad quā ptem velit ten
dere quasi deliberans collū vndiq̃ circū
flectit. sed sepe dū de volatu deliberat. añ
q̃ arripiat volatū sagitta eam transuo
lat. ⁊ iō ꝓpositum nō pficit. qz q̃d diutius
fieri ꝓposuit in tempe cōgruo nō pficit.
vt dicit Greg. Item vt dicit in diet. p
ticularibus. Caro colūbina dura est ad
digerendū ⁊ viscosa. vñ grossum dat nu
trimentū maxime caro pulliculor. sʒ qñ
volare incipiūt tūc mot' ⁊ laboris mul
tum amittunt de illa grauitate. ⁊ fit ca
ro leuior et acceptabilior ad digerēdū.
Quanto autem vetustior tanto durior
et peior ad digerendum. ⁊ illaudabilius
generat corpori nutrimentum. Item co
lumba aliquādo inuenit domita que ad
deceptiōem siluestrium est instructa. nā
siluestribus se associans ad rethe eas du
cit. et vt cautius eas decipiat cū illis in
trat aucupis rethe et inuolui se pmittit
sub amicicie specie quasi ad pascua eos
allicit ⁊ sic pascendo ad laqueum ⁊ inte
ritum eas trahit. Item in egypto et in
syria vt di. Ambro. instruit columba vt
littere sit gerula. puincie ad puinciā in
termissa. naturaliter enī diligit locū et
mansionem vbi primitus est nutrita. et
q̃tumcunq̃ deferatur ad longinquas p
tes semp redit ad ꝓpria si liberati fuerit
restituta. Tali autem columbe cauti' so
let alligari littera sub ascella que dimis
sa eleuat se in aera ⁊ nunq̃ cessat donec
redeat ad sue natiuitatis prima loca sed
qñq̃ in via cognoscit ab hostibus ⁊ sagit
ta impetitur. ⁊ p litteris quas defert inter
ficitur ⁊ vulneratur. et sic nō sine pericu
lo est baiula littere. qz frequenter litte
ra sic portata est causa vel occasio mortis
sue.

Capitulum. VII

De coturnicibus.

c Oturnices sunt quedam auicu
le a sono vocis dicte quas greci
ortigias vocant. eo q̃ ferunt in
ortigia insula primo vise. vt di. Isi. He
aues certa habent adueniendi tempora.
gregem faciunt et ducunt. accipitrem tī
ment. et q̃diu accipitrem vident tādiu
de terra non surgunt. ideo etiam ortigo
metra dicunt. habent autem he aues du
ces sicut et grues. Et ideo qz timent acci
pitrem. cura est eis sollicitare duces per
quos cauent ꝓpria discrimina ne ab acci
pitre capiantur. Hec sola auis morbū
caducum patitur sicut et homo ⁊ passer
Mare transiens cum lassatur in aquā de
scendit ⁊ vnam alam erigens velum sibi
facit. cibos gratissimos habet semina ve
nenosa. ꝓpt' quas causas veteres eas ve

sci phibuerunt. Elleborus enim est cibus coturnicum qui si ab animali in multa quantitate sumatur pniciosum est. nam cum animalia latas habent venas, p quas defertur fumus vi ellebori cor subito infrigidat et mortificatur. Coturnices autem venas habent strictas circa cor vnde fumus venenosus non habens liberum trãsitum in stomacho remanet et ibi digeritur et subtiliatur vnde non leditur. Coturnices autem vulgari sermone curleios vocamus a veloci cursu. citissime eni currunt super terram. speciem autem suam diligunt tales aues. et ideo vociferãdo mutuo se requirunt. vt di. Ambro.

Capitulum. VIII

De ciconia. *cigueña*

Ciconia vel ibis est auis fluuialis que seipam purgat rostro suo. quia qñ ex ciboz multitudie sentit se grauatam aquam marinam intra se recolligit quam p anum ad interiora infundit. que remolliendo cibi cõpacti duriciam mordicando, intestia superflua eijcit et emittit. Hec auis serpentum ouis vescitur et ex eis gratissimam escam deferens pullis. vt dicit Isi. Et dicitur ciconia quasi cicantia qz cõquaciente rostro quasi cum cãna sonum facit. vt dic idem. veris est nuncia et in suo aduẽtu pdicat nouitatem tempis. serpentibus est inimica. rostro enim eos pcutit et interficit. et quãdoqz deuorat et reglutit. humanam frequẽtiam et societatem diligit et ideo nidificare super domos ab hominibus inhabitatas cõsueuit et nidum suum primũ nisi fuerit coacta defacili non dimittit sed in suo recessu cõtra hyemez terra replet nidum suum et cũ luto rugulas nidi et spinas compaginat, ne aliqs ventus tempestuosus ipm in hyeme deijciat aut dissoluat. In reditu autez suo in vere eundem locũ occupat ab alijs nidum occupare volentibus ptegit et defẽdit. viuente femina mas causa coitus cũ alia se non associat. sed quo ad nidum et generationis officium femine fidem seruat. in qua si masculus aliquo casu adulterum cõcubitum psenserit. vltra secũ non cohabitat. sed rostro si potest eam transuerberat atqz necat. vt dicit Arest. Alias qz in nido mas feminam non calcat et in cubando sup oua mas cũ femina vices mutat. pullos suos miro affcũ diligit et custodit. et ex assiduo cubitu super eos plumas perdit. pater quãdo ẽ i pascuis. mater in nido residet. et ecõuerso. quando reuertitur mas euolat femĩa ad pascua et masculus nidum fouet. vt dicit Ambro. ciconie maria transuolãt. et collecto agmie ad calidas regiones simul volant. In suo autez discessu comites habent cornices que ipsas pcedunt et quasi ciconijs ducatum pstentes. contra aues infestas eis p viribus se opponunt. vt dicit in exameron. Quãuis autem venenosa comedant vt ranas et serpentes et hmõi. venenũ tamen naturam earũ non superat nec immutat. iõ eis est refectio et nutrimentum qd hominibus et alijs aĩalibus est venenum. vi eni caloris qui in eoz interioribus dñantur virtus veneni extinguitur et supatur. A pullis suis in senectute pascũtur. nãz eximia illis circa filios est pietas et ideo qñtum tempus expendunt in fetibus educãdis tantum ipsa a pullis suis vice reciproca nutriuntur. vt dicit Ambro. quando vero pulli nascunt. cuira pedes et rostra habent ad modum cigni valde nigra. sed deposita paulatim nigredine. rubere tanto plus incipiunt quanto quotidie plus senescunt.

Capitulum. nonũ

De cornice. *Corneja*

Cornix est auis annosa, q apud latinos greco nomine appellat. quam aiunt augures hominum curas agere insidiarũ vias mõstrare, futura pdicere. sed magnũ nephas est credere, q deus consilia sua cornicibus manifestet vt dicit Isid. Huic inter multa auspicia tribuũt. vt etiam pluuias ptendant vocibus iuxta illud virgilij. Nunc plena cornix pluuiam vocat improba voce. Est autem auis garrula et impia et incolis vbi habitat nociua vt dicit idem. Immũdis pascitur et venenosis viuit

sime viuit. contra senectutē in pluma albescit. s3 ī carne strinsec⁹ ꝗ̄to viuit diutius plus denigrescat. Vulpem p̄ ceteris animalibus odit. cōtra nisu3 et accipitrē cōfligit vt di. Isi. Est enī auis improba aquile ⁊ aliis p̄de auibus importuna nam aquilam quā tangere formidat garritu ⁊ volatu insequitur ⁊ infestat. sed d̄ sua improbitate non semꝑ lucrū portat. q2 post longam aquile dissimulatōēm aliquando ab ea rostro pcutitur aut interficitur quando ei plus debito appropinquat. De cornice autem dicit in exameron. ꝙ cornices ciconias cōducunt et dirigunt. ⁊ velut quibusdam turmis eas stipantibus. eis turmatim se adiungūt et contra alias aues ipis ciconiis infestas dimicantes. ꝓpriis periculis aliena bella suscipiūt. cuius indiciū est. q2 in illo temporis interuallo quo ciconie solent recedere non reperiūtur in locis cōsuetis residere et q2 cū ꝟ sīne reuertētes māifesta quadam sanguinis voce certisq3 indiciis grauem se certaminū ostendunt cōflictum subiisse. Item ibidem dicitur ꝙ admiranda est huius auis clementia. nā cum parentes ꝑ longeuam senectutē plumarum tegmine ⁊ alarum regimine nudari contingit. cornices iuniores ꝓpriis pennis eos fouent ⁊ collecto cibo pascūt quādo etiam pentes earū senescūt. eos fulcro alarum suarum subleuant ⁊ aduolandum excitāt vt in pristinos vsus mēbra dissueta reuocent ⁊ reducant.

Capitulum. X.

De coruo

Coruus siue corax a sono gutturis nomen habet. vt dicit Isid. Coruus pulloꝝ ora suoꝝ hyantia respicit quibus cibū prius nō ministrat nisi prius ꝑ pennarū nigredinē3 ꝓprii coloris silitudinē recognoscat. P⁹ ꝗ̄ vero nigrescere inspicit totis suis viribus deinceps eos pascit. vt di. idē Isi. Dicūtur aūt pulli coruoꝝ rore celesti pasci ꝗ̄diu beneficio etatis nō habent nigras plumas. non enī prius escis sc3 cadaueribus fetidis sed roris celestis beneficio sustentanf. vt dicit Aug⁹. Petit ei coruus in cadaueribus mortuoꝝ loca occulta. vt di. Isi. et est auis clamorosa ⁊ diuersas format voces. solos enī inter aues sexaginta quattuor habet vocis mutationes vt dicit Fulgentius. Est etiā auis dolosa res furtiue subtrahens retinens in locis abditis et abscondēs. Est etiam immūda auis cadaueribus insidens ⁊ ex venenosis ⁊ rebus immundis cibum querens. Et sm augures quādā vim ꝑsagii ⁊ diuinatōis habens. et ideo apud gentiles coruus inter volucres fuit appollini cōsecratus. vt di. Mar. De coruo aūt dicit Arest. li. vi. Femine coruoꝝ cubant sup oua sole. ⁊ masculi defert eis cibum ⁊ pullificat plures pullos et cubat diebus viginti ⁊ deiicit aliquos ꝑpter multitudinem. q2 aues que multu3 pullificant aliquos eiiciūt a se. Ite3 dicit idem li. viii. Coru⁹ niger pugnat cu3 asino ⁊ thauro ⁊ volat super ipos et nocet eis percutiendo cum rostro et pungit oculos ipoꝝ. Item ibidem. Coruus niger est amic⁹ vulpis. ⁊ ꝓpter hoc pugnat cum aceloni ⁊ aliis bestiis vt iuuet vulpem. Item ibidem. Corui pugnant pugna forti ⁊ pcutiūt se ad inuicem cu3 armis. i. cum rostris vnguibus ⁊ aliis suis victus obedit victori victoria forti. hucusq3 Arest. Item solus coruus ī mediis estiuis feruoribus cōtra naturam aliaꝝ auium ouat ⁊ pullificat fetus suos. Unde Petronius. Coruus maturis frugibus oua refert ⁊c.

Capitulum XI.

De cigno

Cignus latine olor dicit grece. eo ꝙ totus albus sit ī plumis sit is. nulli enim inueniūt cignum nigrum. Olor autem grece totum dicit latine. vt dicit Isi. Cignus aūt a canendo est dictus. eo ꝙ carminis dulcedinē modulatis vocibus fingit. Ideo autem canit dulciter. q2 collum longum ⁊ reflexum habet ⁊ necesse est eructuantem vocem ꝑ longum ⁊ flexuosum iter varias reddere modulationes. Fertur autē in yperboreis ptibus precinentibus cytharedis cignu pullos euolare de nidis ⁊ ap

te ad modum concinere. vt dicit Isido. Scdm aut Mar. et Ambro. Naute bonu presagiu euentus reputant. q cigni scz in nauigio obuiant sicut ait Ennius. Cignus in auspicijs semper letissimus ales hunc optant naute. qz no se mergit in vndis. et io appollini fuit cosecratus. vt dicit Mar. In alis aut maxime est fortitudo. Cignus qn est in amore querit feminam et ei p coplexioem colli blandit. et quasi eam trahit ad se et coiungit collum suu collo femine colligando. post coitum vo femina pcutit mare et fugat ipsum. balneat aut se masculus post coitu sic femina anteq cibu sumat. Instante aut morte penna infixa cerebro canit et cotra alioz aiantiu cosuetudinem p gemitu cantu reddit. vt dicit Ambro. plumam habet candidissimam omni nigredine vel colore aliquo impmixta. carnem vo habet nigram et ad dirigendum duram. rostru cu quada tuberositate visum ab olfactu et gustu distinguente. collum hz intrinsecus valde nigrum et inferius densatu cu quo collo in pfundu merso cibu suu querit et incidit. du sit inter pisces nutritus ipos no comedit. io si panis vel esca sibi piecta fuerit. piscib9 ipm sequentibus ipe cedit. de herbis et radicibus victu suu querit. pedes habet nigros latos et clausos natatoi valde aptos. quoz vno vtitur p remo in natado. alio p gubernaculo se regendo. Stagna et lacus inhabitat. et secus aquas nidificat. vbi sup pauca ligna piecta sup oua cubat et pullificat. pullos solicite nutrit et educat et eos rostro alis et sibulo protegit et defensat. et si quis aduersus eos appropinquauerit inter pullos et appropinquantibus opponere se et interponere no cessat. Auis est magne carnositatis et poderositatis corpis. et io quietem diligit et raro volat. volant aut cigni siluestres volatu forti collis extesis et pedibus ad posterius applicatis. sed no sunt ta magni corpis nec tante pinguedinis sicut sunt domistici qui iuxta hoim habitacula sunt nutriti. vt dicit Mar.

Capitulum XII

De culice

tem. lx. fluuios in se recipit. et. vij. ostijs
in ponticũ mare fluit. Utilis est autem
omnis fluuius ꝗꝫdiu riparũ suarũ ter/
minos non excedit. Sed quãdoqꝫ ym/
briũ inundatõne seu niuiũ resolutione
terminos alueí sui egredit̃. tũc vicine t
re planicieẽ destruit sepius ⁊ submergit.

de nilo fluvio.

Sunt autem fluminum duo genera. vt dicit Isido. li. xiij. ca. penul. Unū dicitur flumen viuū de quo virgil'. Donec me flumine viuo abluero ⁊c. Aliud est torrens aqua scilicet cū impetu veniens et recedens. dicitur autē torrens qꝛ pluuia crescit. siccitate vero torrescit. i. arescit. cui greci ab hyeme nomen dederunt quādo crescit. nos ab estate quando desiccat ⁊ arescit. Est autē decursus torrentis impetuosus ⁊ fortis. ⁊ ideo quelibet sibi obuiantia diruit ⁊ cū impetu secum trahit. vbi autē fluit terram concauat ⁊ corrodit. ⁊ lapillos ac paleas coaceruās post se vestigia derelinquit. vias destruit. vicina mergit. in mare descendit.

Capitulū tertium
De amne gange

a Omnis dicitur fluuius nemore et frondibus redimitus siue circūseptus. vt dicit Isidor'. sic ex amenitate vocatus. iuxta quē abūdant herbe medicinales. volucres siluestres nidificant. In cuius decursu fere potuz sumentes vel feruore estus se refrigerant ex cuius vicinitate ibi abūdant pascua et suū vigorem ⁊ virorem diutius retinent ⁊ reseruant. Sunt autē quedā flumina de quibus specialiter fit mentio in scriptura. sicut phison gyon tigris vero eufrates iordanis ⁊c. Est autez phison ganges fluui' vt dicit Isido. li. xiij. a gagaro rege dictus ganges. Hic exiens de paradiso circūit terraz euilath indie septētrionis. Et dicit phison. i. caterua. qꝛ decem in se recipit flumia. Interꝑtatur etiā mutatio oris. quia mutatur a facie quā habet i paradiso. Et hoc tribus modis sicut dicit magister in histo. In colore. qꝛ alibi clarus. alibi obscur'. alibi turbidus. In quātitate qꝛ alibi paru' alibi magn' ⁊ diffusus. Et in sensu. quia alibi frigidus. alibi calidus. Hic fluui' abundat arenulis aureis ⁊ gemmis ꝓciosis. in cuius etiaz litoribus crescunt arbores et herbe medicinales.

ganges. x.

Capitulum. IIII.
De gyon qui nilus dicitur

al' geon

nilus

g Gyon qui et nilus est fluuius mesopotamie de paradiso exiēs. Et dicitur hiatus terre vel terreus quia turbidus est ⁊ limosus. Oritur autem non procul ab athlante ⁊ circūit terram ethiopie ⁊ descendit per egiptum et irrigat plana ei'. vnde dicit Hiero. super amos. viij. ibi defluet quasi riu' egipti ⁊c. Nilus dispositione dei totam egiptum semel in anno irrigat cumulis arenarum claudentibꝫ ostia eius ne defluat in mare. post irrigationem autem solutis cumulis redit in alueum suum. et sic tandem mare ingrediens a mari absorbetur. Hic fluuius nutrit reptilia multū nociua ⁊ venenosa sicut cocodrillos ⁊ bestiolam que dicitur enidros. de quo dicit Isidor' libro. xij. ca. ij. Enidros inquit est bestiola ex eo nuncupata qꝫ in aquis versetur ⁊ maxime in nilo. que si inuenerit cocodrillū dormientem. volutat se in luto primo ⁊ intrat per os eius in ventrē et carpit omnia interiora eius ⁊ sic moritur. Dicit etiam glosa super. xxiiij. ca. Eccl. ibi quasi gyon qui est nilus fluui' turbulentus est ⁊ multū contrahit limi vnde limositatis ratione quā secum ducit terrā per quā transit frugiferaz ⁊ valde fertilem facit.

Capitulū quintū
De tigri

t Tigris fluuius est mesopotamie de paradiso egrediens pergit contra assirios. vt dicit Isidorus: qui post multos circuit' intrat mare rubrum. Uocatur autem hoc nomine propter impetum et velocitatem ad instar tigris animalis nimio impetu percurrentis. Dicit autem Josephus qꝫ tigris oritur in armenia ex eodem fonte quo oritur eufrates. ⁊ vocatur diglath quod sonat acutum vel angustum. currit enim anguste et acute ad modum sagitte propter qd tigris lingua persica, id est, velox vel sagitta nūcupatur. a velocitate decurrente dicitur tigris.

Capitulum sextū.
De eufrate

Cap. vj De paradiso terrestri.

Fuit aūt locus ille vt ait damascenus exultationis omni ... prophetarium; qui terra celsior positus est et temperato ac purissimo aere circum fusus, plantis semper floridis ornatus est bono odore plenus milliumque irrationabilium inhabitat ibi. Insuper mille sunt ibi tempestates et his fructificant ibi arbores. et in ecclesiastica historia paradisus est locus delicatissimus: vbi modo est enoch et helias continentes vitam suam per esum ligni vite et aliorum que sunt ibi

Eufrates est fluuius mesopotamie de paradiso exiens copiosissimus in gemmis. qui per mediam babiloniam fluit. hic ab vbertate nomen accepit. nam hebraice eufrata frugifer dicitur ꝛ interpretatur. mesopotamiam autem perfluit in quibusdam locis ꝛ irrigat sicut nilus egiptum. Salustius autem autor certissimus asserit tigrim ꝛ eufratem de vno fonte manare in armenia. qui per diuersa loca exeunt spacio multorum miliū in medio derelicto. terra autē que ab ipsis ambitur mesopotamia dicitur. huc usque Isido. li. xiij. ca. penul.

Capitulum VII

De dorice

Dorix est fluuius secundum glosa super Ecci. xxiiij. qui alio nomine dicitur atexis vel arapsis. amnis armenie qui oritur ex eodem monte cū eufrate sic dictus eo quod rapacitate omnia prosternit. vt dicit Isido. li. xiij. vnde cū alexander eum vellet transgredi ponte fabricato tanta violentia inundauit vt pontē dirueret. Hic breuibus interuallis ab eufratis ortu caput tollit. ac deinde in caspiū mare fluit vt dicit Isido. ibidem. Dorix aūt dicitur a grecis a parte terre ipsorum. nam illa patria vbi fluit lingua ipsorum dorica vocatur. vt dicit glosa super Ecci. xxiiij. Hic fluuius quasi quoddam brachiū videtur esse tigris vel eufratis vel vtriusque cum ex eodem fonte in armenia oriatur. propter quod dicitur abūdare gemmis ꝛ herbis aromaticis quarū vsus cōuenit medicine. dorix aūt medicamentū generationis interpretatur. mediāte itaque tigri vel eufrate exire de paradiso dicitur ꝛ prodire.

Capitulū octauū.

De Iordane

Iordanis iudee fluuius a duobus fontibus quorum vnus ioral/ter dan vocatur. iordanis nominatus est. vt dicit Isidorus libro. xiij. nascitur autem sub libano monte diuidens arabiam ꝛ iudeam qui per multos circuitus iuxta hiericho in mare mortuū influit. quod ipm absorbet penitus ꝛ consumit. Hic fluuius tempore messis triticee que solet in palestina vernali tempore iam maturescere consueuit plus solito abundare quod accidit ex ymbris serotinis inundatione et ex niuium resolutione sicut dicitur in historijs ꝛ in glosa super Josue. iij. dicitur Jordanis ripas aluei sui tempore messis impleuerat ꝛc. Et ecci. xxiiij. fere dicitur idem. Hic fluuius est in multis priuilegiatus. Primo quia regionē fideliū iudeorum a regione incredulorū iudeam scilicet ab arabia separat. Secūdo quia corā filijs israel se aperuit ꝛ eis ad terram promissionis transitū plens. in arche domini ꝛ populi presentia se diuisit. vt dicitur Josue. iij. Tertio. quia leprā naaman syri abluit ꝛ mūdauit. iiij. Regū. v. Quarto. quia per sui diffusionē sanctitati helye ꝛ helysei testimoniū perhibuit. quia vtriusque imperio obediuit. vt patet. iiij. Regū. ij. Quinto. quia ferrū contra naturā aliarum aquarū non abscondit in fundo. imo vsque ad suā superficiem illud remittens prophete qui perdiderat ipsum vt reciperet eleuauit. vt legitur. iiij. Regū. vi. ca. Sexto. quia ex contactu mūdissime carnis domini sācitificari meruit. quo mediante domin⁹ vim regeneratiuā aquis contulit ꝛ humane salutis sacramentum in aqua fieri ordinauit. vt patet Luc. iij. Septimo. quia in iordane Johannes bapti. et celos apertos videre et vocem patris audire meruit. quādo totius trinitatis mysteriū in baptizando dominū intellexit. Sunt ꝛ alia flumina que nominātur in scriptura. sicut sunt abana ꝛ pharphar que sunt fluuij syrie fluentes iuxta damascenū. quorum subductione orti damasceni irrigantur et multiplici genere herbarum ꝛ arborum ac fructuum multiplicatione fecundantur. de his dicitur. iiij. Regū. v.

Capitulum. IX.

De gazan

Gazan est fluuius medorum. qui alio nomine dicitur ydapses. qui a quodam rege medorū sic vocatus est. oritur autem in oriente ꝛ rubro mari excipitur. in vinculis aūt syrios super hunc

fluuium due tribus ⁊ dimidia. que a sal
manassar rege assyriorũ captiue in assy/
rios sunt deducte pmanere exules sunt
coacte. vt patet. iiij. Regum. xviij. sicut
due trib9 captiuate a nabuchodonosor
super fluuiũ chobar in babiloniam fue/
runt multis temporib9 collocate. vt pa/
tet in Ezech. primo. Est autem chobar
fluuius babilonic9 per paludes babilo/
nie se diffundens a tigri vel eufrate or/
tum ducens ac in vnum ipsorũ iterũ re
diens siue cadens. vt dicit Hiero. super
Ezech. Fluui9 autem chobar parte sui li
toris abũdat salicib9 ⁊ carectis. sicut di
cit glosa super locũ illũ. Isa. xviij. vltra
torrentem salicis duceris. hunc torren/
tem vocat babilonie flumen super quod
residens popul9 dei non resultat. immo
plorat. sicut scriptũ est super flumina ba
bilonis ⁊c. Sunt et alia flumina multũ
famosa. sed de illis hic tacem9. qr de eis
mentionẽ in biblia nõ habem9.

Capitulum. x.

De lacu in generali

l Acus est latentium aquarũ re/
ceptaculum in quo aqua retine/
tur. nec fluctibus admiscetur. vt dicit
Isidor9 libro. xiij. quod greci limũ. id est
stagnũ vocant. nam fontes labunt in flu
mina. flumina vero in freta discurrunt.
lacus autem stat in loco nec fluit. ⁊ ideo
dictus est lacus quasi aque locus. vt di/
cit Isido. aquas enĩ quas scaturiẽdo vel
influendo recipit alis non transfundit.
Pisces aũt lacuales. vt dicit Constan.
minus sunt laudabiles q̃ fluuiales. nã
sua limositate pisces quos nutrit quasi
limũ sapientes reddit. herbas superfluas
gignit in quib9 ranas ⁊ vermiculos mul
tos nutrit. aqua fluens lacus subintrãs
et influens. ipsorum aquas recentiores
efficit ⁊ ipsas a corruptione custodit. ex
nimia vero aquarũ receptione frequen/
ter ripa stagni rumpit ⁊ quicq̃d diutius
intus nutritũ est subito inanit. Aqua
autẽ lacualis ceteris est grossior ⁊ aq̃s
fluuialibus ad potandũ minus laudabi
lis experitur. nam talis potus sepe asthm
aticus multas generat in corpore passio/
nes. vt patet supra li. v. de aque potu. cõ/
trahit autem aqua lacualis diuersas vir/
tutes ex fundo ⁊ situ vbi recolligitur. si/
cut exemplificat Isido. li. xiij. ca. xiij. de
diuersitate aquarum dicens. In ethio
pia inquit lacus est quo perfusa corpora
velut oleo nitescunt. Etiam lacus est in
africa que canoras facit voces. Item in
italia est lacus qui bibentib9 aquã ipsi9
tedium vini facit. in reatinis paludib9
iumentorũ vngulas indurari dicitur.
Item in asfaltico lacu iudee nihil viuũ
habens animam mergi potest. In indis
sydẽ est stagnum in quo nihil natat sed
omnia submerguntur. In tragodicide ẽ
lacus in die ter amarus et totiens dul/
cis. Hec omnia recitat Isido. in li. ⁊ ca.
supradicto. Hec autem ⁊ alie cõsimiles
aquarum putealiũ ⁊ lacualium diuersi/
tates accidunt ex varia qualitate venarũ
terre per quas transeunt tales aque. vel
a natura et dispositione fundi vbi aque
huiusmodi recolligũtur.

Capitulum. XI.

De lacu asphalti

l Acus asphalti mare mortuũ nũ/
cupatur. mare propter eius ma
gnitudinem ⁊ profunditatem. mortuũ
quia nihil gignit viuũ. nihil enĩ recipit
ex genere viuentiũ. vnde nec pisces ha
bet nec volucres. sed quecũq3 viuentia
mergendo temptaueris quacunq3 arte
statim resiliunt. ⁊ q̃uis vehementer illi
sa. confestim excutiũtur. sed neq3 a ven
tis mouet bitumine turbinis ventis resi
stente quo omnis aqua stagnat. neq3 na
uigatõnis patiẽs est. omnia aũt vita ca
rentia in pfundũ mergunt neq3 materi
am aliquã sustinet nisi que bitumie illu
stratur. extinctã lucernã in eo submergi
accensam vero supnatare dicũt. hic loc9
asphalti. i. bituminis vocat siue mare sa
linarũ. ⁊ est in iudea inter hiericho ⁊ za
cham. longitudo ei9 vsq3 ad zoroas ara
bie dirigit stadijs septingẽtis ⁊. lxxx. lati
tudo ei9 stadijs centũ. vel vsq3 ad vicinia
zodomor. Hucusq3 Isi. li. xiij. l ca. de la
cis ⁊ stagnis. In historijs di. mgr ca. de
subuersione zodomorũ in fine. Hic lacus

nigras glebas bituminis euomit. et ideo lacus asphaltides dicitur. in cuius ripa poma in arboribus nata usque ad maturitatem coloris sunt viridis. que si matura incidas fauillas intus inuenies. vnde ait Josephus. fauilla terre sodomorum fidem habet. simile dicitur in glosa super secundam petri. ij. ca. super locum illum. ciuitates sodomorum in cinerem redigens etc. sed iam re adhuc voluit dominus regionem contra positam speciem pristine pene. nascuntur ibi poma pulcerrima que ex se cupiditatem edendi spectantibus generant. que si carpas fatiscunt et resoluuntur in cinerem. fumumque excitant quasi adhuc ardeant.

Capitulum. XII.

De lacu tyberiadis

l Acus tyberiadis ab opido tyberiadis est vocatus quod quondam herodes in honorem tyberij cesaris condidit. Est autem stagnum maximum siue lacus omnibus lacubus in iudea salubrior et ad sanitatem corporis efficacior. Circuit autem stadia centum. lx. vt di. Isi. libro. xiij.

Capitulum. XIII.

De stagno genesar

s Tagnum genesar vt dicitur ibidem est lacus amplissimus in iudea. qui longitudine. clx. stadijs extenditur. latitudine. lx. diffunditur. aquis crispantibus auram non ventis. sed de ipso sibi creans. vnde et genesar dicitur greco vocabulo quasi generans sibi auram. denique per diffusiora spacia lacus frequentibus auris spirantibus agitatur. vnde purior est haustu eius et dulcior ac abilior ad potandum. Hucusque Isido. Propter magnitudinem vero eius sepe in euangelio mare vocatur. non quia sit mare. sed potius est quedam magna iordanis refusio. vt dicit glosa super Johan. ca. vi. Consuetudo est autem hebreorum omnem talem aquarum congregationem vocare mare. et ideo sepe maris nomine nuncupatur.

Capitulum. XIIII

De piscina

p Iscina est aqua ad nutriendum pisces collecta. Quis per antifrasim aquarum collectio non habens pisces piscina sepius nominetur. vt dicit Isidorus. Ad bonitatem autem piscine exigitur fundi soliditas aque influentis puritas et influentie continuitas. vbi enim fundus est limosus et paludosus. pisces saporosi nullatenus nutriuntur. vbi etiam recens aqua non fluit aque stantes et non mote de facili corrumpuntur. et ideo ad piscine renouationem per canalas et fistulas aque dulces et recentes inducuntur vallibus et aggeribus ne influentes aque effluant piscinarum termini minuuntur. De piscinis etiam riuuli ad ortorum irrigationem deducuntur herbe et arbores iuxta piscinas site magis virentes et fructifere inueniuntur.

Capitulum XV

De riuo

r Iuus a rigando est dictus. vt dicit Isidorus. nam a fonte vel a riuo fluuius ducitur vt inde ortus irrigetur. naturam enim et effectum sui originis sapit riuus. a fontali origine mediante riuo procedit fluuius siue lacus. vt dicit Ainice. Est autem riuus immundiciarum purgatiuus. terre fecundatiuus. potus animalibus et auibus ministratiuus viroris et pulcritudinis in herbis et floribus conseruatiuus. lapillorum et arenularum attractiuus.

Capitulum. XVI

De fluctu

f Luctus a flatu est dictus. ventorum enim impulsu aque agitate fluctuant. quarum eminens liquor qui semper in motu est vocatur vnda. Et est vnda ab eundo dicta. eo quod continua agitatione mota numquam quiescit. vt dicit Isid. li. xiij. fluctus autem mutuo se collidunt. vt nunc sursum nunc deorsum mutuo se agitent et impellant. et ex frequenti allisione mutuo spumam ex se gignunt. arenulas et varias fundi particulas secum admiscendo sursum ferunt pisces alliduntur et ex motus sui impetu meliores reddunt. ex ventosi aeris subintra

tione fluct⁹ intumescit. ⁊ s̄m vēti impe/
tum nūc ascendūt nūc descendūt. ex con
cussione mutua aerē concitāt ⁊ ventum
gignūt. naues eleuāt ⁊ ad ripas depri/
mūt ⁊ litora se cū strepitu ↄstringunt. sȝ
sunt i motu ⁊ quiescere nō p̄nt aut ei penit⁹
desiciūt aut vndiqȝ se agitāt ⁊ diffūdūt.

Capitulū. XVII

De gurgite

g Urges est in flumine locus alt⁹
siue profundus. a gutture gur/
ges est dictus. vt dicit Ysido. eo q̄ aq̄s
influentes absorbeat ⁊ absorptas itera/
to reuomat ⁊ remittat. vnde ꝓpter sui ꝓ
funditatē motu circulari ⁊ reflexo circū
fertur. propter qd̄ natātes de facili i gur/
gite periclitanť. In gurgite etiam pisces
maxime se occultant ⁊ vix q̄diu gurgitē
non exeunt capiūtur.

Capitulū. XVIII.

De tramite

t Rames est prim⁹ aque seu flumi
nis decursus ⁊ exitus ↄtinuus a
fonte exiens ac meat⁹ sui alueū non reli
quens. a fonte eni effluere incipit. ⁊ quo
usqȝ mare intrauerit infra aluei sui limi
tes cōtinue fluere nō desistit. fundū suū
cōcauat ⁊ cōsumit. nauigio maxime con
uenit pisces maiores nutrit. qꝛ recentio
rem aquā ⁊ fundū puriorē habere gene/
raliter cōsueuit. cuȝ maiori impetu fluit
q̄ aliqua alia pars aque. ⁊ ideo naues at
qȝ lignorū strues celerius secum trahit.
et ideo trames dicitur a traho is. vel trāſ
mitto tis. quia omnia imposita trahit ce
lerrime et transmittit. quanto eni aque
cursus in suo tramite est recentior tan/
to est velocior. et omnia velocius secum
ducit siue trahit.

Capitulum. XIX.

De alluuione

a Lluuio alluuionis ⁊ hec alluuies
dicitur latens ⁊ lenta aquarum
inundantia. ab alluendo vel abluendo
dicta. abluit enim terram per quā trāſit
et abluendo consumit. vnde sub terra/
nea riparū cōnsumptio ex aqua facta al
luuio dicitur Job. xiiij. alluuione pau/
latim terra cōsumiť ⁊c. quāto autem per
absconditas riparū concauitates melio
ri fluxu se diffundit. tanto periculosius
litoris soliditatē dissipat ⁊ dissoluit. nā
ripe supficies exterius solida creditur.
quia eius consumptio interior nō vide
tur. sed ideo pes calcantis ripam facil⁹
labiť. qꝛ cōsumpta interiori soliditate
latēs vacuitas nō caueť. vt dicit cesi.

Capitulum. XX

De abysso

a Byssus est aquarū profunditas
impenetrabilis. a qua fontes et
flumina oriuntur. omnes enim aque de
abysso exeunt ⁊ ꝑ occultas venas ad ma
tricem abyssum reuertūtur. vt dicit Ysi
dorus li. xiij. vnde dicitur abyssus quasi
abuisus. quia eius ꝓfunditas videri nō
potest. vel dicitur abyssus quasi sine byſ/
so id est sine candore. quia propter ni/
miam distantiam a fonte luminis lucis
pulcritudine caret et decore. vt dicit Jo
hannes damascen⁹ Abyssus nihil aliud
est q̄ aqua multa cuius finis est incom/
prehēsibilis et inuisibilis. quia ad eius
terminū lucis diffusio non attingit. vel
dicitur abyssus quasi sine base. quia ei⁹
fundamentū ⁊ sustentatio sensu non vi
detur. Et ideo primordialis materia qꝛ
in principio nō erat forma determinate
distincta. abyssus ab Augustino est vo/
cata. propter quod dicitur in libro con
fessionum. xij. Abyssus est corporale il/
lud quod fecit deus vt esset materia cor/
porearū rerum informis sine ordine ⁊ si
ne luce vnde abyssus idem est quod pri/
ma materia. Ut dicit Augustinus in li
bro d̄ simbolis. Terre inquit ⁊ abyssi no
mine materiam nūcupauit que de nihi
lo facta est vt ordinatissimo dei munere
primo capax formarum fieret. et dein/
de formarentur quecunqȝ sunt formata.
vnde eadem materia aqua est dicta. tuȝ
quia fluida. tum etiam quia omnis for/
me est susceptiua. Unde dicebatur ter/
ra propter naturalem stabilitatē vel so/
liditatem scd̄m quam erat generationi
et corruptioni subiecta. Abyssus ꝓpter

informitatē quia nulla erat forma disti|cta. dicebatur τ aqua ꝓpter formationis possibilitatē ſcḋm quā erat omnis forme. τ qualitatis potētialiter receptiua. vt di|cit Augus. Abyssus itaq̄ ex se habet ob|scuritatem. profunditatē omnium aqua|rum τ fluuiorum capacitatem insatiabi|litatem. quia nunq̄ tot aquas recipit quin plures recipere possit. inscrutabi|litatem. inexhaustibilitatem. cōmuni|cabilitatem.

Capitulum. XXI.

De mari

Mare est aquarum collectio tam dulcium q̄ salsarum. vt di. Isi|dorus libro. xiij. proprie autē di|citur mare. eo q̄ aque eius sunt amare. vt dicitur ibidem. Et sequitur. vocatur autem mare equor ab equalitate. eo q̄ equaliter sursum est. Quāuis enī aque maris fluctuantes velut montes erigan|tur. sedatis tamen tempestatibꝫ iterum adequantur. vt dicit idem. Idem autē dicitur pelagus quasi pellens vndas. q2 in mari fit vndarū et procellarū motus cōtinuus et impulsus. Mare autem vt dicit idem ibidem. q̄uis omniū fontiū se recipiat aquas τ flumina. ex tanto ta|men aquarū concursu nō suscipit incre|mentū. quod accidit ex hoc. vel quia ei9 magnitudo influentes vndas non sen|tiat. vel quia amara vnda fluentiū con|sumat. vel quia ipse nubes multā aquosi|tatem ad se attrahunt. siue q̄ illas aufe|rant partim venti partim sol exiccet. seu quia aque dulces ꝑ occulta quedā fora|mina ꝑcolate redeant ad capita fluuio2 τ fontiū reuolute. Dicit q̄ Isi. li. xiij. Scḋm ambro. aūt et basiliū in exame|ron. mare est aquarū aggregatio multi|plicata ꝑ diuersa loca τ noīa. sed tamen ꝯtinuatione vna semꝑ mota vaga sono|ra spumosa in fluxu τ refluxu lune natu|ram imitans. cui9 virtute τ influētia co|hibet. Est aūt mare caput τ hospitiū flu|uiorū. fons ymbriū. quo sibi discrepan|tes populi copulant. subsidiū in necessi|tatibꝫ. refugiū in periculis. itineris com|pendiū laborantis lucrū. De mari etiam dicit Aresto. in li. metheo2. omniū aqua|rū mare est principiū τ origo. h̄ est aqua|rum quies. τ diuidit in reliqua maria. Causa aūt propter quā fit in mari salse|do τ amaritudo est. q2 duo sunt vapores humidus vapor τ siccus. subtilis τ aquo|sus. resoluit pars subtilior per motū so|lis τ remanet grossior. τ calore solis cum calefiat efficitur salsum q̄ḋ remanet et amarum. vt sudor τ vrina ex adustione. Fit enī res amara quādo remanēt par|tes terrestres aduste aqueis τ insipidis partibꝫ cōsumptis. τ de amaritudine ꝑ adustionis intensionē fit salsedo. vt pa|tet in cinere p quo aqua colata sentitur salsa. Item aresto. in eodem. Aqua ma|ris salsa grauior est aqua dulci. quia hec grossior. illa vero subtilior. cui9 signū est. quia ouum natat in aqua salsa τ non in dulci. τ ꝓfundius submergitur nauis ca|rena in aqua dulci q̄ in salsa. Et ideo i mari mortuo non mergit animal nec ge|nerat. quia vincit in eo siccitas. Itē in li. de animalibꝫ. In mari est aqua et pōt ab eo extrahi salsedo. quoniā si homo ac|ciperet vas ferreū nouū crudum τ clau|serit ei9 orificiū τ iniiceret ipsum vacuū in mari per diem et noctem. intrabit in ipsum aqua dulcis. Item idem in libro metheo2. Aque dulces eleuant propter leuitatē suā sursum. τ aque salse descen|dunt propter grauitatē suā deorsū. τ q̄ḋ salsum est remanet in terra et dulce eua|porat. Item idē libro de elementis. Ma|re in actionibꝫ suis imitat naturā lune. q̄ḋ patet. quia quandocūq̄ luna orit in aliqua hora diei vel noctis. tunc flumen ingrediēs mare in illa regione in q̄ orit luna extēdit ipm mare ita q̄ aqua illius fluminis redit ad partē loci a quo cucur|rit ac si esset ꝑ violentiā repulsa. τ cum est luna in cardine inferiori. incipit aq̄ diminui sicut quādo luna vult oriri aq̄ incipit augmētari. vnde sicut ferrū seq̄|tur adamantē. ita mare cursum lune se|quit τ virtutē. quere supra li. viij. in ca. de luna. Itē inspissat quoq̄ mare p9 ascē|sum stelle q̄ vocat canicula. τ mutat colo|rem τ efficitur nūc viride nūc ceruleum nūc turbidū nūc clarū. Item macro. in

quare mare

mare equor

pelagus

aqua ma[r]…

ferrū […]

libro ciceronis. Occeanus in incremē/
to lune ordinem istū tenet. Nam primo
die crescentis lune fit copiosior solito.
quia tunc mare plenū est in summo. de/
inde minuit̃ secūdo. ⁊ sic descendēdo mi/
nuitur vsq3 ad diem septimū. ⁊ tunc est
maxime in vltimo defectu. Incipit autē
paulatim crescere iterū vsq3 ad diem se
ptimū. Die itaq3 quo luna est. xiiij. quā
do totaliter est plena. est iterato mare in
suo augmento summo ⁊ iterū incipit mi
nui per dies septem alios. Ita quādo lu
na est. xxi. est iterū in suo mīmo. Et cre
scendo incipit ascendere per septē alios
dies ita ꝙ quādo luna est. xxviij. tūc ite/
rū est in suo summo. Et sic semꝑ mare q̄
tuor recipit immutatōnes quolibet mē
se. duas scȝ crescēdo. ⁊ duas in decrescen
do ſm augmentū vel decrementū ipsi⁹ lu/
ne. Semꝑ itaq3 est mare in suo augmē
to ⁊ vigore quādo luna plena est lumine
vel versus celū vt in nouilunio. vel vsus
terrā vt in plenilunio fieri consueuit. et
quanto luna in susceptione siue in amis
sione luminis sui plus proficit vel defi/
cit tanto mare crescit amplius aut decre
scit. Item mare ſm Aresto. in li. vegeta
bilium. fundū ⁊ litus habet durum. soli/
dum ⁊ arenosum ⁊ signum hui⁹ ꝙ mare
sit salsum super arenas est. quia obtinue
rūt in eo partes terree sicce quia sunt sal
se. ⁊ existentia aque diuisit lutū per par/
tes suas. ⁊ ideo terra mari propinq̄ are
nosa est. Inter partes vero eius areno/
sas diuersi lapides et gemme mire vir/
tutis procreant̃. ⁊ arenarū attritu polite
per vndarū maris motū ad litora iactā
tur. Preter istas autē maris ꝓprietates
sunt quedā alie cōmunes ⁊ omnib9 fere
note. quas tamē ꝓpter simplices bonū pu
taui hic apponere vt materiā habeāt ali
qua mystica p eaꝝ similitudinē simplici
bus suadere. Est itaq3 mare suipsi⁹ pur
gatiuū. oīa eni cadauera ⁊ immūda a se
reycit. ⁊ oīa immūda ⁊ mortua ducunt
per mot⁹ violentia expellit. vt dicit greg.
Itē mare est p occultissimas venas sui
abyssi diffusiuū. ⁊ tam fontib9 q̄3 flumi/
nib9 materiā sui flux⁹ ꝯtinue ministratiuū
vt dicit Hiero. sup Eccl. Itē mare est
afantiū ⁊ monstroꝝ multiplicis forme p
ductiuū. mare eni lōge plura pducit mō
stra ⁊ mira q̄3 facit ipsa terra. sicut dicit
Raban⁹ sup Ecc. xliij. ibi. Illic pclara ⁊
mirabilia opa ⁊ varia bestiarū ⁊c. Et in
ps. Illic reptilia quoꝝ nō est numerus.
Item q̄3uis mare substantialit̃ sit molle ⁊
liquidū. durissimarū tñ rerū tam anima
tarū q̄3 inanimataꝝ ē generatiuū. vt pa
tet in conchilib9 ⁊ piscib9 dure teste. ⁊ in la
pidib9 ⁊ gēmis quas emittit. Itē mare
q̄3uis in se nō sit potabile vel delectabi/
le quātū ad gustū. est tamē vtile quo ad
effectū. Multarū eni infirmitatū est cu
ratiuū. sanat eni ydropicos vlcerosos et
alios scabiosos. vt dicit Constan. ⁊ mul
tos alios curat. Item mare q̄3uis ex se
sit salsum ⁊ amarū. per dulcedinē tamen
venarū terre per quas transit est sui sapo
ris immutatiuū. dulcedinē eni quādam
cōtrahit ex colatione terre per quā tran
sit. vt dicit macro. ⁊ Aresto. Item mare
quātūcūq3 sit insipidū aut amarū. pisci/
um tamen dulciū est nutritiuū. latentē
enim habet dulcedinē quā sugentes pi/
sces contrahūt nutrimentū congruū et
saporem. vt dicit Ambro. Itē mare mo/
bile est ⁊ inquietū ⁊ ex suo motu est sue
substātie a corruptionis piculo ꝯseruā
tiuū. quia ex cōtinuatōne mot⁹ subtilia
tur. ⁊ sic ne putrescat a corruptibili vicō
ꝯseruat̃. Item cū sit liquidū ⁊ male ter/
minabile. tñ per seipm̄ sistitur ⁊ non per
aliū. ꝓpter quod vltra litorū suorū termi
nos nō est de facili ꝓcessiuū. sicut dicitur
prouerb. viij. Hiere. v. Job. xxviij. Itē
salsedine ⁊ amaritudine sua est dulcedi
nis fontiū ⁊ aliarū aquarū influentium
absorptiuū. tanto eni reputat̃ aqua flu/
ens dulcior. quāto pl⁹ a maris introitu
elongat̃. Item ex collisione ⁊ mutua re/
uerberatione suorū brachioꝝ quib9 cin/
git terrā est ventoꝝ cōtrarioꝝ generati/
uū. vt dicit Beda. Item incōsuetis ma
re maxime est nociuū. est eni timoris in/
cussiuū. ⁊ doloris capitis generatiuū vo
mitus ⁊ nausee puocatiuū. appetit⁹ cibi
⁊ pot⁹ ablatiuū. Itē ex vaporatione fumo
sitatum quas emittit est nebule ⁊ nubi/
um generatiuū. caliginis ⁊ obscuritatis in

aere inductiuū. ⁊ radioꝝ solis incepti/
uū. calens solaris repssiuū. Item colo/
rem ꝓpriū nō habens. ꝑ qualitatē vento
rū est sui coloris mutatiuū. nam mō fla
uū est. mō lutulentū. mō atꝝ. vt dicit
Isi. li. xiij. Itē mare multoꝝ piculoꝝ est
in se ꝯtentiuū. modico ei flatu vēti red/
ditur tempestuosuꝫ ꝑcellosuꝫ feruidū et
tumultuosum. Et ideo mare fretū dr̄ vt
dicit Isi. scꝫ feruidū habens motū. vt i
mari sicl'o. in quo ꝓpter maris feruoreꝫ
strepitū facientē scilla ⁊ caribdis esse di
cunt. que sunt duo loca piculo'a in qbꝫ
multe naues facilime piclitant. Est aūt
scilla ingens saxū in mari eminēs mul/
tis hīs ꝓmūctoria siue capita ad q̄ colli
si fluctꝰ horrendū strepitū faciūt cui na/
ues aliquo casu īpingētes a naufragio
nō euadūt. Caribdis vō est dicta. eo qꝫ
gurgitibꝫ occultis naues sorbeat. Est ei
ibi mare voraginosuꝫ ⁊ q̄si reflexū in se
tortuosuꝫ ⁊ ideo naues ibi transeūtes si
bi attrahit ⁊ in se regluti. ac deīde mer
git. ter in die fluctꝰ erigit ⁊ ter absorbet.
nam aqs accipit vt euomat. iterato vo/
mit vt sursum accipiat. vt dī. Isi. li. xiij
in ca. de estubꝫ maris ⁊ fretis. Itē aliud
notabile piculū ꝯtingit in mari. s. inecq̄
litas fundi. qn̄ in aliquo loco aq̄ est ꝓfū
dissima. ⁊ statim iuxta illū locū vix ē va
dosa. ⁊ hoc piculū sirtis vocatur. eo qꝫ ibi
arene in cumulos ꝯhunt. Sirtis ei gre
ce idē est qđ tractꝰ. Et dī. papias qꝫ tales
sirtes sunt i mari egiptiaco ⁊ ei admiscē
tur. Ex quo patet qꝫ piculosus ē maris
trāsitꝰ tū ꝓpter latētes scopulos. tū etiaꝫ
ꝓpter arenaꝝ cumulos sub aq̄ piter adu
natos. qꝛ in talibꝫ locis naues citissime
ꝯstringunt. Itē aliud piculū dr̄ bithalas
sum. qn̄ scꝫ nauis onusta impīgit in fun
dū multū bitumīosuꝫ ⁊ limosuꝫ. qꝛ ꝓpt li
mi tenacitatē nō pōt se eximere aut exi
re. vñ dī. hugo qꝫ bithalassum ē vestigiū
limo impssum. Glo. tñ sup act. xxvij. dic
qꝫ bithalassum ē ꝯcursus duoꝝ marium
Magister vō in hysto. dicit qꝫ bithalas
sum dr̄ lingua terre i mari ꝓtensa. hinc
⁊ inde mari circūdata. Et dr̄ bithalassū
q̄si mare bifidū terre interiectu diuisū.
thalassum enī grece mare sonat. Qn̄ ḡ
in bithalassū offendit nauis manet im
mobilis prora. sed puppis frangit̄ retro
maris impetu supuenietis sicut dic̄ ma
gister ibidē. Itē trāsfretātes genera'r
patiunt̄ piculū aut rōne maris aut rōne
aeris aut rōne nauis. naꝫ si mare fuerit
scopulosum vndiqꝫ rupibꝫ ⁊ saxis impe
ditū. nō sine periculo ptransit̄. aut si fun
dū habuerit inegl'ē nūc cumulis areno
sis eleuatū. nunc vero ad modū voragi/
nis depssum et ꝓfundatū. de facili trāsitꝰ
impedit̄. sed ⁊ qñqꝫ mare in sua supficie
subintrātibꝫ ventis efficit̄ nimis tumi/
dū ⁊ vndis sese allidentibꝫ ⁊ mutuo se cō
cutientibꝫ fit nimiū ꝑcellosum. Nauis
fluctibꝫ ascēdentibꝫ ⁊ descēdentibꝫ picu
lose exponit̄. qꝛ sepe aut cōcutit̄ aut a ꝑ
cellis cōtrarijs opit̄. Item accidit pi/
culū ex aura turbulēta. nam tpe tēpestuo
so ⁊ obscuro ⁊ nebuloso mari se cōmitte
re solet esse plurimū piculosum potissi/
me qn̄do nauis ꝑcepo fert̄ in piculum
et periculū non videtur. maxime aūt for
midatur ventoꝝ nimietas ⁊ maxime qñ
venti contrarij casu aliquo oriunt̄. quia
certū naufragiū tunc timet̄. quāto autē
nauis per vnius venti impulsuꝫ promo
uetur versus portū. tanto fortioris venti
contrarij impetu compellit̄ ad ꝑcipitiuꝫ
aut saltem inter cōtrarios fluctꝰ in peri
culo diutius detinet̄. Item adducit peri
culū nauis deferentis debilitas ⁊ insuffi
cientia. Non enī tutū est se cōmittere su
per mare nauicule nimis parue siue fra
gili ⁊ cōfracte. quia talis nauis nō est se
cura inter seuientes ꝑcellas maris. quo/
niam vel ꝓpter paruitatē suam fluctibus
opprimit̄ ⁊ subuertit̄. aut ꝓpter fragilita
tem ventoꝝ ⁊ aquarū impetu confringit̄.
aut ꝓpter rimarū ⁊ foraminū multiplici
tatem. aquarū subintrantiū pondere ad
ima demergit̄. vel saltem ad portū in tali
nauicula tardiꝰ peruenit̄ ⁊ ꝑcipue qn̄do
in tali naui boni nauclerī ⁊ gnari psen/
tia nō habet̄. Tūc enī summū in mari est
periculū qñ nauis habet imperitū guber
natorem ⁊ incircūspectū. His ⁊ multis
alijs incōmodis subiacet mare tā medi
terraneū qꝫ occeanū. vt dī. Isi. Uocant
autē tam greci qꝫ latini mare occeanum / mare occi...
ambit in modum circuli totā terra.

eo q in modū circuli ambit orbem. Totam enī sperā nostri habitabilis circuit occean⁹. a celeritate sic dictus. eo q oci⁹ circueat et discurrat. vel quia purpureo colore nitet occeanus quasi ceanus. i. celi circulus. vt dicit Ysid. li. xiij. hic occeanus oras terrarū amplectitur. alternisq; estibus accedit et recedit. respirantibus autem in pfundū ventis. aut remouet maria aut absorbet. Et q̄uis vnū sit mare quātū ad sui cōtinuationē. tamen pter multifidos eius sinus &c. p̄rimis regionibus diuersa vocabula sumpsit. vt mare gallicū a gallicis. et mare britannicū a britānis. sic et gadiacū mare a gadibus est dictū. vbi primo ab occeano maris magni limen aperit. vbi cū hercules peruenisset. columnas ibi posuit sperans ibi terre esse finē. Hucusq; Ysi. libro. xiij.

Capitulum. XXII

De mari magno siue mediterraneo.

Mare magnū siue mediterraneū est qđ ab occasu ab occeano fluit et in meridiem vergit. inde ad septētrionē tendit. quod inde magnum appellatur. quia cetera maria in comparatione illius sint minora. Dicitur autē mediterraneū. quia per mediā terram vsq; ad orientē pfunditur. asiam et africā terminans et europā. cuius prime partis sinus qui hispania pfunditur. hybericus et balearicus appellatur. deinde gallicus q narbonēsem prouinciam alluit. post ligusticus qui iuxta vrbem ianuam est proximus et vicinus. post est tyrrenus qui Italiam attingit. Inde siculus qui vsq; ad cretā a sicilia vadit. qui post in pāphiliā et egyptum se extendit. deinde per ellespōtum versus septētrionē magnis amfractibus se retorquet. et tandē iuxta greciam et illyricum in angustas septem stadiorum constringitur seu coartatur. deinde diffusus equore pauci cursus strīgitur et facit propontidē qui mox in quinquaginta passus coartatur. Fitq; bosfor⁹ traci⁹ qui locus dicitur propontides eo q preuenit mare ponticū et precedit. Idem dicitur bosphorus a transitu stricto et angustis meatibus boum. vt dicit Ysido. Inde diffunditur sinus ponticus amplissimus a tergo habēs meotides paludes quod mare ex multitudine fluminum et aquarū dulcium influentiū dulcius est atq; amplius nebulosum atq; preter focas et delphinos. alias beluas marinas maiores nō patitur. Sicut autē terra cū sit vna pro diuersis locis varijs vocatur vocabulis ita pro varijs regionibus hoc mare magnū diuersis nominibus nuncupatur. Hucusq; Ysido. li. xiij. Sinus vo maris dicunt maiores recessus. vt in mari mediterraneo yonicus ab yo rege grecie sic dictus Jones autē dicuntur athenienses vnde ionicū mare ab ionia vsq; in siciliā dilatatur. In occeano vero maximus est sinus caspius. indicus. persic⁹. arabicus. qui et mare rubrū dicitur. Rubrum autem mare est vocatū eo q sit roseis vndis infectū. non tamen talem habet naturā qualē videtur ostendere. sed ex vicinis litoribus viciatur gurges atq; inficitur. quia omnis terra que circūstat rubea est et sanguineo colori proxima et vicina. Inde enī minium acutissimū excerpitur et alij colores quibus pictura variatur. vnde cū terra talem habet naturam ex fluctibus littus dissoluentibus. maris substantia rubrificatur. Ob hoc etiā in his litoribus gēme rubee inueniūtur. nam huiusmodi lapilli humo inuoluti cū inter arenulas sint attriti maris colorē retinent atq; fundi. Hoc mare in duos sinus diuiditur. vnus est persicus ab oriēte. quem perse inhabitant. alius ab occidente arabicus. quē arabes incolūt et frequentant. vt dicit Ysido. li. xiij.

Capitulū XXIII

De pelago

Pelagus ē latitudo maris sine littore et sine portu vt di. Ysi. sūmā habēs pfunditatē. instabilitatē et mot⁹ p̄tinuitatē cetorū et aliorū mōstruorū nutriēs diuersitatē multorū vaporū et fumositatum generās densitatē ex quibus p̄trahit obnubilationē et obscuritatē ex ventorū varietate recipiens coloris mutabilitatem et ex collisione vndarū spumarū cōgregās in supficie leuitatem et tumultuositatem

emittēs ⁊ sonoritatē. tumultuosū; ei est pelag⁹ ⁊ sonor inq̄etū et piculosum. sicut de mare superius dictum est.

Capitulū. XXIIII

De gutta

Gutta est minima maris vł aque siue pluuie particula. a totalitate sua per aliquam violentiā sepata. que quidem vt dicit Isido. gutta dicit quādo stat aut pendet de tectis aut arborib⁹ ac si esset glutinosa. Stilla vero dicitur dum cadit. hinc et stillicidiū dicit quasi stilla cadens. Tam stilla vō q̄3 gutta a nube aquosa vi caloris siue impetu venti resoluta suo pōdere inferiora petit. ⁊ dū in cadendo est nomē stille. in stando autem vel pendēdo obtinet nomen gutte. Stilla autem siue gutta in substantia ē humida ⁊ clara ⁊ dyaphana. forma rotūda. quantitate modica. virtute magna. Nam terrā super quā cadit humectat et fecundat. radices ⁊ semina nutrit et ingrossat. virorem in herbis ⁊ arborib⁹ et plantis vegetat ⁊ conseruat. pisces in mari reficit ⁊ recreat. ostrea impinguat ac in eis margaritam generat. vt dicit Isidor⁹ maxime gutta roris ⁊ cū sit in se mollissima. ex frequēti tamen casu penetrat durissima. Iuxta illud Gutta cauat lapide. nō vi sed sepe cadēdo

Capitulum. XXV

De spuma

Spuma est dicta. eo q spumatur. vt dicit Isido. Ex sordib⁹ enim aque generat. vnde ⁊ mustū ⁊ ea que coquūtur spuma purgant. Fit autē spuma propter interclusionē venti interclusi in aque supficie motu aliquo agitate vnde propter inclusi aeris leuitatē enatando aque supfertur. ⁊ cito quippe ex vndarū collisione gignit. sed tamē cito dispergitur ⁊ dissipat. Spuma maris qn̄q3 inter lapides recolligit. sed p feruidā supuenientis caloris solaris actōe3 qn̄q3 in pumicē. qn̄q3 in spongiā indurat.

Capitulū. XXVI.

De piscib⁹

Pisces a pascendo sunt dicti. vt dicit Isi. li. xij. c. vij. terrā ⁊ herbas aquaticas lambunt ⁊ sic sibi victum querunt. Dicūtur ⁊ reptilia. eo q natandi ⁊ reptandi speciem habeant. In natando eni reputant q̄uis in profundum se demergāt. Unde Ambro. in exameron. Magna inquit inter pisces et aquā vicinitas et cognatio est. extra eni aquas diu viuere nō pn̄t. nec solo aeris spiraculo sine aque attractu diu viuūt. Habent eni quandā reptandi speciem ⁊ naturā. quia dū piscis natat contractione corporis in minorē se colligit longitudinē. ⁊ iterū se extēdens aque innititur quo nisu repellens aquā in anterius se ppellit. vnde vtit quibusdā pennulis i natando sicut auis in volādo. sed alio mō. quia piscis natās pēnulas mouet a pte posteriori in anteri⁹. ⁊ quasi quibusdam brachijs aut remis aquas amplectēs et retinens in anteri⁹ se extendit. Auis vō mouet pennas sursum. ⁊ collectū aerem per expansam alarū amplitudinē cōpellit redire per partez posteriorē vnde per violentiā aeris, pulsionem a parte posteriori mouet corpus in anteriorē. Species autem pisciū multipliciter variātur scilicet quo ad locū vbi generātur. ⁊ quo ad escam qua cibātur. ⁊ quo ad colorem et formā variam qua ab inuicem discernūtur ⁊ quo ad substantiā qua cōpatiūtur. ⁊ quo ad virtutem qua diuersimode operātur. Quantū igitur ad situ siue locum vbi procreātur. magna diuersitas est. quidā eni in solis aquis. quidā vero partim in terris partim in aquis cōuersantur. ⁊ talium pisciū genera sunt antiphidia. id est. dubia ab Isidoro dicta. eo q ambulandi in terris vsum ⁊ natandi in aquis officiū retinent a natura. vt foce ⁊ cocodrilli. castores ⁊ ipotami. i. fluuiales equi ⁊ hmōi. A nominib⁹ eni animalium terrestriū pisces nomina sunt sortiti. vt canes marini ⁊ lupi. eo q mordeant alios voracitate improba atq3 ledant. Isidorus. In solis aquis viuētes alij sunt in solo mari degentes. alij vero sunt in fluminib⁹ ⁊ in stagnis et in alijs aquis dulcib⁹ cōmorantes. alij vero sunt

inter hos medij nunc ad dulces nunc ad
sallas aquas pastus gratia diuertētes
Pisces vero a mari ad dulces aquas egre
dientes. in earū dulcedine delectātur ⁊
impinguātur ⁊ ecōuerso. ⁊ hi nūc in ma
ri nunc in aqua dulci conuersant̄. multi
autem pisces sunt fluuiales. qui maris
salsedinē non ferentes gustata aqua sal
sa subito moriūtur. vel sursum ventrē ele
uant ⁊ super aque supficiē natant qđ in
omnibꝫ piscibꝫ maris et aque dulcis est
signū mortis. Pisces vero in mari natā-
tes squamas habent duras ⁊ grossas ꝓ-
pter aque salse siccitatē. Pisces vero flu
uiales squamas subtiles et spinas mol-
les. Spine vero in piscibꝫ necessarie fue-
runt ad sustentādū carnis eoꝝ ꝓpter flui
dam molliciē naturalē. Docet aūt Aui
cen. eligere bonos pisces ſm natura loci
vbi nutriūtur. dicens sicli. ij. c. vi. In lo
cis inquit in quibꝫ morantur pisces est
electio. quoniā illi qui morātur in locis
petrosis sunt meliores vel dulciores ⁊ in
aquis dulcibꝫ currētes in quibꝫ nō sunt
sordes ⁊ nō sunt limose neqꝫ lacuales ne
qꝫ campestres ⁊ qui nō sunt de lacubꝫ par
uis qui flumina nō imbibunt ⁊ in quibꝫ
non sunt fontes. Item idem ibidē. Et
pisces quidē marini sunt laudabiliores
qui sunt subtiles ⁊ meliores sunt illi qui
sunt pelagini non alias qꝫ in alto pelago
nutriti. ⁊ qui morātur in aquis discoop
tis flatu ventorū supra se meliores sunt
illis qui sunt ecōtrario ⁊ illis qui in aqͣs
multarū agitationū ⁊ vehementis exerci
tij meliores sunt illis q̄ habitant in aqͣs
stantibꝫ. Unde pisces pelagini sunt me-
liores qꝫ fluuiales. ⁊ ipsi meliores qꝫ la-
cuales. maxime si sunt longe a fluuio et
a mari. habent enī quietē. nec eoꝝ putre-
do lauatur a subintrāte fluuio siue mari.
vnde tales pisces male sapiunt ⁊ cito cō
putrescunt. meliores etiam sunt pisces
tam marini qꝫ fluuiales in pelago aqui-
lonari ⁊ orientali qꝫ in australi. quia ex
ventorū impetuoso flatu aque plus mo-
uentur ⁊ amplius depurātur ⁊ subtilian
tur. ⁊ ideo illarū aquarū pisces plꝰ mo-
uentur ⁊ exercitantur ⁊ a suis superfluis
magis emūdantur. Item diuersificant̄
piscium species non solū ſm generationis
sue locū. verū etiā quātū ad generatio-
nis sue modū. Quidā enī generātur ꝑ
ouationē. ⁊ quidam per coitum ⁊ sperma
tis emissionem. Unde dicit Aresto. li. v.
Accidit generibꝫ piscium ouantiū quoniā
quādo femina ouat sequit̄ mascluꝰ oua ⁊
lac suū eijcit super oua. ⁊ omne qđ tangit
lac siue sperma masculi ex ouis erit piscis
et ideo que nō tangūtur ex spermate nō
pullificabūt. femina aūt est multe oua-
tionis. sed maior pars ouoꝝ transglutit̄
a femina. ⁊ multa oua damnātur in hu-
mido. ⁊ nō saluant̄ ex eis nisi que ouant̄
in locis vbi sperma masculi eijcit̄. quoni
am si oīa saluarent̄ nimis multiplicaren
tur. Seruant aūt pisces paritatē in suo
genere. sicut Aresto. ibidem dicit. nunqꝫ
inquit inueniebat̄ piscis qui faceret coi
tum cū genere alterius piscis. fetus aūt
suos diligūt ⁊ nutriunt longo tpe. vt di
cit Aresto. in eodē. omnes pisces nutri
unt ⁊ custodiūt pullos suos ꝑter ranas.
Item ibidem dicit̄ qꝫ pisces fluuiales ⁊
palustres plꝰ ouant ⁊ citius qꝫ alij. qz in
maiori parte post quinqꝫ mēses. Alij au
tem oēs pullificāt post. vij. i. annū. parui
enī pisces pullificant in locis vbi aqua
est iuxta radices arboꝝ ⁊ cānaꝝ. Itē idē
ibidē. maxima pars ouoꝝ damnat̄ quan
do pisces ouāt vagādo quia cū ꝑsens nō
sit masculus ab ipsius femine oua nō in
formātur. ab auibꝫ etiā ⁊ ab alijs pisci-
bus deglutiūtur. Item ibidē dicit̄. qꝫ q̄-
dam pisces generant̄ sine ouis ⁊ sine coi
tu ex limo et arena. et ex putrefactione
que est sup aquā. Item ibidē. tpe coitꝰ
vagant̄ mares ⁊ femine piscium sicut grex
⁊ ambulāt par cū pari. ⁊ multi ex eis cuꝫ
pullificant infirmātur ⁊ propter hoc sic
ꝑpis maxime desplendūtur. Item ibidē.
quidam pisces pariūt quādo ad arenā
fricant ventrē suum. In libro aūt iorath
de animalibꝫ dicit̄. qꝫ piscis effimeron si
ne coitu nascit̄. ⁊ cū vixerit ꝑ tres horas
diei tunc moritur. Piscis etiā murena
non a suo simili cōcipitur. sed a serpente
quē sibilo ꝓuocat ad amplexandū. vt di
cit Isi. li. xij. ca. vi. Murenā inquit gre
ci smirnam vocant. eo qꝫ se complicet in

circulos. hāc feminei sexus esse tradūt. ⁊ ꝯcipere a serpēte. ob id a piscatorib⁹ sibilo euocatur et capitur. fuste ꝑcussa vix interimitur. ferula vero statiꝫ. Hāc habere aīam in cauda certū est. nā capite ꝑcusso vix dicūt eam interfici. cauda vero percussa et amputata statim dicit̄ mori. Ecōtrario de serpente. nam ꝯtrito capite vel absciso statim dicit̄ mori. cauda vero inde abscisa diu viuit. Dicit etiam idē Ioꝛ. ꝙ serpens deponat venenum anteqꝫ coeat cū murena. sed ꝯpleto generationis actu resumit venenū suū. Et ideo murena in ꝯcipiendo non ꝯtrahit venenū a serpente nec generat aliq̇d serpentinū. sed sibi simile. vt dicit idē. Itē quidam pisces ꝯcipiunt ex solo rore sine ouis ⁊ sine spermate sicut ostree ⁊ aliꝫ q̇dam pisces in conchis degentes. vt dicit Ioꝛ. pisces inquit elich ꝑ noctem egrediunt̄ aquā et in terris ex rore matutino cōcipiunt ⁊ pariunt. quoꝝ conche in decremento lune sꝑ manēt vacue. quidā etiam pisces mouent̄ ad ꝯceptuꝫ et ortum ſm ortum stellaꝝ vel occasum. sicut dicit Ioꝛ. ⁊ etiā Isid. vnde dicit d̄ pisce q̄ dicitur australis. tūc pisces illius generis oriunt̄ qñ pliades incipiunt tēdere ad occasum. nec apparēt quousqꝫ pliades iteꝝ oriantur. q̄uis aūt pisces generentur. nullus tñ mundoꝝ pisciuꝫ habet testiculos. sicut nec aliq̄d genus serpentis nec aliq̄d genus carens pedibus nec habet mamillas nec lac p̄ter delphinos qui habent lac ⁊ lactāt fetus suos dū sint parui. vt dicit Aristo. li. vi. De quibus dicit Isid. li. xij. c. vi. delphines qui ⁊ symones nominant̄. sic vocant̄ eo ꝙ voces hoīm sequūtur. et ad vocem symphonie gregatim ꝯueniunt et in armonia delectant̄. quib⁹ i mari nihil ē velocius. nā plerūqꝫ saliētes nauē trāsuolāt quoꝝ salt⁹ ⁊ lud⁹ i fluctib⁹ futurā signat tēpestatē. Est etiā delphini gen⁹ i nilo dorso serrato q̄ tenera ventrū secātes interimūt cocodrillos. Isi. Itē diuersificāt̄ genera pisciū quo ad cibatōis modū. Nā Auic. dicit li. ij. Illi q̄ cibant̄ herbis bonis ⁊ radicib⁹ plātaꝝ sunt meliores eis q̄ comedūt sordes q̄ de ciuitat. h⁹ pijciūt̄ ad loca infusionū. In examerō etiā d̄r. diuersificant̄ etiā pisces i pastu. nā quidā mutuo se deuorāt ⁊ sua carne vicissim pascūtur. minor apud illos esca maioris est. rursus ille maior fit esca alteri⁹ p̄dator alieni. ⁊ cū aliū deuorauerit tandē ab alio deuorat̄. vt dicit Aristo. li. vi. Carab inq̇t vincit pisces magnos et comedit ipsos. multipes aūt vincit carabonē ⁊ comedit ipm. Item ibidē. quidā pisces pascūtur in sceno ⁊ luto sicut carab. et ꝓpter h̄ est ponderosus ⁊ multū de luto in ipo inuenitur. pisces vero q̄ alios p̄dant̄ dentes habent fortiores. sicut de pisce quodā quem greci phagion vocāt dicit Isi. ꝙ ita habet duos dētes vt in mari ostreis nutriatur. vñ ⁊ dentrix ꝑ granditate ⁊ fortitudine dentiū appellat̄. aliꝫ vero pisces vt dicit̄ in exameron dentes habēt minores. sed plures et densiores ac acutiores. vt cito cibū acceptū incidant ⁊ facile sine mora deglutiāt. ne cib⁹ in ore diutius detētus aque alluuione auferat̄. Aliqui etiā pisces cibuꝫ suū in arena fodiendo querūt sicut dicit Isido. libro. xij. de porco marino qui vulgo suillus dicit̄. qui dū escam querit more suis sub aquis fodit terraꝫ circa guttur eni habet orificiū. ⁊ nisi rostrum arenis infigat. pastum non colligit. Item Aresto. libro. vij. Pisces pro maiori parte comedunt carnes ⁊ comedunt se tempore pullificatōis excepto fuscalcon. ⁊ vniuersaliter pisces sunt gulosi et auidi ad cibū et p̄cipue piscis qui dicitur habatue. ⁊ propter hoc extenditur venter suus cū fuerit ieiunus. ⁊ sepe inflat ventrē suū ⁊ eijcit a se alios pisces quoniā venter eius ꝑuenit ad os et non habet stomachū. Item differunt pisces quo ad tempus ⁊ locū pastus. Nam quidam in aqua querūt cibum suū. ⁊ quidā de nocte super terrā sicut ypotamus. equ⁹ scilicet fluuialis. sic dictus eo ꝙ equo in dorso ⁊ in iuba sit similis. vt dicit Isidorus qui die in aquis cōmoratur. in nocte segetes depascitur. hūc nilus gignit vt dicit Isidorus. Generaliter autē ſm Aresto. libro. vij. Pisces plus laborāt in die qꝫ in nocte. et plus ante mediam noctē qꝫ post. et ideo vt dicit Aresto. venantur

ante ascensum solis. ⁊ tunc ponunt vena
tores rethe. q2 pisces nõ bene vidẽt hora
illa ⁊ quãdo augmẽtatur lux vident. odo
re tamen querũt cibũ nocturno tempe.
in odoriferis enĩ delectãtur. ⁊ ideo dicit
libro. iiij. Genera pisciũ odorant ⁊ audi/
unt. et ideo ad vasa noua quibꝫ venãtur
citius accedunt q̄ȝ ad antiqua. imo nisi
fuerit nouũ de facili ad vasculũ nõ acce/
dunt. sepe enĩ per odorẽ decipiũtur. vt di
cit Jo. Est inquit belua in mari q̄ de fau
cibus suis respirat aquã cuȝ vapore odo
rifero. pisces sentientes odorẽ sequũtur
ipsam ⁊ intrant fauces eius post odorẽ.
que ipsos degluticẽs ab ipsis sic cibatur.
Dicit etiam idem ꝙ est piscis nomine
faste in cuius ore aqua hausta dulcescit
quam pisces minores sequẽtes intrant
in os eius quos subito accipit et deglu/
tit. Item dicit ibidem ꝙ delphini ꝑ odo
rem sentiunt ⁊ cognoscunt si homo mor
tuus in mare vnq̄ȝ comederit de delphi/
no. ꝙ si comederit. comedunt ipsum. si
vero nõ comederit. a morsibus alioꝝ sal/
uant eũ. ⁊ ad littus pellunt eũ cũ rostris
suis. Item dicit Aresto. ⁊ Plini⁹. Item
Aresto. li. vij. Pisces claras aquas ⁊ cur
rentes inhabitantes nõ cadunt sup res
fetidas nisi habeant bonuȝ saporem sicut
nec aues. ⁊ in hyeme fugiũt a fundo ma
ris prope terram querẽdo calorem. ⁊ ibi
querunt pastũ suum. In estate vero ecõ
trario a littoribꝫ fugiunt. calidũ queren
do fundũ. ⁊ degunt in hyeme iuxta ter
ram. sed in estate in ꝓfundo. Nam calor
immoderatus ledit pisces. Iteȝ dicit in
eodem. Sunt pisces qui apud ascẽsum
canicule moriũtur pre calore. similit̃ no
cet eis magnũ frigus. maxime habentibꝫ
lapidem in capite. vt cancri ⁊ huiusmo
di. nam lapis in capite cõgelatur ⁊ coa/
gulatur. et moritur de facili talis piscis.
variãtur etiam pisciũ species quo ad fi/
guram ⁊ dispositionẽ. tam in quãtitate
q̄ȝ in qualitate. Sunt enĩ ingentia que
dam beluarũ genera quorũ corpora mõ/
tibus sunt equalia vt dicitur. qualis fu
it cetus qui excepit ionã. cui⁹ aluus tan/
te fuit magnitudinis. vt instar inferni
obtineret dicẽte ꝓpheta. De vẽtre infer

ni exaudiuit me. Sunt et alij pisces ita
paruuli ꝙ vix hamo capiuntur. vt dicit
Isi. li. xij. Affonus est piscis qui propter
exiguitatẽ capi non potest. vt ibidẽ dicit
Enchiri⁹ est piscis paru⁹ vix semipedalis
ab herẽdo sic dictus. Quis enĩ exigui cor
poris sit maxime tñ est virtutis. nauem
enĩ adherẽdo retinet. nam nauis cui ad/
heret licet ruãt venti. seuiant ꝓcelle. q̄si
radicata stare in mari videt̃ nec moueri
potest. nõ in retinẽdo sed tantũmodo ad
herẽdo virtus eius est. hũc latini moron
appellauerũt. eo ꝙ nauigia stare cõpellat
vt dicitur ibidẽ. In exameron etiã dici
tur de eodẽ pisce. ꝙ ventoꝝ ꝓsentiens ꝓ
cellas calculũ arripit validũ ⁊ tanq̄ȝ an
chorã ne excutiat̃ fluctibꝫ trahit. et non
suis se liberat viribꝫ sed alieno pondere
munitur ⁊ cõtra futurã tempestatẽ stabi
litur. q̄d videntes naute sibi ꝓcauent ne
turbꝫ ꝓueniat eos improuisos. sicut di/
cit Ambro. et Beda. Dicit etiam Arest.
libro. iiij. ꝙ feminei pisces sunt longio/
res masculinis ⁊ sunt durioris carnis. ⁊
anterius masculi durius est. ⁊ similiter
superius. In feminis vero interi⁹ et posteri⁹
durius. Dicit aũt Auicẽna li. ij. ꝙ me/
liores sunt pisces qui nõ sunt magni val
de neq̄ȝ habent carnẽ nimis durã ⁊ siccã
et in quibꝫ non est nimia pinguedo nec
mussillago in quibꝫ non est malus sapor
vel odor. suauis aũt saporis sunt conue/
nientes. nõ nimis pingues. nec haben/
tes superfluã pinguedinẽ neq̄ȝ grossam
maciem. ⁊ in quibꝫ non accidit post exitũ
de aqua cito fetor. ⁊ illi qui habent durã
carnem salsi meliores efficiũtur. ⁊ in il/
lis qui sunt dure carnis. melior est ille q̄
minus est mollis. Ex quo patet diuersi
tas in piscibus quo ad substantiã ⁊ qua/
litatem. Omnis enim piscis sicut dicit
idem generaliter frigidus est ⁊ humid⁹
quidã tamen sunt in cõparatione cõplex
ionis piscium ceteris calidiores. ⁊ maxi/
me quando sunt saliti. Et ideo quando
sunt valde recentes generant fleuma a/
quosum ⁊ mollificãt neruos. ⁊ non sunt
cõuenientes nisi valde calido stomacho
Saliti vero magis conueniũt mediante
Capita enim salitorũ piscium vsta sanãt

morsum canis rabidi ⁊ puncturam scor
pionis eradicant carnem adulterinã in
vlceribꝫ ⁊ conferunt vlceribꝫ putridis ⁊
saniosis. Similiter ius omnis piscis cõ
fert venenis bibitis ⁊ puncturis. Mul/
tos enĩ habent alios effectus sicut ibidẽ
dicitur. sed hec dicta de eoꝝ qualitate et
substantia nũc sufficiant. Item differũt
pisces in viuacitate sensus ⁊ ingenij sa/
gacitate. Multi enĩ sunt plurimũ inge
niosi. aliqui enĩ miram astuciaꝫ habent
euadendi quãdo sentiũt insidias pisca/
torum. vt dicit Isi. libro. xij. Mugil in/
quit est genus piscis multũ agilis. nam
vbi dispositas sentit piscatorũ insidias
cõfestim retrorsum tendit. ⁊ ita cito re/
the transilit. vt volasse ab astantibus vi
deatur. Item dicit idem ibidẽ de escaro
eo ꝙ escarus solus inter pisces escã ru
minare phibetur. hunc dicit plinius esse
ingeniosum nam dum sentit se intrasse
sportulã piscatoris non ex fronte erum
pit nec infestis viminibꝫ caput inserit.
sed crebris caude ictibus ex aduerso fo
res laxare incipit atqꝫ ita retrorsum re
dit. quem luctantẽ si alius escarus forte
viderit exterius vt erumpe satagentem
adiuuet caudam in ore eius apprehen/
dens prout potest ipsum liberare ⁊ extra
here intendit vel cõtendit. Ad hoc dicit
idem. Longus quidem plures nexus
habet. ingeniosus est in solertia escaꝫ ac
quirendi. nam cibũ in hamo appetẽs sed
aculeũ timens nõ morsu sed suis pinnu
lis hamũ complectit. ⁊ nõ prius ipsum
dimittit quin escam circũroserit. Can/
cri etiam ostreis inimicãtur. earũ enim
carnibꝫ viuũt miro ingenio. Nam q̃ for
tem ⁊ validã eius testã aperire non pos/
sunt. explorant quãdo ostrea claustra te
statum suarũ aperit. ⁊ tunc cancer qui la
titat in insidijs latẽter lapillũ inijcit ne
ostreũ claudere se possit. et ita impedita
clausura. carnes ostree deuorat ⁊ corro/
dit. Ostrea autẽ a testa sunt dicta. qua
interior carnis mollicies munit. Greci
enim ostreã testam vocãt. ⁊ dicit totus
ille piscis cũ sua testa ostreũ in neutro.
sed ostrea in feminino dicit eius caro di
cũtur etiã tales pisces conche ⁊ cõchilia

quia deficiente luna tales pisces cauan
tur. id est. euacuãtur. Luna cũ in augmẽ
to fuerit auget humoreꝫ. diminuit vero
humor cũ luna fuerit in defectu. et ideo
pisces clausi in conchis in lune incremẽ
to turgescunt. ⁊ in defectu euacuant. In
his aũt conchilibꝫ preciose generãt mar
garite. de quibꝫ dicit plinius ⁊ alij qui de
animantiũ scripserunt naturis. ꝙ tem/
pore nocturno littora petũt. ⁊ celesti rore
margaritas cõcipiunt. vnde ⁊ tales con
chilie margaritifere ⁊ bereli{e} sunt dicte
in quarũ carne pciosus calculus solidat
⁊ est nobilissima gemma que sic ex rore
vernalis temporis generat. que quãto al
bior ⁊ lucidior. tanto efficacior estimat.
Sunt ⁊ quedã conchile siue conche mu/
rices dicte ab asperitate ⁊ acumine. que
alio nomine conchilia dicũtur. que circũ
cise ferro lachrymas purpurei coloris
emittunt. ex quibꝫ purpura coloratur. ⁊
inde ostrũ est appellatũ. quia ex humore
teste elicitur hec tinctura. vt dicit Isid.
Has ⁊ multas alias piscium ꝓprietates et
naturas in li. plinij ⁊ aresto. et in Isido.
et in exame. ambro. ⁊ basilij poteris in/
uenire. ne tedium inferamꝰ legentibꝫ de
hac materia hec sufficiant. Dicit etiam
plinius. vt dicit Isido. li. xij. ꝙ piscium
sunt in aquis genera. cxliiij. ex quibꝫ mul
ta quodã nature intellectu ordinẽ tem/
porum suorũ cognoscunt. quedã in suis
locis sine mutatione vagantur. quedam
sine temporis obseruatione viuũt. que/
dam vero cõmixtione masculi ⁊ femine
concipiũt catulos suos. vt cetus. Idem
autem est cetus ⁊ balena. et sunt balene
immense magnitudinis belue ab emit/
tendo ⁊ fundendo aquas sic vocate. Om
nibus enĩ alijs beluis marinis altius ia/
ciunt vndas. Balena enĩ emittere dici/
tur. Cete autem dicitur a corporis im/
manitate. vt dicit Isido. li. xij. Dicitur
autem in libro Iorath. Cetus abundat
in spermate. ⁊ post eius coitũ cuꝫ femina
qḋ superfluit supernatat aque. qḋ collectũ
et desiccatũ in ambre substantiã cõmu/
tatur. qñ enĩ multũ esurit. vaporẽ odori
ferum ad modum odoris ambre ex ore
suo emittit. in quo pisces delectantur. ⁊ p

pter vaporis redolentiā ipsius orificiū ingreditur. ⁊ sic recepti ab ipso deuorātur. In hoc pisce vt dicit idem. materia terrestris dominatur plus ꝙ̄ aque. ⁊ ideo multe est corpulentie et pinguedinis. Unde i senectute pre magnitudine corporis in eius dorso coadunatur puluis ⁊ condensat intantū ꝙ herbe ⁊ frutices ibi crescunt. ita vt belua insule similis eē videatur. ad quā si nauigantes incaute appropinquauerint. sine periculo vix euadunt. Nam aquā in tanta quātitate de ore eijcit sup nauim ⁊ diffundit ꝙ ipsam aliquādo obruit ⁊ submergit. Tāte etiam est pinguedinis ꝙ quādo piscatorū perrutitur venabulis siue telis vuln⁹ nō sentit nisi prius pinguedo totaliter perforetur. sed quādo caro interior leditur tūc facilime capitur. quia amaritudinē aque salse non sufferens littus petit. Tāte autem est quātitatis ꝙ nō capitur tota patria ex sua captura emendat. Catulos suos amore miro diligit ⁊ eos i pelago longo tempore circumducit. ꝙ si eos ab arenarū cumulis impediri contigerit aque multitudinē in ore collectā super eos fundit. ⁊ sic eos a periculo liberās ad profundū pelagi reuocat ⁊ reducit cōtra omnes occursus ipsis nociuos pro eorū defensione se opponit. ⁊ semper inter se et mare in parte tutiori eos ponit. ⁊ quādo inualescit tēpestas fetus suos adhuc iuuenes ⁊ teneros in ventrē suū cōtrahit quos serenitate facta viuos euomit iterum et emittit vt dicit idem. Item iorath. contra cetum pugnat quidam piscis serpentinus ⁊ venenosus sicut cocodrillus. ⁊ fugiunt pisces ad caudam ceti. qui si deuict⁹ fuerit pisces pdicti moriuntur. Et si nō poterit ille piscis pestifer deuincere cetum. a faucib⁹ suis fumosum vaporem fetidissimū in aquā emittit. Cet⁹ vero fumo odorifero de ore emisso. fetidum odorem repellit. ⁊ sic se ⁊ suos protegit ⁊ defendit.

Finit liber. XIII.

Incipit liber decimusquart⁹ De terra ⁊ partib⁹ eius.

Postquā diuina coopante gratia cōpletus est tractatus de proprietatibus corporis supremi luminosi. scʒ celi ⁊ corporis intermedij lucidi perspicui et dyaphani. scʒ ignei aerei ⁊ aquei. vltimo dicendū est de proprietatib⁹ corporis infimi ⁊ opaci. ⁊ hoc tam in generalī quā in speciali. Corpus autem infimus et extremum est ipsa terra respectu celi. De cuius proprietatib⁹ cōmunibus aliqua sunt huic opusculo inserenda. ⁊ hoc quo ad eius substantiam ⁊ qualitatem ⁊ contentū siue ornatum. Continet autē in se interius pro ornatu oīa methrotica ⁊ mineralia sicut lapides ⁊ metalla exterius vero sensibilia sicut bestias ⁊ iumenta. ⁊ vegetabilia vt herbas plantulas ⁊ arbusta. de quibus omnibus ponēda sunt aliqua in hoc tractatu. prout de eis sacra scriptura videtur in superficie facere mentionē. Simplicia autē ⁊ omnibus fere nota credimus hec pro simplicibus sufficere debere. et ideo de illis pauca recitantes maiora maioribus et subtiliora subtiliorib⁹ reseruam⁹. Hoc autem in principio hui⁹ opusculi voluimus protestari. ꝙ paruū aut nihil de nostro hic apponimus. sed autētica sanctorum ⁊ etiam aliquoꝝ phoꝝ dicta quēadmodum in pcedentib⁹ fecimus interscalariter per ordinem inseremus.

Capitulū primū.

De terra

Terra itaqꝫ vt dicit Isidorus libro. xiiij. ca. i. est in media mundi regione posita. ab omnib⁹ partibus celi in modum centri equali interuallo separata que singulari numero totum orbem signat. in plurali vero singulas eius partes. Est autem dicta terra et dicitur ibidem a superiori parte quā teritur. Hec et hum⁹ dicitur a mari humido cui coniungitur. Dicitur et tellus

quare dicit terra
hum⁹. tellus. ops
et arida. atqꝫ solum.

quia fructus eius tollimus. Dicitur et
ops eo ꝙ opem fert frugibus. Eadem di
citur arida. vel quia arature vel culture
est apta. vel quia ab aqua siccitate pro/
pria est distincta. ꝙ enim humida sit h
ab aque vicinitate sortitur sicut ibi di/
cit Isido. Proprietates autem terre de/
scribit Basilius in exameron sic. Terra
inquit est corpus infimū et mediū equa-
libus spacijs a celo remotum. ⁊ ideo ce-
li centrū a sapientibꝫ est vocatū. vnde et
omnium corporū est corpulentissimū de
simplicitate ⁊ subtilitate habens mini/
mum alterū mundi firmatū fundamen-
tum. Corpus natura frigidum ⁊ siccum
quātitate respectu celi minimum ꝗuis
in se maximū. qualitate obscurū ⁊ ex se
opacum. figuratione spericū. ⁊ non nisi
aque glutino cōmansiuum ſm se totum
quietum. licet in suis partibus suscipi/
at sepe motum. omniū corporaliū viuen
tium habitaculū pedum dei scabellum di
ctum. eo ꝙ in corpore mūdi minima est
species hui⁹ elementi minusqꝫ apparet i
eo diuine operatio potestatis. ꝓpter qđ
dicitur suo quasi infimo pede tangere t-
rā. Quia respectu magnitudinis ⁊ pul/
critudinis celi minime videtur in corpo
re terre diuine sapientie sublimitas re-
lucere. ꝗuis autē terra respectu celestis
corporis sit infima tamen luminariū ce-
lestiū influentie est maxime susceptiua
Et ideo fecūdissima est tanqꝫ mater om
nium ⁊ multarū ⁊ contrariarū specierū
maxime ꝓductiua. Cum eni sit celi cen
trū in omni sui parte ab ipso recipit in/
fluentiam ⁊ effectum. vnde qđ min⁹ no-
bilitatis videtur habere in sua substātia
recuperat in effectu ⁊ virtute sua. q2 no/
biliores producit ſm quid species aliqꝫ
ꝗ ipsum celū quod pro ornatu habet so
las insensibiles stellas. Terra vero pro
ornatu continet ⁊ producit vegetabiles
sensibiles ⁊ rationales creaturas. vt di-
cit Basilius. Dicit etiam ad hec idē. ter
ra vt dicit phs est proprijs equilibrata
ponderibus. quelibet eni suarum parti/
um suo pondere nititur ad mundi medi-
um quo nisu ⁊ inclinatione singularum
partium tota circa centrum equilibrata
suspenditur ⁊ equaliter immobilis teti/
netur sicut scriptum est. Qui fundasti
terram super stabilitatē ⁊c. Ideo ſm Isi
dorū libro. xi. dicitur solū. quia elemen-
tum est solidū cuiuslibet corporis quātū-
cunqꝫ ponderosi sustinens totam molē.
Unde quelibet grauia sursum mota quo
usqꝫ terram stabilē tangant permanent
inquieta. sed cum puenerint ad terram
quietātur. Propter insignes autē ipsius
terre ꝓprietates nobiles ⁊ effectus error
gentiliū terrā deificauit et eam diuinis
honoribꝫ antiquitus venerari et colere
consueuit sicut tangit Isidor⁹ libro. viij
in tractatu de dijs gentium et nominibꝫ
ca. xij. Cererē deorum matrem vocaue
runt antiqui terram a creādis frugibus
sic dicta eo ꝙ omnia cibat ⁊ nutrit indi-
gentia alimento. Nam terra mater est
fecūditatis quia nullum vegetabile po/
test crescere nisi in terrestri substātia ra
dicetur. Ideo etiam ops est dicta quia
melior sit terra ope culture. ⁊ ex ipsa con
sequit opem victus quelibet viuēs crea-
tura dicta est vesta quia ꝯstat vi sua
vel quia herbis ⁊ arboribus ⁊ floribus sit
vestita. vt dicit idem. Terra eni semini-
bus arescentibꝫ in hyeme colorem con/
cipit ab ethere in vere ⁊ estate. vnde tūc
herbis ⁊ floribus ornatur et vestitur qui
bus i autumno ⁊ hyeme spoliatur. In si
gnum autē tante fecūditatis et virtutis
facta est ei magna imago feminea alma
mater nuncupata cū turrita corona posi
ta super currum cui leones domiti subij/
ciebantur in vna manu portabat clauem
in alia tympanū siue cymbalum cuius
aurige vibrabant gladijs quos gestabāt
et galli matronam sedentē in curru sub
sequi fingebantur ⁊c. Mater siquidem
fuit dicta eo ꝙ plura pariat ⁊ omnibus
mortalibus cibum gignat. Dicitur au/
tem et mater alma. eo ꝙ omnia anima/
lia alat. Est enim elementorū nutrix ter
ra. vt dicit Isido. coronā turritam in ca
pite gestare dicit. quia cunctis ciuitati
bus suppositis insignit. i curru rotato ve
hitur quia ipsa terra pendet in volubili
aere in quo sustinetur. sedet autē in cur
ru volubili quia cum omnia moueantur

illa sola dicitur non moueri ꝙ illi leo/
nes subijciūt mansuetos ostendit nullū
genus esse tam ferū ꝙ in mortenō subij
ci a terra possit aut superari. quia clauis ī
manu fingitur ostendit ꝙ terra hyeme
clauditur et vt nascantur fruges in vere
aperitur. Ex aūt terre dicātur galli seruī
re ostendit ꝙ volatilia indigēt seminib9
terre. ⁊ ideo aues eam oportet sequi ⁊ ad
eam descendere vt in ea possint semina
victus gratia reperire. sonitus aūt cym/
balorum designat in colendis agris stre
pitus ferramentorū vomerū ⁊ ligonum
et ideo eneoꝝ quia antiqui instrumētis
eneis colebant terram anteꝗ̄ ferrū es/
set inuentū. vt dicit Isidorus. quia mi/
nistri eius cum strictis gladijs fingun/
tur designat ꝙ pro terra defensanda vel
acquirenda sepe bella cōmittūtur in qui
bus gladij extrahūtur. His ⁊ alijs mul/
tis modis describūtur proprietates ter
re sub integumēto fabulatum. sicut ibi/
dem recitatur ab Isidoro. Quāuis au
tem terra sit summe fixa ⁊ stabilis ꝯm si
tum. summe tamen inter elementa est
passibilis per effectū. Item quāuis ꝯm
substantiam sit frigida quosdam tamen
in se cōtinet vapores igneos quos emit
tit. vt patet ī ethna et vulcano. sicut ibi
dem dicit idem. Item quāuis terra su/
perficialiter exterius sit nigra ⁊ indeco/
ra. intrinsecus tamen continet multa p̄/
ciosa. Ex quadam enim celestis influen
tie impressione in interioribus terre ve
nis preciose gemme et nobilia metalla
generantur. Unde et terre virtuositas
sub quadam extrinseca deformitate oc/
cultatur. Item terra vndiqꝫ mari cingi
tur et maris brachijs circūdatur et per/
cutitur. a cuius humiditate per occultos
meatus penetratur ne pre siccitatis na/
turalis dominio resolutis partibus re/
digatur in puluerē. vt dicit Beda. Itē
terra quāuis in suo toto sit solida in sub
stantia eius tamen quelibet pars ad cē/
trum est naturaliter motiua. et per ad/
mixtionem ignearum partium et aerea
rum fit aliquibus suis partibus rara ⁊
porosa cauernosa et spongiosa. Cui9 con
cauitate vapor ventosus subintrans ter

Nota. causa terremotus.

re partes commouet et agitat ⁊ generat
terremotum. sicut dicit Arestotiles li/
bro methrororum. Uentus inquit frigi
dus in ventre terre agitatus facit istam
agitationem que est terremotus. et se/
quitur ibidem sicut fit sonitus ex con/
fricatione corporuꝫ se allidentium in ae
re ita fit motus ex diuersitate agitatio/
nis venti occultati in terra ⁊ est signum
super hoc. quia non adquiescit donec scin
datur terra et exit ventus audita voce
⁊c. Item ibidem dicit Arestotiles in lo
cis in quibus fit concursus maris vehe/
mens et agitatio vndarum eius in lo/
cis multarum cauernarum fit vehemēs
terremotus. sicut accidit tempore heracli/
lis in quibusdam insulis in quibus ince
pit eleuari terra ad similitudinem col/
lis deinde scissus est locus ille et exiuit
ventus fortis qui destruxit ciuitatem cu
ius impressio manifesta est vsqꝫ nunc
⁊c. Item idem ibidem terremotum con
sequitur vel concomitatur tenebrositas
tegens solē absqꝫ nube vsqꝫ ad consum/
ptionem terremotus propter vaporem
grossum et antecedit terremotum signū
signans eius eē quod videtur in celo nu
bes longa sicut linea recta ante occasum
solis. Et sequitur ibidē. Et accidit quā
doqꝫ terremotus propter eclypsim ꝑ lu/
nam. quia tunc calor solis non peruenit
ad aerem vt subtiliet et consumat vapo
rem qui est causa terremotus. Item in
libro vegetabilium Arestote. terremo/
tus in locis arenosis non fit sed in locis
interius cauernosis et exterius in super
ficie duris sicut sunt loca montiū. quia
si locus in superficie fuerit ratus exalat
vapor paulatim ⁊ non fit tanta aggrega
tio vaporis vt possit mouere terram. sed
cum locus interius est concauus ⁊ spon
giosus ⁊ exterius solidus atqꝫ durus ag
gregatis partib9 vaporis fit agitatio for
tis ita ꝙ aliquando scindit terram. In
locis ergo omnino porosis nō accidit de
facili motus terre propter vaporis cōti
nuā euentationē nec in locis valde du
ris ⁊ compactis propter partiū cōpres/
sionem propter quā illas vapor plurimū
non subintrat. sed accidit in locis interi

us cauernosis.sed duris exterius ⁊ com
pactis. Nuculis Aresto. Item terra cũ
sit elementum ꝑm substantiã similis est
in toto ⁊ in partibus.sed tamen ꝑm qua
litatem nõ est in suis partibus vnifor/
mis.imo propter aliarum qualitatũ ele
mentariũ admixtionem complexionem
et naturam mutat.et ideo vniformẽ nõ
habet dispositionẽ nunc colorem variat
nunc saporem. Ista diuersitas multis ac
cidit de causis ⁊ in multis modis.quan/
doq; ex sua eleuatione ⁊ depressione. Nã
eleuata est frigidior depressior vero ⁊ de/
cliuior esse calidior cõsueuit quod vt di
cit macrobius. accidit propter radiorũ
solis fortiorem impressionem tam in lo/
cis depressis q̃ in altis. Aer enim gros/
sior est in vallibus q̃ in montanis. ⁊ ideo
maior ibi fit aggregatio radiorum ⁊ eti
am conculcatio propter reuerberationẽ
ad aerem grossum. In locis vero mõtuo
sis et altis quia aerem habent rariorem
disperguntur radij ⁊ non ita coartãtur.et
ideo minor ibidẽ generatur calor. Item
ex directa vel indirecta solis oppositione
quia illa terra fertilior est que ꝑm situm
disposita est maxime ad susceptionẽ con
currentium radiorũ solarium. que vero
magis elongatur a radijs minus apta
frugibus ⁊ fructibus reperitur. Item ex
ventorum diuersificatione.nam terram
quam continue perflat ventus orienta/
lis temperate calida est ⁊ inter humidi/
tatem ⁊ siccitatem quasi media. vt dicit
Constantinus. ⁊ ideo est fecunda flori
bus ⁊ fructibus ⁊ magis congrua homi/
num habitationi. Occidentalis autem
ventus magis attinet frigiditati et hu/
miditati. ⁊ minus efficit terram tempe/
ratam et ideo occidentalis terra minus
est fecunda. Uentus autem septẽtrio/
nalis terram desiccat ⁊ infrigidat tamen
ratione puri aeris ipsam subtiliat et de/
purat. vnde in terra aquilonari homi/
nes sunt procere stature et elegantis for
me.frigiditate enĩ exterioris aeris clau
duntur pori et calor naturalis retinetur
intrinsec⁹ ex cuius virtute ⁊ statura am/
pliatur ⁊ figura corporis decorat. Uen/
tus autem australis quia calidus est et
humidus terram quam continue per/
flat turbat calefacit inspissat et ingros/
sat. et ideo homines australis regionis
sunt stature contrarie ⁊ figure illis qui
habitant in aquilone. et ideo homines
talium regionũ non sunt ita animosi et
iracundi et clamorosi sicut alij. vt dicit
Constantinus. Item variatur qualitas
terre siue proprietas ex elongatione a
mari siue appropinquatione. nam terra
vicina mari meridionali calidior est et
humidior terra que est vicina aquilona
ri. Nam vapor calidus ⁊ humidus a ma
ri resolutus calefacit terram que est sibi
propinqua. mare vero septẽtrionale ecõ
uerso. et ideo mare ponticum dulcius est
quã cetera maria siue minus salsum. q2
plus in illo vincit frigus. Et ideo vapor
frigidus ab eo resolutus terram infrigi
dat propinquã ⁊c. Item variatur ex ho/
minũ exercitio ⁊ operatione. quanto ve/
ro plus foditur et exercitur. tanto eius
virtus insita cum singulis partibus am
plius permiscetur et si aptior redditur vt
ex ipsa fructus multiplex generet. quã/
to vero diu ociosa dimittitur et quieta.
ad productionẽ fructuum redditur min⁹
apta. Item bona terra si rore fuerit per/
fusa aut ꝯpluta mollificatur impingua
tur ⁊ melioratur. si vo arenosa fuerit aut
nimis lapidosa peior efficitur quia am/
plius induratur.

Capitulum. II.

De monte

m Ons est tumor terre in altum
se erigens solo pede reliquã ter/
ram tangens. vel dicuntur mon
tes eo q sint super aliam terram eminẽ
tes. vt dicit Isidorus. Dicit etiam Are
stotiles in libro de proprietatibus ele/
mentorum. Quidam dixerunt q terra
in principio sue cõpositionis fuit rotun
da ⁊ plana in qua non fuerunt montes
neq; valles quia erat sperica in figura.
sicut corpora superiora. vnde montium ⁊
vallium causa non est nisi ꝯmotio aqua
rum que cauauerunt loca rara et facti
sunt montes partes duriores. que non
poterant concauari. loca vero concauata

facta sunt loca mariũ ꝛ fluuioꝝ ꝛc. Item
etiam dicit in libro metheoꝝ. Montes
inquit fiunt quãq; ex vehemẽti motu ter-
re vnde eleuat terra ꝛ fit mons sicut ex
aqueductu accidit cõcauatio ꝓfunda et
fit vallis. Item ibidẽ. Maris quoq; ac
cessus ꝛ recessus quedã loca cauat. que-
dam extollit ꝛ fiũt mõtes. Et quãq; ma-
re totam terrã cooperuit deinde mollia
quedã etiã abrasit ꝛ dura reliquit. ꝛ in q̃
busdã locis cõgessit mollia etiã quedam
cõgestata cũ abscenderet desiccata sunt ꝛ
in mõtes cõuersa ꝛc. Montes itaq; sunt
duri solidi ꝛ cõpacti. a terra versus celũ
erecti. ꝛ tñ terre radicit⁹ sunt ꝯiũcti. quã-
q; tñ sunt interi⁹ spongiosi. ꝯcaui. cauer
nosi. ꝛ ideo ad se rõne vacuitatis aq̃s at
trahunt atq; sugũt quas postq; fuerint
coꝝ cõcauitates replete ꝑ capita fontiũ
emittũt. ꝛ sunt causa sempiterni fluxus
et origo ꝛ principium fluuiorũ. vt dicit
Aresto. Ex quo patet q̃ montes cauer-
nosi sunt aquarũ et humoꝝ attractiui et
attractoꝝ cõtinue emissiui. Item mon-
tes sunt metalloꝝ nobiliũ conceptiui. A
profundis enĩ montiũ venis metalla no
bilia extrahuntur. Item mõtes sunt fru
ctuũ ꝛ aromatũ productiui. ꝓpter purita
tem enĩ aeris in summitatib⁹ montium
dominantis puriores fructus ꝛ dulcio-
res in montib⁹ nascũtur q̃ in vallibus
licet pauciores. Item montes sunt citi-
us q̃ valles radiorũ solarium susceptiui
et suscepte illuminatõnis diutius reten
tiui. Item mõtes sunt vapoꝝ ꝛ exalatio
num generatiui. ex quoꝝ aggregatione
nubes in aere generantur. In altissimis
tamen montib⁹ vt in olimpo raro gene-
rantur pluuie. vt dicit Aresto. quod est
propter aeris subtilitatẽ ꝛ vapoꝝ pauci
tatem. Primo enĩ vapor resoluitur ꝛ cõ
sumitur anteq̃ ad acumen montium at
tingere videatur. Item montes ventis
et turbinib⁹ sunt expositi plus q̃ valles
et ideo ratione frigiditatis in montib⁹
sierra elbria dominãtis sunt niuiũ cõseruatiui. Ven
tis naq; frigidis in montib⁹ congelatur
et cõstringũtur. ꝛ ideo in montib⁹ diuti
us q̃ in vallib⁹ cõmorant. vt patet i cau
caso ꝛ in libano ꝛ in alijs ꝯsimilib⁹ monti
bus qui semꝑ s̃m Isidoꝝ densissimis ni
uibus candidãtur. Item mõtes sepius
patiunt ictus fulminis ꝛ fulguris q̃ val
les vt dicit Isido. Unde ꝛ pirenei mon
tes a crebris fulminũ ictib⁹ nũcupãtur
Pir enĩ grece ignis dicitur latine. simili
ter ꝛ ceraunei montes a crebris fulmini
bus sunt dicti grece ceraunos fulmen di
citur vt dicit ibidẽ Isi. Item mõtes q̃a
s̃m sitũ alti sunt ꝛ sublimes maxime con
gruũt speculationi. vnde ꝛ qui aduentũ
hostium ꝓuidere ꝛ ꝓcauere cupiũt cacu-
mina montiũ ascendũt ꝛ emunctia peri-
cula a remotis ꝓdicere cõsueuerũt. Itẽ
montes quia quo ad naturã ꝛ cõpositio-
nem partiũ. solidi sunt ꝛ fortes. ideo po
tissime sunt apti castroꝝ edificationi vn
de mansiones in montib⁹ solent esse for-
tes et ceteris tutiores maxime q̃n ꝓpter
interioꝝ duriciẽ nõ possunt suffodi. ꝛ ꝓ
pter situs altitudinẽ aditu nõ possunt fa
ciliter seu ascendi. Item mõtes quia in
herbis ꝛ in pascuis fecũdi sunt ꝛ vberes
ideo conueniũt pasture ouiũ et animali
um refectioni. Mõtuosa eñ pascua ꝛ gra
mina in montib⁹ crescẽtia sunt salubria
et nutritiue animaliũ vtiliora q̃ illa q̃
crescunt in vallib⁹ q̃uis sint generaliter
pinguiora. Humor enim nutrimẽtalis
quo nutriũtur herbe ꝛ gramina in mon-
tanis. subtilior ẽ ꝛ purior q̃ campestris.
Et ideo calor celestis facilius illam hu
miditatẽ digerit. ꝛ in substantiã granu
nũ ꝛ fructuũ immutat ꝑfectius ꝛ cõuer-
tit. tum ꝓpter humoris ipsi⁹ subtilitatẽ.
tum etiã ꝓpter existentẽ ibidẽ aeris pu-
ritatẽ. Item in montib⁹ abũdant altio-
res arbores q̃ in vallib⁹ ꝛ frutices den-
siores. Ideo mõtes cõgruũt aĩaliũ agre
stiũ habitationi ꝛ auiũ siluestriũ nidifi-
cationi. ꝓpter quod ꝛ fere quãdo ꝓsequũ-
tur a venatorib⁹ in valle refugiũt ad mõ-
tes ꝛ ibi fiunt tute.

Capitulum tertiũ

De ararath

a Rarath mons est armenie altis
simus in quo arca p⁹ diluuiũ re-
quieuit. vt dicit Isi. ꝛ vsq; hodie lignoꝝ
eius vestigia in eiusdẽ montis vertice ad

Archante

hucapparent. vocatur autem idem mons diuersis nominibus. De hoc enim monte dicit Josephus sic. Locus inquit vbi est archa noe armeni egressorium vocant. Illic enim arche solute reliquias vsque nunc puinciales adhuc ostendunt. Huius enim arche etiam dicit idem Josephus ibidem meminit beroso sus caldeus narrans sic. Dicitur autem et nauis que in armenia venit circa montem cardien. adhuc aliqua pars esse et quoddam inde bitumen cadere quo maxime vtuntur homines ad expiationem. De hoc etiam scribunt et Josephus Egiptius et Manasses Damasce. in. xcvi. historiarum li. sic. Est mons excelsus in armenia qui baris appellatur in quo multos confugientes sermo est diluuij tempore liberatos et quendam simul in archa deuectum in montis venisse summitatem lignorumque reliquias ibi multo tempore esse reseruatas. Armenie etiam montes dicuntur acroceraunei. propter multitudinem et fulminum crebram percussionem. grece enim ceraunos fulmen dicitur latine. vt dicit Isidorus. Hi montes inter armeniam et hiberiam incipiunt a portis caspijs vsque ad fontem vnde fluuius tigris oritur vt dicit Isidorus.

Capitulum .IIII

De bethel

m Ontes bethel sunt in iudea vicini hierusalem vbi domus domini fuit sub salomone edificata. Sunt autem montes bethel nemorosi arboribus consiti fertiles et fecundi graminibus et herbis aromaticis pleni. et ideo cerui capree et hinnuli frequentare illorum montium cacumina sunt assueti.

Capitulum quintum.

De caucaso

c Aucasus est mons orientalis ab india vsque ad thaurum porrectus per gentium iuxta illos montes habitantium varietatem diuersis nominibus nuncupatus. vt dicit Isidorus. Ubi autem ad orientem in excelsiorem surgit sublimitatem propter nimium candorem caucasus nominatur. Nam lingua orientali caucasus. id est. candor dicitur. Inde et eos qui huic monti sunt vicini ethro achasym vocauerunt. achasym enim apud eos candor vel nix appellatur. vt dicit idem.

Capitulum sextum.

De hebal

m Ons hebal est mons transiordanem in quo steterunt sex tribus post iordanis transitum ad maledicendum illis qui precepta decalogi non seruarent. vt patet Deut. xxvi. Et est mons vt dicitur cauernosus et voraginosus patiens sepius terremotum cui concordat interpretatio eius. Nam vetus vorago interpretatur. Fuit itaque mons maledictionis et imprecationis in quo mala transgressoribus imprecabantur. Reputabatur etiam mons vilitatis et abiectionis. vnde et sex tribus ignobiliores. s. ancillarum filij super montem hebal fuerunt ad maledicendum populo deputati. Deut. xxvi.

Capitulum. VII.

De hermon

h Ermon est mons modicus supra iordanem situs. qui in herbis et pascuis est fecundus. Nam circa radices eius siue circa pedem fluentis iordanis irrigatione imbuitur. circa verticem vero eius seu cacumen copioso rore perfunditur. et ideo virere ex roris et aque influentia decoratur et insignitur propter quod et ibi nutriebantur pecora. que in templo debuerunt immolari domino et offerri. et que animalia ex roris influentia et herbis eiusdem montis impinguata. in monte syon. id est. in atrio templi offerebantur. Ideo dicitur secundum hebreos per prophetas quod ros hermon descendit in monte syon. quod ad litteram fieri non potuit. quia mons syon monte hermon altior existit. Insuper et ab eo valde remotus fuit. pro tanto igitur ros montis hermon dicitur descendisse in syon quia pinguedines et adipes animalium que in illo monte pascebantur ad pastum ignis altaris in hierusalem in sacrificio offerebantur. propter quod et hermon lumen exaltatum interpretatur

pretatur sicut dicit glo. sup psal. quia lumen in altari augebatur quando ignis sacrificij tali pabulo fouebatur.

Capitulum. VIII.

De hebron

m Ons hebron mons est in iudea in quo est sita ciuitas famosissima ab eiusdem montis nomine hebron dicta. vt dicit Rabanus. Cuius vallis dicitur vallis mambre que ab antiquo tempore ab amicis aner et eschol est possessa. vt patet in Gen. Hic mons locus est solennis ratione sanctorum patriarcharu quorum corpora ibidem quasi a mundi principio requiescunt. vt dicitur Gen. ibi adam maximus etc. Item illum monte potentissimi viri iure hereditario possederut. vt patet Josue. xv. vbi dicit Deleuit ex eo caleph filios enach sysai et achinaan et ptholomai etc. In hoc monte tanq in loco tutiori dominus principium regni dauid instituit et ei vt illac ascenderet post mortem saul diuinitus imperauit. vbi septem annoru spacio regnans tande ad totius regni israhelitici fastigium assumptus fuit. Iste mons ab antiquis cariatharbe fuit primitus nucupatus. i. ciuitas quatuor. qr nominatissimor viror quatuor corpora ibi requiescut. vt dicit Hiero. scz adam et abraam isaac et iacob etc.

Capitulum nonu.

De montibus ethyopie

m Ontes ethiopie dicunt esse. vij inter quos pcipuus mos athlas est. Ethiopia eni vt dicit Isido. libro. xiiij. ca. iiij. circa occiduu montuosa est et arenosa in medio. ad orientalem autem plagam deserta cuius situs ab occiduo athlantis montis vsqz in egypti fines porrigit a meridie occeano. a septentrione nilo flumine claudit. Huius regionis montana sicut et plana plurimas habent gentes. vultu et mostruosa specie horribiles. feraz quoqz et serpentum referta sunt multitudine. Illic rinocerota bestia. s. vnicornis. illic cameli et pardi illic basilisci et dracones ingetissimi ex quoz cerebro geme extrahutur. Jacinctus quoqz et crisoprassus ibi inueniut et cinomomu recolligit. Illic gignunt seue fere vt dracones strutiones et symie et etiam elephates. Hucusqz Isi. dicit etia ibidem q inter cyrene et ethyopia est fons q friget calore diei. et calet frigore noctis contra natura aquaru et fontiu alioz.

Capitulu decimu

De ethna

e Thna est mons in sicilia insula ex quo rumpit ignis cu sulphure queadmodum in gehenna vt dicit Isi. li. xiiij. ca. vi. Hic mons ab illa parte que flat eurus vel affric habet speluncas plenas sulphuris vsqz ad mare deductas que spelucę in se recipietes fluctus ventu creant q agitatus ex sulphure igne gignit. vnde et incediu fumosum ad terra ab hoc mote erupere cosueuit. sicut ibide dicit Isi. In hoc etia mote se pe dicunt apparere quedam figure et audiuntur sepe ab icolis terre circa mote ethne gemitus et voces querulose vn a plerisqz credit q ibi sint loca penalia in quibus aie alique puniunt qd tn non assero sed beatus Grego. in dialogo suo videt de hoc facere mentione. nota

Capitulu vndecimum

De monte esau.

m Ons esau idem est qd mos seyr In hoc mote est ciuitas idumea ab eode dicta. id est ab esau filio Isaac q ciuitate illa primitus dr costituisse. vt dicit hiero. sup abdia. na esau seyr et edom appellatus est. de hoc dicit glo. sup Deut. ij. Seyr inquit est mons in terra edom in qua habitauit esau in regione gabalena vbi primo habitabat horreus que interfecit chodalaomor Gen. xiiij. et hic mons dict est ab esau piloso et hispido seyr. i. et pilosi nomen accepit. istum monte habitauerut primo horrei homines stature gigantee enormitate corporis horribiles. vt dicit glosa sup Deut. ij. quibus expulsis atqz deletis habitauerunt ibi filij esau. vt dr Deut. ij. Motes itaqz terre edom altissimi sunt. ita

q aliquib partib nulros tangere videatur. Sunt autē montes illi cauernosi et cōcaui ꝛ spelūcis pleni. vt dicit glo. super abdiā. in quib habitāt homines in estate qꝛ ibi minor ē estus solis.

Capitulum. XII.

De monte effraym

m Ons effraim specialiter dicebatur mōs in tribu effraim in quo iosue fili⁹ nun recepit possessionē. vt pz Josue. xix. in quo edificauit ciuitatē habitauitqꝫ in ea. inter alios vero regiōis illius mōtes. vt dicit adamancius. erat mōs iste herbis ꝛ arboꝛib insignioꝛ ꝛ fructib fecūdioꝛ situ sublimioꝛ aspectu pulcrioꝛ aere salubꝛioꝛ riuulis fōntiū montem irrigantiū fertilioꝛ. ꝛ ideo erat loc⁹ ꝯgru⁹ vt in eo iesus q̄ dict⁹ est iosue habitaret. vt dicit idē adamā. in eodē mōte a septētrionali pte mōtis iosue est sepult⁹. vt dr Josue. xxiiij. Erat etiā mōs iste vicin⁹ sychem q̄ erat ciuitas refugij cū suburbanis suis in mōte effraim. vt pz Josue. xx. vbi sepulta sūt ossa ioseph vt dr Josue vlt. In eodē etiā mōte repo suit iosue cultros seu machera pettrinas quib filios israel i heremo circūcidit. vt dicadamā sup Josue. c. xx. Preterea in mōte effraim habitauit debboꝛa ꝓphetissa ꝛ sedebat sub palma q̄ erat int bethel ꝛ rama. vt pz Jud. iiij. c. Multos eni mōtes pticulares siue colles habuit mons effraim. i. trib effraim. qꝛ tota illi⁹ soꝛs plurimū fuit mōtuosa ꝛ in locis plurib nemoꝛosa. vt pz Josue. xvij. Itē in eodē mōte interfecti sūt pncipes madiā oreb ꝛ zeb quoꝝ capita ad gedeon trans iordanis fluuiū sunt allata. vt pz Jud. vij. In ramatha etiā mōtis effraim nat⁹ fuit samuel ꝓpheta. i. Regū. i. ꝛ ibidē conuersatus. qꝛ ab eo in eodē loco saul in regem pꝛimit⁹ est inunctus. vt patet. i. Regū. x. In eodē etiam mōte samuel moꝛtu⁹ est ꝛ sepultus. i. Regū. xxv.

Capitulum. XIII.

De monte phasga

Hasga mons est maximus continens in se multos particulares montes. Nam in hoc mōte sunt abarim ꝛ nebo qui sunt colles sup quos ascēdit moyses vt videret terminos terre ꝓmissionis anteqꝫ moreret ꝛ in valle eiusdem montis in campestrib moab tumulo traderetur. vt patet numeri. xxvij. et Deut. vltimo. Hic mons fuit in finib moabitarū ꝛ amonitarū diuidens terrā eoꝝ a terra amoꝛreoꝝ quā postea possederunt ruben ꝛ gad ꝛ dimidia trib manasse. vt patet Deut. iij. Radices vero isti⁹ montis tangūt mare rubꝛū qḋ est mare salsissimum. i. sicut dicit Deut. iij. tam in textu qꝫ in glo. Unde isti montes diuidebant terrā quā inhabitabāt moabite ꝛ amonite a terra quā in possessionē receperant israelite. Unde vsqꝫ ad verticē eius montis puenit moyses ꝛ ex illo loco totā terrā ꝓmissionis fuit cōtemplatus ibiqꝫ moꝛtu⁹ est. et in valle eiusdem montis vbi fuerūt campestria moab sepultus est ꝛ vsqꝫ hodie occultat⁹. sup istū montē phasga ascendit balaā ariol⁹ cū balaac rege moabitarū vt malediceret populo israelitico cui⁹ maledictionē dominus couertit in benedictionē. vt dicitur Numeri. xxiij. Ex quo patet q mōs ille fuit mons diuisionis. quia terminos maloꝝ bonoꝝ terminis diuidebat. Item mons benedictionis. quia inde dom n⁹ p balaam ꝓphetā benedictionē populo israhelitico cōferebat. Item mons fuit speculationis ꝛ cōtemplationis. quia inde moyses terre ꝓmissionis terminos puidebat. De hoc monte dicit Hiero. in libro de nominib locoꝛum. Abarim inquit est mons in quo moꝛtu⁹ est moyses in terra moab contra hiericho in supercilio montis phasga a qua tota regio i circuitu dicitur phasga ꝛ ostenditur ascendentibus de lydia de meselon et idem est quod ꝛ nebo ꝛc̄.

Capitulum. XIIII.

De monte gosoꝛ

g Osoꝛ est mons siue collis moabitarum ꝛ est pars mōtis phasga super quē balac duxit balaā. vt malediceret israel. Numeri. xxiij. ita dicit Hiero. in libro supꝛadicto.

L

Capitulũ quindecimũ · De monte galaad

Alaad vt dicit hieronym⁹ mõs est ad quem iacob venit septimo die de canaã quãdo fugiebat laban. Est aũt vt dicit idem ad tergũ fenicis ⁊ arabie collib⁹ libani copulatus. ⁊ extenditur v[idelicet] scʒ vltra iordanē in terra que quondã fuit scon regis amorreorũ postea vero cecidit in sortē ruben et gad ⁊ dimidie trib⁹ manasse in quo monte est ciuitas edificata ⁊ cõsimili nomine appellata a galaad filio machir filij manasse. Hic mons inter alios est nobilis. qꝛ mons est pasture ⁊ refectionis. Est enĩ fertilissimus in frugib⁹ ⁊ in pascuis ⁊ in fontib⁹. Item mons est medele ⁊ curationis. nam in galaad inuenitur resina qua curãtur vulnera ⁊ diuersi morbi sanantur. vt dicitur Hiere. viij. Nũquid resina est in galaad ⁊c. Item mons ē federis ⁊ recõciliationis. qꝛ in monte galaad cõfederatus est iacob cũ laban et ei totaliter recõciliat⁹. vt patet Gen. xxxi. Item mons est testificationis. vt patet ibidem. Dicit enĩ appellatũ est nomē ei⁹ galaad. i. cumulus testis. Itē mons est lucri ⁊ negociationis. nam montana galaad negociatores pro specieb⁹ aromaticis cõparãdis sepius frequẽtabãt. vt patet Gen. xxxvij. viderunt negociatores venire de galaad portantes aromatica in egyptum.

Capitulum decimũsextũ De monte garizim.

Arizim vt dicit Hiero. est mõs iuxta hiericho cui vicin⁹ est mõs ebal ex aduerso respiciens. In his duob⁹ montib⁹ benedictiones ⁊ maledictiõnes populo intrãti terrã ꝓmissionis ꝓmulgabanꝫ vt p[er] benedictiões ꝓuocarēt ad bonũ legis amatores. Per maledictiones vero terrerenꝫ decalogi trãsgressores. In garizim vero sex trib⁹ nobiliores cũ sacerdotib⁹ ꝓclamabãt benedictiones. Et ideo inoleuit consuetudo vt mons ille haberet in veneratiõne a posteris ⁊ frequẽtaretꝫ causa sacrificij ⁊ orationis. Unde inter iudeos et samaritanos fuit cõtentio de loco adorationis samaritanis proferentib⁹ montē garizim cõuenientiorē esse ad orandũ q̃ȝ templum in hierusalem. iudeis contrariũ asserentibus. vt patet Johãnis. iiij. tam in textu q̃ȝ in glosa.

Capitulum decimũseptimũ De monte gelboe

Elboe sunt mũtes. vt dicit Hieronym⁹ alienigenarũ. vij. miliario a sitopoli in quib⁹ est vic⁹ grãdis qui gelboes nũcupatur in montib⁹. istis perijt Saul cũ ionatha filio suo et corruit corã philisteis israel. vt patet. ij. Regũ vltimo. Contra quos indignat⁹ dauid propter ruinã populi ipsis maledixit ⁊ maledicẽdo eos in siccitatē ⁊ sterilitatem cõmutauit. vt dicit glosa sup. ij. librũ reguȝ ca. i. Montes inquit gelboe vbertes fuerũt ante maledictioneȝ quos hactenus maledictioni subiacere ferunt nec vnq̃ȝ ibi pluere testanꝫ

Capitulum decimũoctauũ De monte golgata.

Olgata vt dicit Hieronym⁹ est mons caluarie i[n] quo saluator noster fuit pro salute hominũ crucifixus et vsq̃ȝ hodie ostenditur in helia ad septentrionalē plagam montis syon. Dicitur autem locus caluarie s[ecundu]m Ihi[e]rõ[nymum] q[uia] ibi capita hominũ damnatorum decaluarentur.

Capitulum decimũnonũ De gaas.

Aas est collis in monte effraim in possessione iosue filij Nun vbi mortuus fuit Josue et sepultus in septentrionali parte eiusdem montis. vt patet in libro Josue capitulo vltimo cuius sepulcrum ostenditur in mõte predicto vsq̃ȝ ad presentem diem. vt dicit Hieronymus in predicto libro de nominibus.

Capitulum vicesimum De monte hephron.

m Ons hephron est monticulus i tribu iuda contra septētrionem in .xx. ab helia miliario vbi est villa pergrandis que effrata nuncupatur vt dicit hieronymus.

Capitulum .XXI.

De montibus israel

m Ontes israel dicuntur montes generaliter totius terre promissionis siue fuerint vltra iordanem siue citra sepe tamen sumitur pro terra decem tribuū que sunt montuosa precipue in tribu dan et effraym. Nam et decem tribus nomen israel sibi vendicauerunt sub hieroboam qui fuit de effraym et regnauit primo in samaria super decem tribus vt dicit hieronymus. et patet in historia libro .iij. Regum .xij. Hi montes multum erant pascuales vbertes fructuosi et frugiferi oliuis et alijs arboribus fructiferis consiti. erant etiam medicinales herbis et speciebus aromaticis pleni. vt dicit Isidorus libro .xiiij. capitulo .iij. Samaria regio est palestine ab opido quondā nomen accepit qđ quondā erat ciuitas regalis in israel. que nunc ab augusto sebastia nuncupatur. Hec regio iudee vicina est et illi similis in natura. Nam variarum opum diues est frugibus fertilis aquis illustris opima balsamis. Unde secundum gratiam elementorum iudei hanc terram melle et lacte fluentē iudicabant. Nam in eius montibus propter pascuarū abundantiam innumerabilium ouium et pecorum greges et armenta pascebātur. Apes etiam innumerabiles in eisdem mellificātes herbarum et florum suauitate dulciflua nutriebātur. fructus et fruges propter aeris temperiē et roris abundantiam citissime ad maturitatē in illis montibus ducebātur. aurum et argentū et cetera metallorum genera in illis montibus fodiebātur. Deut. viij. Fontes et flumina de venis montiū superius progrediebantur. loca munitissima in illis montibus edificabātur. fere siluestres sicut tigrides et leones in illis nemorosis montibus cōuersabātur.

Capitulum vicesimūsecūdū

De montibus ipertoreis.

i Pertorei montes dicūtur montes sithie eo quod vltra eos flat boreas. vt dicit Isid. li. xiiij. Sunt aūt secundum Isidorū eundē ca. iij. terre sithie locupletes inhabitabiles tamē plures. Nam dū in plerisque locis auro et gēmis montes sithie affluāt. grifonū immanitate rarus ibi accessus hominū est. In illis montibus smaragdi optimi sunt et cristalli purissimi de sithie montibus transmittitur. Sunt aūt silue aspere ibi et maxime que immanibus feris pardis tigridibus et pantheris sunt replete. Ibi etiam sunt canes tante magnitudinis et tā immēse feritatis vt thaurum primant et leones pmant et occidāt et maxime in albania et hircania que sithiē sunt regiōes que mōtuose sunt et plurimū nemorose.

Capitulum vicesimūtertiū

De carmelo

c Armelus est mons iudee in qua est ciuitas dicta carmela. Et est duplex carmel⁹. vnus in supiori parte cōtra meridiē in quo nabal legitur pauisse greges. i. Regū. xxv. alius ē carmelus in inferiori parte terre respiciēs mare. vterque mons fertilis est i pascuis fructibus et herbis.

Capitulum vicesimūquartū

De libano

m Ons libani est mons phenicis altissimus. cui⁹ meminerūt prophete. Dictus est aūt liban⁹ a thure vt dicit Isidorus. qđ ibi colligitur. cuius pars ad orientē respiciens liban⁹ appellatur. vt dicit Isidorus. Liban⁹ etiā. i. idē candidatio vocatur. quia perpetuis niuibus semper in hyeme scilicet et estate candidatur. Nullo enī tempore ita nix totaliter eliquescit quin in aliqua sui parte valeat inueniri. Est autē libanus fluuiorum et fontium principiū et origo. ex eius radice vt dicit Hieronym⁹. oriuntur duo fontes scilicet ior et dan qui simul iuncti iordanē efficiunt. Libanus igitur est mons redolē

tie ⁊ summe aromaticitatis. nam ibi herbe odorifere crescunt. ibi etiam arbores thurifere conualescūt quarū gummi col/lectum olibanū a medicis nuncupatur. vt dicit hieronymus. Item mōs est sufficientie ⁊ fecūditatis. Nam propter roris abūdantiam ⁊ pluuiarū frequentiā herbis abundat precipuis pascuis vberrimis ⁊ fructibus optimis ⁊ maturis. Et ideo in monte libani nutriebātur animalia que offerebātur in templo. ⁊ in ipsis pascuis fouebātur. Item mons erat eminētie ⁊ maxime sublimitatis. quoniā vt Rabanus sup Regū dicit omnes alios montes illius regionis altitudinis situ libanus excedebat. Et ideo venientibus tyrum per remota valde maris nauigia se nauigantiū oculis offerebat ⁊ quos videlicet nauigantes petere portus sua altitudine ostendebat. vt dicit idem ibidem. Item mons erat indeficiētis influentie ⁊ sempiterne humiditatis. nam quamuis siccita/tem preferret in sua superficie. nobilissi/mis tamen abūdabat intrinsecus venis aque. vt patet in puteis aquarū viuentium qui iuxta salomonis sniam in canti/cis solent continue cū impetu de libano emanare. vt dicit Can. iiij. quasi puteus aquarū ⁊c. Itē mons cōfidentie ⁊ securitatis. Nam in libano quiescētes tuti sūt a venenosis ⁊ serpentibus quos sua aromaticitate ⁊ virtute fugant tam herbe quam arbores ibidem continue cōcrescentes. Nam cedri ibi crescentes suo odore fu/gant omnia venenosa ⁊ ibi venenosa re/ptilia viuere non permittunt. vt dicit hieronymus. Item mons est pulcritudinis ⁊ amenitatis. Nam cedrorū ⁊ aliarū virentium arborū mira procenitas grami/num ⁊ herbarū continua viriditas auium siluestriū canora suauitas. riuorum ⁊ fon/tium multiplicitas libanum amenū efficiunt ⁊ iocundū. Item mons est medicine ⁊ sanitatis ibi cum species aromatice crescunt que sunt contra morbos innumerabiles remedia ⁊ medele. ibi cedri ⁊ palme. ibi cypressi ⁊ alie quorū liquores et resine sunt contra diuersarum infirmi/tatum incommoda precipue medicine. Item mons leticie ⁊ iocūditatis. nā in collibus libani crescit abūdantia vini optimi ⁊ precipue leticie ⁊ hilaritatis maxi/me inductiui. Item mons honorificētie ⁊ dignitatis. nam inter omnes montes arabie phenicis ⁊ syrie mons libani in sublimitate. in fecūditate. in amenitate et aeris salubritate obtinet principatū. vt dicit hiero. Josephus ⁊ Jobes.

Capitulum vicesimumquintū De moria

Moria est mons in hierusalem in quo edificatū est templū salomo/nis sicut dicitur. ij. Paral. iij. Hūc enim montē emit dauid ab ornan iebuseo sexcētis siclis auri purissimi. vt in eo edificaret altare dño quando numeratō e quā fecit dauid populus est percussus. i. Paral. xxi. In hoc mōte imolauit dño ⁊ orauit ⁊ exaudiuit illū dñs de celo in igne sup al/tare holocausti. In hoc mōte obtulit abraam holocaustum pro ysaac quē dñs precepit ibidem immolari Gen. xxij. vbi dicit glosa hiero. sup illud verbū. vade in terrā visionis ⁊ offer filiū tuū sup vnū montiū ⁊c. Hūc montē hebrei dicūt esse illum in quo postea templum conditū est in area ornan iebusei in monte moria quod idcirco illuminās ⁊ lucēs interpretatur. quia ibi est dabir. hoc est oraculū dei ⁊ lex ⁊ spūs qui inspirat prophetas ⁊ docet homines veritatem. Huc usque hiero. In eodē loco creditur iacob dormiuisse ⁊ ascendentiū angelorum per scalā vidisse visionē. vt patet Gen. xxviij. vbi dicit glo. sup illud verbū. Nō est hic aliud nisi domus dei ⁊c. Hoc dicit quia preuidit templū ⁊ dei cultū ibidē futurum. Fuit autem iste locus collis a latere mōtis syon vbi edificata ē postea turris dauid Unde per expdictis quod mons moria fuit mons visio/nis ⁊ reuelatōnis. mōs sacrificij ⁊ orationis. mons prophetie ⁊ instructōis. mōs lu/minis siue illuminatōis. mons angelice frequētationis. mons diuine apparitionis. mons misericordie ⁊ propiciationis.

Capitulum vicesimumsextū De nebo

Nebo mons est in terra moab in vertice phasga contra hiericho.

De hoc monte vidit moyses terrā pmissionis ⁊ ibidē mortuus est postq̄ terrā fuerat ꝯtemplatus. vt dicit Hiero. ⁊ pꝫ in hystorijs Numeri. xxvij.

Capitulum viceſimūſeptimū De hor

Mons hor est mons in extremis finibus terre edom in quo mōte mortuus est aaron iubente domino in āno. xl. postq̄ egressus ē de egypto cū esset ānoꝝ. cxxiij. vt dr̄ Numeri. xxviij. Fuit aūt tricesima māsio in qua remāserunt filij israel postq̄ egressi sunt de egypto. sicut dicitur in libro Numeri. c. xx. Cum mouissent castra de cades venerūt in montē hor. q̄ est in extremis finib' terre. In hoc monte suscepit eleazar filius aaron primo sacerdotij principatū.

Capitulum viceſimūoctauū De oliueto

Mons oliueti est mons in iudea iuxta hierusalē ē sic dictus ꝓpt' copiam oliuarū que in monte illo maxime abūdabāt. ⁊ ideo ab Augu. sup Johem vocat' mons chrismatis ⁊ vnctionis. mons luminis. mons pinguedinis ⁊ refectionis. ⁊ mons medicamis ⁊ curationis. Et hoc dicit ꝓpter oliuaꝝ ibi crescentiū abūdantiā quaꝝ fruct' ē vnctuosus luminosus ⁊ deliciosus. qꝛ vt dicit Isidorus. Oleū oliue ex radicis amaritudine surgit in pabulū lumīs in medicamen vulneris ⁊ in refectionē esurientis. In hui' montis oliuaꝝ radice siue pede fluit riuul' qui dr̄ torrens cedron inter cui' ripā ⁊ montē fuit ort' quē dn̄s orōnis ⁊ quietis grā sepi' frequētauit ⁊ subintrauit. vn̄ ⁊ ibi capt' fuit primo i orto qui gethsemani dict' est. vt dr̄ Joh. xx. ibi enī scꝫ in pede mōtis fuerat quondaꝫ villula dicta gethsemani cui' orti tūc tēporis adhuc ibi erāt vt dic̄ Aug. ⁊ illorū locū ortoꝝ dn̄s ex ꝯsuetudine frequētabat. Hic aūt mōs fuit ad orientalē ptē tēpli. ⁊ ideo mane illumīabat' sole oriente. de vespe vero ⁊ de nocte illustrabat' ex fulgore a lumīarib' templi resplēdente Et ideo merito mons luminis dicebatur quia a celo ⁊ a templo lumen recipiebat. tū etiā qꝛ lucis materiā olei sui abūdantia alijs impēdebat. vt dicit Aug'. In hoc mōte erat quidā viculus nomīe bethphage q̄ sacerdotū erat. in cui' mōtis latere erat ciuitas dicta bethania que fuit ciuitas marthe lazari ⁊ marie. vt dicit glo. sup Math. xxi. De hoc mōte dn̄s celos ascēdit. ⁊ supra eundē montē ad iudiciū apparebit. vt patet in Act. i. tā in lr̄a q̄ȝ in glo. In hoc monte edificauit salomō delubra excelsa vt pꝫ. iij. Regū. x. Et iō vocat' ē mōs oliue ⁊ ꝑniciatōnis mōs offensiōis. iiij. Reg. xxiij. qꝛ scꝫ in illis idolis offendit salomon deū suū.

Capitulum viceſimūnonū De olympo

Olimpus est mōs macedonie excelsus nimis ita vt sub illo nubes esse dicatur. vt dicit virgilius. Nubes excessit olympus. Dict' ē autem olympus quasi ololampas. i. quasi celū. Hic mons macedoniā a tracia diuidit. Tante enī sublimitatis est mons olympi q͛ omnes excedit aeris turbines ⁊ alias passiones. Vn̄ pħi ibi ascendentes vt situs ⁊ cursus stellaꝝ inspicerent. ibi viuere nō poterāt nisi secū spongias cū aqua ferrēt ⁊ sic p aque attractionem aerē redderent grossiorē siue sp̄ssiorē vt dicit magister in histo.

Capitulum triceſimum De oreb

Oreb mons est in regione madian. vt dicit hieronymus. iuxta arabiā in deserto cui coniūgitur desertū sarracenoꝝ. quod vocatur pharan. ⁊ est idem mons oreb et syn. vt dicit hieronym'. In hoc monte vidit moyses multas visiones. vt patet Exo. iij. ibi vidit rubū ardentē ⁊ cōburentēꝫ ibi audiuit deū loquentē sibi ⁊ multa pcipientē. sicut post de monte synai dicetur.

Capitulum triceſimūprimū De parnaso

Mons parnasus ē in thessalia iuxta boetiam. qui mons duas ha-

hec vertices q̄si in celum eleuatos. in q̄bꝫ quondā appollo ⁊ liber bachꝰ colebāt for te propter locoꝝ amenitatē ⁊ vinorum ⁊ vinearū maximā vbertatē.

Capitulum tricesimūsecundū De alpibꝫ

Riphei montes sunt alpes in capite germanie. vt dicit Isidorꝰ. qui a ꝑpetuo ventoꝝ flatu ⁊ tempestatū impetu sic dicūtur. Nā riphꝫ in greco impetus dicit in latino. Dicūtur autē alpes id est alti montes ad quoꝝ cacumīa nō nisi ꝑ altos ꝓcessus colliū ⁊ aliorum inferioꝝ montiū ꝑuenit. In his alpibus sunt ꝑpetue niues. frequētes nubes. fontiū ⁊ fluminū magnoꝝ capita et origines bestie ⁊ fere siluestres aues multiplices ⁊ marie illiꝰ generis volucres q̄ tū glē de nocte sunt lucētes. vt dicit Isi.

Capitulum tricesimūtertiū De rupibꝫ

obuians et resistens. vt dicit Isidorus
libro.vij.ca.x.

Capitulum vicesimum De bitumine

Bitumen est terra a gleba limo/
b| sa z viscosa in locis precipue pa/
lustribus generata. Est aut sm
Isid.li.xvi.ca.ij. qda terra glutinosa q
iuxta lacu asphalti in iudea repitur. c9
natura est ardens z igni congnata. z est ta
te tenacitatis q nec aqua nec ferro rum/
pitur. sed solu sanguine menstruali. Est
aut vtilis ad nauiu copaginatone. de hoc
bitumine dr in Plat. asphalti. i. bitume
iudaicu calidu et siccu in tercio gradu. z
est terra nigri coloris et ponderosa z fe/
tida. et est terra vt dicut aliqui de spuma
maris mortui generata et ad modu ter/
re indurata. hz aut virtute attrahedi co
solidandi et consumedi. et multu valet ad
vulnera z vlcera consolidanda si pulueri/
zef. z sic vulneri supponaf. z si vuln9 fue
rit multu longu z latu. Valet etia ad pas
siones matricis spualia copmetis. si po
naf sup carbones. z fumus eius q est fe/
tidus sup os z nares ptrahaf. Valet in/
sup fleumatic somnoletis litargicis. q a
fleuma de capite multum purgat. vt di/
cit Plat.

Capitulum vicesimumprimu. De berillo.

b Erillus est lapis indicus in vi/
riditate silis smaragdo sed cum
pallore. Polif ab indis in sexagulas for
mas vt coloris hebetudo repcussu an/
gulor exalcef. aliter aut politus non ha
bet fulgore. Genera aut eius sut decem vt
dic Isid. c. de viridib gemmis. vbi etia
statim subditur. Crisoberillus spes. s. e
berilli. cuius palida viriditas in aureu
colorez resplēdet z hunc etia india mit/
tit nobis Berilli virtutes discribit vdas.
dicens Inter berillos qui magis pallet
melior est. virtus eius ptra pricula hosti
um et ptra lites inuictu reddit et mite.
ingenium bonum adhibet. valet cotra
vicia epatis contra suspiria z eructatio
nes. humidos oculos sanat. manum ge/
stantis exurit si solis radio opponatur.
hominem magnificat z amorem coiun/
git coniugalem.

Capitulum vicesimusecundu De calculo

Calculus est lapillus terre admi
c xtus rotundus atq durissimus
purus z ex omni parte lenissim9
atq planus. dictus autem est calculus
eo q sine molestia sui breuitate z plani/
cie a pedibus coculcetur. cui contrarius
est scrupulus. lapillus scilicet asperim9
et minutus qui si inter pedem z calceuz
inciderit valde nocet. hic et saxa dicun/
tur scrupea id est aspera atq dura. vt di
cit Isidorus libro. xv. c. iij. sepe autē la/
pillus in corpore animalis ex calidis et
viscosis humoribus nunc in vesica nunc
in renibus generatur. vt dicit Constan.
quere supra libro. vij. de passionibus re
num. ca. de calculo.

Capitulum vicesimutertiu De cote

Cos est lapis sic dictus eo q fer
c rum ad incidendum acuat cotis
enim greco sermone incisio dici
tur. vt dicit Isidor9. Et ex his alie aqua
rie sunt. alie oleo indigent in acuendo
sed oleum lenem. aqua vero aciem acer/
rimam reddit. vt dicit Isidor9 libro eo/
dem. c. iij. hoc autem cotis propriu habet
q in hoc q acuendo alteri seruit. paula/
tim se consumit. vt dicit Grego. puluis
vero eius ab ipsius substantia resolutus
congruit medicine virtute habet desicca/
tiuam repcussiua. z sanguinis restricti/
uam. vt dicit Constan.

Capitulum vicesimuquartu De calce

Calx est lapis adustus ex cui9 ad/
c mixtione cum arena et aqua fit
cementuz. Est autem calx dicta
viua. vt dicit Isidorus. quia dum sit ta
ctu frigida. intus tamen in occulto fer/
uentem habet naturam vel cotinet igne.

Unde ꝛ ꝑfusa aqua statim ignis erumpit latens. Cuius natura aliquod mirũ habet. postq̃ꝫ non arserit aquis incenditur. quibus solet ignis extingui. oleo vero extinguitur quo solet ignis accendi. Usus est fabrice necessarius nam lapis lapidi non potest herere fortius, nisi calce sit coniunctus. Calcis autem que fit ex lapide albo ꝛ duro melior ē structuris Ex molli vero utilior est in tectis. Hec usq; Isidorus libro. xvi. ca. iij. Calx autem ſm Plat. calida est ꝛ sicca in quarto gradu. que mixta cum oleo pustulas et vulnera putrida iuuat ꝛ incisiones bene consolidat. carnem supfluam corrodit nec i vulnere crescere pmittit. Calx viua cum auripigmento ꝛ aqua ad modum pultis decocta pilos cadere facit. quia suo acumine poros aperit. vt dicit Constant. et Plat.

Capitulum XXV

De cemento

Cementũ est calcis et arene cum aqua tempate ꝯiunctio ꝛ mixtura que ad lapides coniũgendos ꝛ parietes liniendos ꝛ dealbandos summe est necessaria. In picturis ꝛ colorib9 parietũ primũ stramentũ ꝛ precipuũ est cementũ. Melius aũt adheret parieti humefacto. ꝛ maxime si fuerit de plastro siue gipso. nam vt dicit Isidor9. gipsum calcis est cognatũ. Optimũ aũt omniũ lapidum est de lapide speculari factũ cementũ. qui lapis transluc et sicut vitruꝫ et multum scissibilis in tenues crustas vt dicit Isido. ꝛ est idem quod plastruꝫ quod i greco dicitur gipsum. sed in teutonico speretalonũ nũcupatur.

Capitulum XXVI

De carbunculo

Carbunculus lapis est preciosissimus sic dictus quia vt carbo est ignitus. cuius fulgor nec nocte vincitur. lucet enim in tenebris adeo vt flamas ad oculos vibret. Genera eius sunt duodecim. sed prestantiores sunt q̃ fulgent ꝛ emittunt radios sicut ignis. vt dicit Isido. libro. xvi. ca. xiiij. Ibidē subditur. Carbũcul9 grece antrax dr. gignitur in libia apud trogoditas. Inter has duodecim species ꝑcellit antracites qui ignei est caloris. sed candida vena ꝑcinctus. cuius est propriũ ꝙ proiectus in ignem velut inter mortuos carbones extinguitur. sed aqua perfusus exardescit. Alia est species carbũculi noīe scandasitrus a loco indie vbi inuenit̃ sic dictus. in cui9 specie velut intra lucidos ignes apparent quedã gutte quasi auree. ꝛ hec gemma est pcij incompabilis respectu aliaꝝ. Alia est species que lignes appellat̃ a lucernarũ fragrãtia sic dicta. ꝛ hanc gemmam remissum carbũculũ dicũt. Et est duplex. vna que vt purpura radiat. altera velut coccinei coloris seu rubõris. hec a sole vel tactu digitoꝝ calefacta paleas ꝛ cartaꝝ folia ad se rape dicit̃ sculptũtis resistit. si ꝯo aliquãdo sculpta fuerit dũ signa in cera imprimit quasi quodã animalis morsu partē cere secũ tollit. vt dicit Isido. ibidem. Ad speciem carbũculi reducitur balagius qui rubeus est ꝛ plucidus. vt dicit Dyas. ꝛ dicitur ꝙ hec species carbũculi in vena saphiri inuenit̃. ꝛ ideo ex vicinitate saphiri quandam nebulam ad modũ fauille circa ignem balagius contrahit que circa eius superficiem se diffundit. ꝛ hoc patꝫ sensibiliter si diligentius cōtempletur.

Capitulũ. XXVII.

De crisopasso

Crisopassus est lapis ethiopic9 quem lux celat. ꝛ prodit obscuritas. de nocte enim est igneus de die vero aureus. vt dicit Isid. ibidē. In die enĩ quasi euanescens ꝛ fulgorē emittens quasi aurũ expallescit. Est autem alia species crisopassi quã india nutrit. hic crisopassus similis est prassio i colore siue porro. ꝛ respergitur quibusdã guttis aureis. vt dicitur in lapid.

Capitulũ XXVIII

De calcedonio

Calcedonius est lapis pallidus et hebetem pretendens colorem quasi medium inter berillum et

facincti. vt dicitur in lapidario. Nasci tur autē apud nasamos vt ferunt diuino ymbre. et inuenitur ad repercussium lune plene. vt dicit Isi. li. xvi. Nō inuenitur nisi tricolor. vt dicit lapid. Omnia eius genera sculpture resiliūt. calefact' paleam attrahit Isido. Hic lapis perforatus et portatus facit vincere causas. et valet contra illusiones demonū et virtutes conseruat. vt dicit Dyas.

Capitulum XXIX

De crisolito

Crisolitus est lapis et ethiopic' et vt aurum lucens. et vt ignis scintillans mari in colore est similis declinans ad virorē in auro positus et in sinistro lacerto gestatus dicitur terrere demones et fugare iuuat contra timores nocturnos. et melancoliā minuit aut depellit et cōfortat intellectū. vt dicit dyas. Crisoliti quedā species est crisolimphis cuius color de die aureus. de nocte vero igneus iudicatur. Est et alia species crisoliti que dicitur crisolētus colore aureus eius aspectus de mane pulcrior ē. deinde hebetatur eius color. et est ignis capacissimus. qui si iuxta ignē fuerit citius inflāmat. vt di. Isi. li. xv. c. de gēmis aureis.

Capitulum XXX

De celidonio

Celidonius lapis est modic' tamen preciosus. Huius due sunt species. scilicet niger et rufus. de ventre hyrūdinis extrahitur. parui quidem sunt et deformes sed in virtutibus non sunt maioribus impares. imo multis alijs sunt maiores. Valet enim rufus contra lunaticam passionem et contra insaniam et antiquū languorē. facundū facit et gratum et placentē. Niger vero valet contra noxios humores et febres et iras. et lotus aqua sanat oculos. hec omnia dicuntur in lapidario.

Capitulū XXXI

De cristallo

Cristallus lapis est relucens clarus et colore aquosus crediturq; q nix vel glacies per multorū annorum spacia indurata. vnde et nomen ei greci dederunt. gignitur in asia et cipro. maxime in septētrionalib; alpibus vbi in estate sol feruentissimus inuenitur. et ideo quia annosa et diuturna est ibi glacies ideo speciē reddit hācque cristallus nominatur. Hic si fuerit oppositus solis radijs adeo capit flamam vt aridis fungis ignem prebeat. Usus eius ad pocula destinatur. nihil aliud operatur q̄ frigidum facere potest. hucusq; Isido. li. xvi. c. xiij. de cristallo aūt dicit Dyas. cristallus nō vi frigoris tantū. sed vi magis terrestreitatis in lapidē induratur. color autē illius glaciei est similis. hui' virtus est contra sitim et ardorē qui tritus melle et potatus lacte replet vbera. si ex causa calida lac prius sit amissum. Et etiā sumpt' in potu valet contra colicam passionem et viscerū. si nō assit cōstipatio. Lapis est luci puius. vnde literas et alia que in eo ponūtur manifestat. Qualiter ex aqua materialiter fiat cristallus. dicit grego. super primū Ezechiel. habet inquit aqua ex se fluiditatē. sed per frigoris vehementiam in cristallū cōuertitur firmitatem. vnde in Eccliast. scribitur. Flauit ventus aquilo et cōgelauit cristallū zc. Et hui' assignat Arest. rationē in li. meth. ibi. lapidea de substantijs mineralib; materialiter sunt aqua. vt dicit Richardus rufus lapides mineraliū sunt de aqua. sed tamen quia habent de terrea siccitate plus q̄ liquabilia. ideo non cōgelantur solo frigore aquoso sed etiam terrea siccitate que permutat aquosum terreū in vitreum quando super aquā dominat et vincit frigiditas supducta. ex quo patet q vera ē ratio grego. et eccl. qui dicūt q ex aqua potest cristallus generari.

Capitulū XXXII

De ceraunio

Ceraunī' est lapis cristallo similis ceruleo colore infect' et ē apd germaniā. alter est hyspanic' rutilās vt flāma. hi cadūt de locis tonitrui et dicūt cōtra fulgur opitulari. vt di. ysi. ibidē. Idē in lapidario vbi dr. Cū tonat

horrendū cū fulminat igne' et ḡr. Nubibus illisus celo cadit iste lapillus. Qui caste gerit hūc a fulmīe non ferief. Nec dom' aut ville qbꝫ affuerit lapis ille. virtus vtriusqꝫ ē ad plia ⁊ cās vincendas. ⁊ valēt ad dulces somnos. vt dicif ibidē.

Capitulum tricesimūtertiū De corallo

Corallus nascitur in mari rubro
c et q̄zdiu tegitur aquis lignū est. sed statim quādo extrahitur ⁊ tāgitur aere in lapidē induratur. Sūt aūt rami eius sub aqua candidi ⁊ molles. extracti cū retibus rubescūt ⁊ lapidificantur. vt dicit Isi. c. de rubris gēmis. Et sequitur ibidē quantū apud nos p̄ciosa ē indica margarita. tanto p̄ciosior ē corallus apud indos. hunc magi dicūt resistere contra fulmē. Isi. Idem dicif i lapid. Ipsius ē vt ait zoroastes mira potestas Fulmina tiphones tempestatesqꝫ repellit A quocunqꝫ geraf. Est aūt duplex. albꝫ ⁊ rufus ⁊ nunq̄ꝫ vltra semipedē longior inuenif. rufus maxime valet ꝯtra omnē fluxū sanguinis. ꝯtra epilenciā ⁊ contra dyabolica et varia monstra. multiplicat fruct' ⁊ expedit fines ⁊ pricipia negocioꝝ

Capitulum tricesimūquartū De corneolo

Corneolus lapis est rufus ⁊ ob
c scurus vtilis tamē est ⁊ p̄ciosus qui in collo suspensus vel in digito portatus. In disceptando surgentes mitigat iras. Sanguis ex membro sistit quēcūqꝫ fluorē. Precipue talē patitur si femina fluxū. vt dicitur in lapid.

Capitulum tricesimūquintū De dyonisio

Dionisius lapis est niger vel fu
d scus rubētibus venis sparsus vocatur autem ita q̄ꝫ si aqua mixt' conteratur vinum al's nimium flagrat. et tamen quod in illo mirum est ebrietati resistit. vt dicit Isido. libro. xvi.

Capitulum tricesimūsextum De diadoco

Diadocos lapis est pallidus lu
d cens vt berillus. ⁊ est aptus ad responsa a demonibus obtinenda. excitat enim demones ⁊ fantasmata. ⁊ si defuncto quis forsan applicet illum protinus asseritur solitas amittere vires. Nam sacer hic lapis est. ⁊ que mors sternit abhorret. sicut dicitur in lapidario.

Capitulum tricesimūseptimum De ere

Es a splendore aeris est vocatū
e vt dicit Isido. Apud antiquos enim anteq̄ꝫ ferri cognitus fuit vsus. ere primi p̄scindebant terrā ⁊ belli certamina pagebant. tunc aurū et argentum reijciebant. nunc vero auruꝫ in summo honore est. Sic voluēda etas cōmutat tempa rerū. verba sunt Isido. libro. xvi. Idem autē es est ⁊ cuprū. quia vtrūqꝫ ex eodem lapide p̄ decoctionem ignis resoluitur. Lapis eni colore ignis resolutus in es cōuertitur. Job. xxviij. Cōponitur aūt es siue cuprū sicut ⁊ alia metalla ex sulphure ⁊ argētouiuo. sed h̄ accidit quādo plus est de sulphure q̄ꝫ de argētouiuo. ⁊ sulphur est terreū ⁊ nō purum rubeū habens colorē adurentē. Argentū vo viuū mediocre nec nimis grossuꝫ nec nimis subtile. et ex tali ꝯmixtione es generaf. sicut di. Arest. Sicut aūt dicit Isi. ca. de ere. Es si fuerit admixtū cū alijs metallis colorē mutat pariter ⁊ virtutem. vt patet in auricalco ⁊ in ere corinthio. q2 cū diuersis metallis est ꝯiunctum. vnde quoddā est albū ad nitorē argēti accedēs. aliud fuscū spēm auri exprimēs. terciū in quo cūctoꝝ ē tempies Est ⁊ aliud gen' eris qd d2 coronariū qd scꝫ ex ductili ere in laminas attenuaf ⁊ felle tauri tingif. spēm auri p̄tēdit in coronis histrionū. vñ ⁊ coronariū est vocatū Es aūt qd ductile ē ⁊ malleo p̄ducif regulare appellaf. ecōtra fusile qd tantum fundif. sed qd fusile ē sub malleo fragile est. quādo aūt es bñ purgaf ⁊ ab omnibus vicijs excoquif ductile efficif ⁊ regulare. Omne aūt es in frigore magno melius fundif. Es celeri' rubiginē contrahit nisi oleo pungaf Itē int' oīa metalla

est vocalissimum et maxime potestatis. Ducusque Ysido. libro. xvi. maxime conuenit usui tubarum et campanarum propter suam sonoritatem et durabilitatem. lapis unde excoquitur est maxime dulciciei et compactionis. unde non facile frangitur nisi prius lupe igne fortissimo exuratur. Octies autem vel nonies comburitur antequam extrahatur perfecte de lapide et purgetur sicut mihi sepius certissime asseruerunt in loco ubi foditur eris purgatores. Uasa enea rubiginosa sunt et eruginosa. nisi sepius arena aspera confricentur. Olfactu etiam et gustu sunt abominabilia. nisi cum stanno sint linita. Es etiam si sine stanno fuerit de facili uritur et crematur. ut dicit Ysi. ca. de stanno. Es vero exustum et puluerisatum. ut dicitur in plat. habet virtutem dissoluendi et consumendi et extenuandi et humores noxios expurgandi. vulnera sanat. caliginem oculorum purgat. carnes superfluas corrodit et ulterius crescere non permittit. ut dicit Plat. et etiam Dyas.

Capitulum tricesimumoctauum De electro.

Electrum est vocatum. eo quod ad solis radium auro clarius luceat et argento. nam sol a poetis electron dicitur. Efficacius autem est hoc metallum omnibus metallis et nobilius. Huius tria sunt genera vnum quod ex pino arbore fluit quod sucinum dicitur. quando enim primo fluit de arbore est liquidum gummi sed post induratur calore vel frigore in duriciem lapidis perspicui ut cristalli. Alterum genus metallum dicitur quod naturaliter inuenitur et in precio habetur. Tertium fit de tribus precijs auri et vna argenti. electrum vero quod naturale est illius est nature ut in conuiuio ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat et venenum probat. nam si eo infundas stridorem edit et in colores varios in modum arcus celestis se mutare subito consueuit. Ducusque Ysi. li. xv. de metallis vlt. De electro autem artificiali dicitur sup Ezech. dum aurum, inquit greg. miscetur cum argento. argentum ad claritatem crescit. aurum autem cum claritate argenti temperatum virtutem suam non perdit sed tantummodo quo ad decorem coadmixti argenti aliquantulum expallescit. Electrum etiam verum a quibusdam arpago dicitur. eo quod attritu digitorum accepta caloris gratia omnia folia et paleas et vestimentorum fimbrias rapiat et attrahat. sicut magnes ferrum. ut dicit Ysid. libro. xvi. ca. de vitreis gemmis. De facili autem quocumque modo homo voluerit recipit colorem et tincturam. Unde de radice auense et conchilio de facili inficitur ut dicit idem ibidem.

Capitulum tricesimumnonum De echite

Echites lapis est indicus et persicus qui in litoribus occeani in sinu tam indici maris quam persici inuenitur. Est autem lapis colore puniceo sicut dicitur in lapidario. et est duplex. ut dicit Ysi. scilicet masculus et femina. unde et bini semper in nidis aquilarum inueniuntur nec sine his parere potest aquila. et ideo aquila istos seruat in nido suo. Horum masculus durus est et similis galle et subrutilans femineus vero mollis est. et hi lapilli alligati parienti faciunt partus celeritatem. et etiam faciunt aliquando abortiri si nimis diu ibi dimittuntur. et aliquid excidit vulue nisi cito a parturientibus auferantur. ut dicit Ysi. li. xvi. c. iiij. Hic etiam lapis more pregnantis alium lapidem in se tenet clausum. ut dicit Dyas. et in lapidario dicitur. Continet hic alium pregnantis more lapillum. Eius virtus est conferre sobrietatem. diuicias auget et amorem et facit victorem et fauorabilem et caducorum prohibet casum. si de veneni fraude quis suspectus fuerit si de fuerit hic lapis sub cibo eius positus cibum deglutire non permittit. quod si lapis subtractus fuerit cibum deglutire non tardabit.

Capitulum quadragesimum De emathite

Emathites lapis est rufus ferrugineus affricus et indicus ac arabicus. sic dictus eo quod cruore resolutus in colorem sanguineum mox erumpit ut dicit Ysi. valet contra vesice fluxum et oculorum dolores. contra venenum et serpentis

morsum et ventris fluxũ omnẽ sanguinẽ stringit ⁊ maxime muliebrẽ ⁊ gingiuarũ vt dicit Dyas. In plat. aũt dicitur frigide ⁊ sicce esse cõplexionis ⁊ habet virtutẽ cõstringẽdi fluxũ sanguinis. dicitur aũt ab emath qđ est sanguis ⁊ thites qđ est sistotis. vnde valet emoptoicis id est sanguinem vomentibus ⁊ dissentericis singulare ꝑficium est.

Capitulũ quadragesimũprimũ De elitropia

Elitropia gemma est viridis cũ guttis puniceis venis sanguineis suꝑspsa. Et est sic dicta ab effectu. qꝛ si ponit in aqua radijs solis opposita ebullire facit ⁊ aquã in vase positã reloluit in nebulã. ⁊ post paululũ resoluitur in guttulas pluuiales. Hec eadẽ etiã gẽma videtur posse facere mira. nã posita in pelui in aqua clara radios solis mutat. et ex aeris repcussione obũbrare videtur radioꝝ solariũ claritatẽ ⁊ quendam inducere in aere sanguineũ colorem ac si sol ex interpositõe corpis lunaris ad solẽ eclipticas pati tenebras videatur. Et ideo qꝛ illa videtur solis posse mutare claritatẽ. elitropia. i. solis auersio nũcupatur. ⁊ hoc expsse dicit Isi. ⁊ Dyas. in lapidario dicitur. Ex re nomen habens est elitropia gẽma. Que solis radijs in aqua subiecto vacillo. Sanguineũ reddit mutato lumine solẽ. Eclipsimqꝫ noua terris effundere cogit ⁊c. Et di. Isi. ꝙ ita manifestat incantatorũ stulticiã ⁊ magoꝝ ꝗ in suis ꝓdigijs gloriãtur. Illudunt eni hoim aspectibꝫ in his que opantur sicut facit gẽma supradicta de qua exemplificãdo dicit ꝙ herba eiusdẽ nominis cũ quibusdã incantationibꝫ additis fallendo visum intuentiũ. facit portantem hominẽ nõ videri. In multis alijs est gẽma hec cõmendabilis. qꝛ sanguinẽ stringit. venena tollit. nec falli poterit ꝗ eam gesserit ⁊c.

Capitulũ quadragesimũsecundũ De enidro

Enidros paruus lapis est ⁊ modicus perpetuis distillat guttis. nec tamen liquefit omnino nec efficitur aliquo modo minor. vnde dicitur in lapid. ꝑpetui fletus lacrimis distillat enidros qui velut ex pleni fontis scaturigine manat. Et dicitur ibidem ꝙ difficile est hmõi reddere rationẽ. qꝛ si gutta defluit de lapidis substãtia. quare nõ minor efficitur vel olno liquescit si vero ros vel aliud ipm ingredit quid est ꝙ ingrediẽs nõ repellit egredientẽ. Potest tñ esse vt mihi videt ꝙ vtus lapidis cõdensat in aquã aerẽ sibi vicinũ ꝓpinquãtẽ vt iã videatur exire de substãtia lapidis qđ egreditur de substãtia aeris circũstantis.

Capitulũ quadragesimũtertiũ De epistide

Epistides est lapillus rutilans ⁊ rubicũdus. qui ex parte cordis gestatus tutum seruat. cõpescit seditiones. coercet locustas et volucres steriles nebulas ac grandines a fructibus terre. et oppositus soli ignem et radios emittit. Et si hũc lapidem in aquã feruentem proieceris cessat eius ebullitio et post modicum frigescit. vt di. Isidorus et Dyas.

Capitulũ quadragesimũquartũ De exoliceto

Exolicetos lapis est sic dict⁹. eo ꝙ. xl. coloribus est distinctus. et est paruus valde ⁊ efficit oculos intuẽtis hoĩs tremulos. in libia apud trogoditas inuenitur.

Capitulũ quadragesimũquintũ De ferro

Ferrum a feriendo est dictũ. vt dicit Isidor⁹. sua eni duricie ferit domat et concutit omnia genera metalloꝝ. quod quidẽ ꝗuis de terra originem contrahat durissimũ tamen est ⁊ solidissimũ. ⁊ ideo omnia alia feriẽdo cõprimit ⁊ dilatat. et hoc vt dicit Isi. iuxta terre genus nomen assumit. et per hoc multipliciter variatur. quia ſm hoc magis durum vel minus inuenitur. Generatur aũt ferrũ ſm Arest. ex argento viuo grosso nõ mũdo neqꝫ poroso t'reo. ⁊

sulphure grosso in cuius compositione plus est de predicto sulphure quam de argento viuo. vnde propter vsum frigidi et sicci et terrei ferrum frigidum et siccum valde durum est in suis partibus et compactum et quia minus habet in se aerei et aquei humidi quam alia metalla. ideo ad resoluendum in igne difficile est et graue ad remolliendum vt di. Ricii. Ferramenta vero cum oleo temperare mos est ne aque frigiditate nimium indurentur. vt di. Isi. ferrum ex sanguinis contactu citissime rubiginem contrahit. et dum eius substantiam subintrauerit vix recedit. vt dicit Isi. Rubigo est vicium rodens ferrum quod ei accidit vel sue substantie impuritate siue ex terre contactu et vicinitate. siue ex sanguinis siue cuiuslibet infecti aut humidi vaporis qualitate. et subdit idem. a ferro inquit sanguis humanus effunditur et de ferro se vlciscitur. quia de re nulla alia ita cito per rubiginem consumitur sicut quando humano sanguine immundatur. Cum ferro magnes concordiam habet vnde et magnes ipsum attrahit et ipsum attractum etiam mediante vase argento vel eneo ipsum sequitur eique subijcitur et obedit. Si ferrum bene politum a lumine vel aceto linitum fuerit simillimum fit eri. rubigine carebit politum ferrum. si cerusa vel medulla ceruina fuerit perlinitum Isi. Ferrum candens si in vino vel in lacte sepius extinctum fuerit ipsum vinum spleneticis et alijs morbidis medicare facit. vt di. constantinus. Ferrum etiam vt di. Isi. accensum igni nisi induretur ictibus corrumpitur. rubens in igne non est vtile ad cudendum antequam albescere incipiat vel albere. Usus ferri vtilior est homini in pluribus quam vsus auri. et quamuis plus diligatur auri species ab auaris. sine ferro enim respublica tute non agitur. quia sine eius metu securitas ab hostibus non habetur. ferro communis iusticia regitur. tuetur innocentia et improborum audacia ferri metu coercetur. sine ferro nullum fere opus mechanicum vix perficitur. nullum edificium construitur. agricultura nullatenus exercetur. Et ideo secundum Isi. est dictum ferrum eo quod farra. i. semina condant. quia sine ferro nec panis de terra acquiritur. nec etiam iam paratus panis sine ferro congrue diuiditur vt in vsum cibi ab homine assumatur. Item ferrum ferro acuitur vt di. salomon. nam confricatione mutua hebetudo ferri iterum attenuatur. et sic acuitur vt inde facilius quolibet incidatur. Scoria dicitur ferri immundicia que in igne excoquitur et est sic dicta. eo quod de ferro ignis violentia sit excussa. vt di. Isi.

Capitulum quadragesimumsextum De ferrugine

Ferrugo est limatura ferri sicut squama est illud quod euolat ex percussione ferri. et habet virtutem siccandi et attenuandi. et ideo valet contra opilationem splenis. vomitum tamen potenter excitat in tantum quod aliquando ducit ad mortem nisi puluere adamantis vel aqua in qua per noctem iacuerit eius violentia reprimatur. contra emorroidas dicitur esse puluis eius optimus. dissenteriam. i. fluxum ventris stringit. vt in Plat. Ferrugo etiam dicitur ferri rubigo et corrosio dicta a corrodendo. dicitur tamen proprie erugo ab erodendo non ab eramento. vt di. Isi. manus siquidem tangentis inficit et maculam deformem post se relinquit. quanto ferrum magis purum et politum est tanto euidentius et citius a rubigine defedatur et difficilius remouetur. Nec de facili deponitur nisi tribus modis scilicet per ignis excoctionem. vel per ferre vel per lime corrosionem. vel per collisionem lapidis et durioris arenule extersionem. hoc autem habet proprium eruginis infectio quod occasione leui reuertitur ad locum in quo semel radicatur.

Capitulum quadragesimumseptimum De gleba

Gleba est collectione pulueris est in vno glomere coadunata. vt dicit Isido. li. xvi. ca. i. Terra enim ligata gleba est. soluta vero puluis. Indurata in globum terra semen non recipit. et receptum erumpere in germen non permittit confracta vero regit semina atque nutrit; per pluuiam remollita quandam pinguedinem in se recolligit quam ad seminum productionem radicibus circumfundat. vt dicit greg. Aliquando etiam glebe naturam in se continent mineralem. et ideo ex glebis diuersarum rerum species producuntur sicut dicit greg. super illum locum Iob. xxviij. Lapideo saphiri locus eius et glebe illius auri.

Capitulũ quadragesimũoctauũ De gemma

Gemma dicitur eo ꝙ luceat istar gũmi. vt dicit Isi. gemme siqdē magnũ decorē varietate colorũ pbēt auro. Ideo aũt dicit Isiđ. dicũtur pciose. quia rare sunt atq3 care. omne eñ rarum magnũ ⁊ pciosum vocatur. sicut scriptũ est. erat sermo dei preciosus .i. rarus. Isidor' nec alicui debet videri dubium aut falsum quin sua sit virtus diuinitus insita gemmis. qr sicut dicit in lapida. Ingens est herbis virtus sed maxima gemmis. Quarũ quedā in venis terre inueniũtur ⁊ cũ metallis effodiuntur. quedā a pfundo maris euomũtur ⁊ generatōis ipsaꝝ locus ignorat ⁊ tales gēme sepe in litoribꝫ maris ⁊ fluuioꝝ glareis repiunt. quedā in corpibꝫ auiũ ⁊ reptiliũ sepi' procreant. Undecũq3 aũt gēme venerint incredibili vtute inueniuntur diuinit' insignite qñ nobiles sunt et vere. Nam vt di. Isi. ca. de gēmis aureis in quibusdā gemmarũ genēribꝫ veras a falsis discernere magna difficultas est. nam sepe ille que sunt false et sophistice veris videntur esse simillime. ita vt vix pōt vere a sophisticis dephendi. qr quidā vt dicit Isi. pro smaragdo vitrũ arte inficiunt ⁊ fallit oculos subdola quedā viriditatis similitudo. sine fraude enī nulla mortaliũ est vita. Isi. omnes aũt non transflucidas gēmas cecas solem' appellare eo ꝙ densitate sui obscurētur. Isidorus sed sepe fallũtur sic iudicantes. quia plus virtutis sepe latet in puulo adamāte ferrugineo ⁊ obscuro q3 in sardio lucidissimo vel berillio.

Capitulũ quadragesimũnonũ De gagate

Gagates est lapis rudis et tamē preciosus qui primo in sicilia et gagante flumine est reptus fluore fluminis ad ripā iactus vnde est nosatus. Cuius in britānia sit plurim' ⁊ eximius. vt dicit Isido. Est aũt duplex scilicet glauc' ⁊ niger. niger aũt est planus leuis ⁊ facile cōbustibilis igni appositꝰ fere sicut thus. incēsus aũt odore suo serpentes fugat demoniacos prodit ⁊ demonibus cōtrarius esse putat. virginitatē pdit. qr aqua ei' bibita. si bibens est virgo nō vrinabit. si nō est virgo statim vrinam emittet. etiā cōtra volũtatē vt di. Dyas. ⁊ sic vginitas p lapidē experitur vt dicunt autores. Item idē lapis tā niger q3 glauc' attritu digitoꝝ calefact' paleas leues sibi appositas attrahere cōsueuit. potus aũt cōfert ydropicis. qr nociuum cōsumit humorē. ⁊ dr cōfortare epar sua forsan siccitate ⁊ etiā occulta qualitate. Itē puluis ei' appositus dentes roborat debiles ⁊ laxatos cōfirmat. Itē multũ dr valere cōtra fantasmata ⁊ nocturnas demonũ vexationes. Itē ei' suffumigatio prouocat menstrua qñ casu aliquo sunt ablata. Item dr sedare dolores ventris qñ stomach' patit casu aliquo subuersionem. Itē vincit pstigias ⁊ carmina dura resoluit. vt dr in lapiđ. Itē valde accelerat ptũ ⁊ adiuuat pientē. vt dr in lapiđ. Unde si lapis tā grossus ⁊ rudis tā mirabilia opat. nullus pter exteriorē facie3 vilipēdend' est q3diu vtus latēs interi' ignorat. De hoc aũt lapide di. Isi. in aq̄ accēdit. extinguit vo in oleo qđ est mir.

Capitulum quinquagesimũ De galactile

Galactiles est lapis colore cinereus. gustu suauis. qui si attritus fuerit quoddā lacteũ de se emittit. vt di. Isi. hic lapis in ore clausus turbat mentē. circũdatus collo vbera lacte replet. alligatus femori dat faciles partus. mixtus aqua ⁊ sale si circũspergatur ouili. oues replētur lacte ⁊ scabies fugatur ab eis. vt dicit Dyas.

Capitulum quinquagesimũprimũ De gelacia

Gelacia gemma est candida hñs speciem grandinis in figura. Et est tante frigiditatis ꝙ nũq3 ab igne calefit. Isi. ⁊ Dyas.

Capitulum quinquagesimũsecũdũ De geratice

g Eraticen lapis est niger sed su perat virtute colorē quo prī ab/ luto siquis gestauerit ore dicere mox poterit quid de se cogitat alter. sicut dicitur in lapid. dilectū reddit et amabilem eum sup quem est. sicq; probatur vtus eius. nam si inunctū fuerit corpⁿali/ quius melle et muscis expositū relinquūt eum musce si presens fuerit iste lapis. s; si lapidem subtraxerit sugent corpus ei⁹ et corrūpent.

Capitulum LIII

De iaspide

i Aspis est gemma viridis sma/ ragdo similis sed crassi coloris simpliciter est. Eius species sūt xvij. vt dicit Isido. nam ias viride pin/ nasin gēma dicitur. q̄uis aūt eius color pcipuus sit viridis tñ multos h; alios i termixtos. Eius vtus est reprimere fe/ bres et ydropysim in his qui gestant ipm caste. Juuat etiā parturientē. fugat fantasmata et inter picula facit hoiem tutum interiorē refrigerat ardorē fluentē com pescit sanguinē et sudorē. luxuriā cohibet et impedit cōceptū. menstrua cōstringit et emorroides si puluerisef datus cum la/ cte vlcera inueterata sanat. sordes ocu/ loꝝ purgat. et visum acuit et ꝯfortat. ma/ leficijs et incātationib; resistit. efficacior est in argēto q̄ in auro. In capite aspi/ dis inuenit lapillus iaspidi similis qui mire credit esse efficacie et vtutis. et ido quidā iaspidē quasi aspidē dictū esse credunt. tot aūt credit habere vtutes quot habet diuersas venulas et colores. vt di/ cit Dyas. In montib; scithie inuenitur optim⁹ et a grifonib; custodit quēadmo/ dum smaragdus. vt dicit Isi.

Capitulum. LIIII

De iacincto

i Acinctus lapis est ceruleus et sa phirei coloris aliquātulum et p pinquus. ex colore suo nomē habens. vt dicit Isido. Lapis iacinctus q̄ dam in ethiopia est inuentus. Optim⁹ est qui nec nimis clarus nec etiam nimium est obscurus vel obtusus. sed ex vtri usq; tpamento mediocriter est reful gēs Isido. Hic nō rutilat equaliter. In ae/ re sereno enī gratus et etiam pspicuus i nubilo corā oculis est marcidus et obtu/ sus. Isido. In os missus sentitur frigi/ dus ad sculpendū est durissimus. nō ta/ men est inuictus. qr ab adamāte scribit et signat. vt dicit Isido. ꝓm Dyas. iacin ctus lapis est. nūc colore ceruleus. nunc subrufus. nūc purpure⁹ siue venetus. Et sunt tres species. nam sunt granati citri ni et veneti. sed inter istos granati. i. bla uij sunt meliores. Iste lapis mirabilis est qui aeri maxime se ꝯformat. vt in nu bilo sit nubilus. et in sereno sit serenus. Istius lapidis est virtus singularis ꝓm autores q̄ cōfert leticiā et ꝯtrariat melā colice qualitati. Confortatiue est virtu tis sicut de eius specieb; dicit. Conforta tiue cuncti virtutis habent. Tristiciāq; fugant. et vanas suspiciones. Resistit eti am diuersis pestilentijs que solent in ae re sepius generari. vigorem etiam dat mēbris. et vegetat vel cōfortat neruos et dulcem ac salutiferū dat saporē vt dicit Dyas. maxime si similis ē saphiro qr ꝓm omnes qui de gemmis tractant tanto in suis effectib; est efficacior quāto plus in colore et substātia saphiro appropinquat et talis iacinctus veneno obuiat et toxi/ co cōtra[illegible] Dyas. Ei etiam quedam assimila[illegible] herba eiusdē nois in colore et in mu[illegible] est ei par q̄uis nō p omnia in valore sicut dicit Isi.

Capitulum LV.

De iride

i Ris est lapis exagonus. i. sexan gulus. vt dicit Isido. qui primo in arabia iuxta mare rubrū est i uentus. nunc aūt in pluribus locis inuenitur sc; in germania et hybernia et in mul tis regionibus aquilonis. Est autem in colore pspicuus cristallo similis. vt di/ cit Isido. et dicitur iris per similitudi/ nem arcus celestis qui pcussus sole sub tecto species et colores arcus celestis in proximos parietes oppositos repsentat vt dicit Isido. easdem creditur habere virtutes quas et berillus. nisi qr tāte nō

inuenitur quātitatis. vt dicit Dyas. In
super hic lapis vt fertur cooperatur partu
rienti vel vt citius pariat vel saltē vt do
lorem partus facilius sustineat ⁊ nō tan
tum de periculo ptimescat.

Capitulum. LVI.

De ienia

Enia est gemma que in oculis
i hiene bestie inuenitur. que si sub
lingua hominis subdita fuerit
ipsum dicunt pdicere plurima iam fu
tura. vt dicit Isido. ⁊ lapid.

Capitulum. LVII

De kame

Amen lapis est in colore nūc al
k bus. nunc subniger. nunc subru
bicundus. nunc varijs coloribus
distinctus. est autem sic dictus a cauma
tis. quod est idem quod incendiū. nam
in locis sulphureis ⁊ calidis inuenitur.
cuius virtus sm Dyas. est curare ydro
pisim. diuersis imaginib' et figuris scul
pitur et politur.

Capitulū. LVIII.

De kabrate

Abrates est lapis transflucidus
k cristallo similis qui creditur da
re eloquentiam honorem ⁊ gra
tiam et defendit a noxijs et venenosis et
curat tumorem epatis et splenis. vt di
cit Dyas.

Capitulum LIX

De kalcophano

Alcophanus ē niger lapillus co
k lore depictus qui gestatus in ore
dicitur clarificare vocem ⁊ defen
dere a raucedine fauces. vt dr in lapid.

Capitulum. LX

De ligurio

Igurius lapis est in colore ele
l ctro similis dictus vt dicit Isi.
a lince bestia. ex cuius vrina in
ter arenulas generatur. virtus eius est
paleas attrahere. valet contra dolorem
stomachi. ⁊ stringit fluxū ventris. valet
ictericis ⁊ discoloratis. quia pditum co
lorem restituit. vt dicit Dyas.

Capitulum. LXI

De liparia

Iparia est gemma de sirticis p
l tibus veniens. cuius proprietas
est q omne genus ferar ad ipsi'
presentiam properat et ipsum intuetur.
vnde venatores feras quas canum cur
su capere nō possunt. solius liparee aspe
ctu ad se ducūt sicut dicit in lapidario.

Capitulum. LXII

De margarita

Argarita omniū gemmarū can
m didarum est pcipua. vt dicit Isi
dorus que inde margarite nomi
ne est vocata. quia in conchulis maris
hoc genus lapidis inuenitur. nascitur i
carne cochlee sicut in piscium cerebro la
pilli aliquādo inueniuntur. gignitur ex
celesti rore quem certo tempore anni co
clee hauriūt. Ex quibus margaritis que
dam vniones nūcupant. habentes aptū
nomen. eo q tantum vnus ⁊ nunq̄ duo
vel plures simul repiuntur. Sunt melio
res autē margarite candide q̄ que fla
uescunt. Illas autē quas iuuentus aut
matutini roris conceptio candidas has
senectus vel vespertinus aer reddit obscu
ras. hucusq̄ Isido. libro. xvi. Inueniū
tur autē quedam pforate naturaliter. et
ille sunt alijs meliores. quedam pforan
tur arte. vt dicit Plat. Sunt autem eli
gende que sunt albe ⁊ clare speculares ⁊
rotunde. Habent autē virtutem confor
tatiuā vel a tota specie vt dicunt quidam
vel quia specialitate quadā asperguntur
membra a superfluis humoribus eo q con
stringendo ⁊ coartādo cōfortant. Valēt
contra cardiacā ⁊ sincopim cordis ⁊ con
tra debilitatē que prouenit ex fluxu me
dicine. valent etiam contra fluxum san
guinis ⁊ fluxū ventris. vt dicit Plat. Di
citur in lapid. q cum margarite generē
tur ex rore quanto rorantis plus fuerit
aeris haustum. tāto maiorem gignit ro
ratio gemmā. nā vltra semiuncē crescere
nulla putat. dicit etiā ibidē q si illo tpe

quo exhaustu roris incipit gēma gene/
rari si superuenerit chorūscatio vel toni/
truus ex subita formidine claudit̄ ɔcha
et sic patitur abortiuū. Ab india aūt et
antiqua britānia nobiliores margarite
transmittūtur. vt dicitur ibidem.

Capitulū. LXIII

De magnete

Agnes lapis est indicus ferru/
m ginei coloris. In india apud tro
goditas inuenitur. ferrū trahit.
adeo enī vt dicit Isi. trahit ferrū vt ca/
thenā faciat annuloꝝ. inde eum vulgus
ferrū viuū appellat. Liquidū etiā vitruꝫ
creditur trahere sicut ferruꝫ. Cui⁹ tanta
vis est. vt dicit Aug⁹. ꝙ siquis eundem
magnetem tenuerit sub vase aureo vel
eneo. ferrūqꝫ desup posuerit ex motu la/
pidis subtus ferrū desup mouebit̄ ꝛ seq̄
tur ibidē. Unde factū est in quodā tem/
plo simulacrū de ferro qđ ꝟtute magne/
tis in aere pendere videtur. Est enī alia
species magnetis in ethiopia que ferrū
respuit ꝛ a se fugat. Idem etiā magnes
aliqñ vno angulo ferrū trahit ꝛ in alio a
se repellit. Qis aūt magnes tāto est me/
lior quāto cerulior. huc⁹ scꝫ Isi. ꝛ Dyas.
vero ꝛ lapiđ. hoc genus lapidis recōcili/
at maritos vxoribꝫ. auget grām ꝛ deco/
rem ī sermone. Itē cū mulsa curat ydro
pisim ꝛ splenē allopiciā ꝛ arsurā. puluis
eius aspsus p quatuor angulos dom⁹ su/
per carbones existentibꝫ in domo videbi
tur subito dom⁹ ruere ex ꝟtigine cerebri
ꝛ cōmotione. Magnes etiā sicut ꝛ ada/
mas capiti caste mulieris suppositus co
git eā subito amplecti virū suū. si adulte
ra fuerit subito a lecto se mouebit timo/
re fantasie. Hoc lapide maxime vtūtur
magi sm plat. lapis magnes calid⁹ est et
siccus in tercio gradu ꝟtutē habet attra
hendi ferrū. mōtes enī sunt ex hmōi la/
pidibꝫ. vnde naues ferro cōpactas attra
hūt ꝛ dissoluūt. vnde p̄cipue valet vul/
neratis puluis eius cōfectus cū aplicon
appositus vulneri. Ferrū ei attrahit. pul
uis etiā magnetis in quātitate duorum
dragmatū cū succo feniculi valet cōtra
ydropisim ꝛ splenem ꝛ allopiciā. vt di/
cit Auicē. attrahit enim fleuma ꝛ me/
lancoliam.

Capitulū. LXIIII

De melonite

Elonites est lapis dictus eo ꝙ
m dulcem ꝛ melleū emittit sucum.
vt dicit Isi. ꝛ est bicolor scꝫ viri
dis in vna pte ꝛ melli similis in alia

Capitulum. LXV

De menophite

Enophitis est lapis a loco egi/
m pti sic dictus geminantis est na
ture. vt dicit Isido. Hic tritus
ac super loca que vrenda sunt vel secan/
da positus vel cum aceto linitus ita fa/
cit obstupescere corpus ꝙ nō sentiat cru
ciatum.

Capitulum LXVI

De mirite

Irites est gemma sic dicta eo ꝙ
m mirre in colore similis est qui cō
pressus spirat odorem sicut nar
dus.

Capitulū LXVII

De medo

Edus est gemma vel lapis p̄cio
m sus in medorum regione reptus
qui quādoqꝫ est viridis coloris
quādoqꝫ nigri. vt dicit Dyas. virtus hu
ius est contra cecitatem oculoruꝫ. sanat
podogrā si cum lacte mulieris masculuꝫ
pturientis tpetur. Simili modo valet
contra dolorē renum ꝛ freneticam passio
nem. si vero lapis niger resoluatur super
cutem ꝛ in aqua calida ꝛ alicui de illa aq̄
ad bibendū intericit vomitu ꝛ stomachi
subuersione. si vero frons inde lauet̄ mi
rabiliter excoriat ꝛ ledit visum ꝛ aufert
omnino. vt dicitur in lapiđ.

Capitulū LXVIII

De merochite

Erochites gēma est viridis sma
m ragdo similis. spissioris tñ ꝛ gros/
sioris ē viroris q̄ꝫ smaragdus vn
et a colore malue nomen accepit. vt di/

cit Isi. et nascit in arabia. Est aūt substā tie valde mollis et tñ valde vtilis. quia sicut di. Dyas. vtute sua custodit infan tiū cunas et a nociuis casibꝫ.

Capitulum LXIX

De marmore

Marmor greco sermone a viridi tate vocat. vt dicit Isi. Sūt au tem marmora. vt dicit idē lapi des eximij qui maculis et coloribꝫ cōmen dant nam marmor genera infinita sūt. nō tamē oīa a rupibꝫ incidunt sed mul ta sub terra sparsa sunt. vt marmor lace demoniū viride et pciosum. similiter et mar mor orphites. qz maculis serpentū simi le est vñ et vocabulū sumpsit. cui⁹ duo sūt genera molle ac candidū nigꝝ et durum. Marmor purpurites ex egipto ē rubeū cādidis interuenientibꝫ pūctis. et vocatur purpurites eo ꝙ rubeat vt purpura. sūt et alia multa genera vt alabastꝝ et pariū de quo infra dicet. Est et aliud gen⁹ scz co ralliticū in asia reptū nō hñs vltra duos cubitos in mēsura. et ē candidū fere sicut ebur. tñ hñs q̄sdā maculas q̄dā croceas e diuerso nigras. Est et thebaicū tinctum aureis guttis inuenit in pte egiptioꝝ. na turalit aptū vt sup illud collitia pterāt. Sūt et alia genera q̄ in officinis rupibusq̄ gignūt vt marmor chorīteū gutte aro matice simillimū. ex quo colūne ingētes fiūt limina atq̄ turres. Est et caristeū vi ride et optimū. nomē hñs ab aspectu eo ꝙ gratū sit his q̄ gēmas sculpūt. hui⁹ enī viriditas reficit oculos. Est et numidicū qd a numidia mittit qd fricatū sucū silem croco reddit vñ et nomē accepit. Sunt et alie multa marmorū diuersitates de q̄bꝫ exēplificat Isi. li. xvi. sed hec ad pñs suffi ciāt. Marmor itaq̄ alijs lapidibꝫ ē solu di⁹ forti⁹ et pulcri⁹ et vtili⁹. in cui⁹ venis di uersaꝝ gēmaꝝ materia inuenit. ꝓpt̄ soli ditatē sui difficillime sculpit et polit. ꝓpt̄ sui frigiditatē et soliditatē ad spēs et vn guēta aromatica custodiēda vtilissimus inuenit. Sup oīa aūt admirari possum⁹ ꝙ marmorei lapides nec calibe nec fer ro nec etiā serra vel malleo p potentiam aliquā edomant. sed p laminā plūbeam asseribꝫ mollissimis interiectā. plūbꝫ est et nō ferro lapides marmorei diuidunt et serrant tanq̄ asseres et equant.

Capitulum. LXX.

De nitro

Nitrum scḋm Dyas. est lapis subal bidus scissilis et pspicuus cui⁹ v tus est dissolutiua attractiua ab stersiua et humoris supflui cōsumptiua. De nitro aūt dicit Isi. li. xvi. ca. ij. nitꝝ a regione nitria egipti est dictū. ex quo medicine fiūt. et sordes corpoꝝ ac vestium abluūtur. hui⁹ natura nō multū a sale di stat. habet enī naturā salis et simuliter ori tur canescētibꝫ siccitate litoribꝫ. cui⁹ spu ma afronitū nūcupat. Et colligit distil lans in partibꝫ asie in spelūcis deinde so lis calore desiccat. et optimū fit qd sic sic catū est minime pōderosum vt di. Isi. scḋm Plat. aūt nitrū est vena terre. et ē calidū et siccū leue rubeū vel albū vel citrinū gu stui ē amaꝝ acidū et subsalsum. pinguedi nē extenuat si ore sit acceptū hūores vi scosos minuit et ꝯsumit puluis ei⁹ in mel le ꝑfect⁹ faciē clarificat et decorat. mūdifi cat saniē stomachi et intestinoꝝ ex apo stemate pcedentē pediculos et saniē capi tis detergit vmes auriū interficit et eoꝝ saniē mūdissime extergit cum aceto spu ma ei⁹ ex corrosionibꝫ et inflationibꝫ sub uenit ydropicis opilatis cū melle mixta caliginē detergit oculoꝝ venenū mortifi cat et excludit. palisim lingue potenter p hibet scḋm Plat. et Dyas. est aūt nitrū ca lidū et siccū in fine dei iij gradus. lapatiuū colatiuū. vt dicit Constan.

Capitulum LXXI

De noset

Noset. i. ora pōdine lapis est pre ciosus subalbidus aut vari⁹ qui vt dicitur in bufonis capite est a quo extrahit et in forti vino et aqua mū dificatur. vt di. Dyas. et in eo aliqñ appa ret forma bufonis cū asperis pedibꝫ et dif fusis. hic lapis valet contra morsus re ptiliū et venenū. Nam pñte veneno vari us lapis tangētis digitum adurit et sunt simul ambo includendi. vt dicit Dyas.

Capitulū. LXXII.

De onichino

O Nichinus lapis ē indicus ⁊ arabicus pmixtum in se habet colorem ad similitudinē humani vnguis vt dicit Isi. greci eni vnguē onicē dicunt. Indicus aūt onix ignis colorē habet. albis cingentibꝫ venis siue zonis. Onix vero arabicus nigri coloris cū cādidis zonis. Genera eius sunt quinqꝫ scilicet sardonix que ex duoꝝ societate nomen sortit scilicet ex candore onicis ⁊ rubore sardij vt patet infra de sardonice hec gēma scilicet onix plures dicit habere effectus noxios. nā vt di. Dyas. collo suspensus vel digito portat' excitat tristiciam ⁊ timores. multiplicat lites. cōmouet alios ad iras. in pueris excitat saliuam supfluā ⁊ nocuā. nō potest nocere in p̄ntia sardij. specularē habet naturā ⁊ politā. ⁊ ideo ad modū speculi repñtat imagines ⁊ figuras sed obscure dyas.

Capitulū LXXIII

De optallio

O Ptallius siue opallus fm Isid. est lapis diuersarū gēmarū coloribꝫ distinctus Est eni i eo carbūculi genus ignis. ametisti fulgēs purpura. smaragdi nitens viriditas. ⁊ singuli colores sub quadā varietate sunt lucētes. nomen habet a patria. Hunc lapidē india sola parit. vt dicit Isido. tot enim creditur habere virtutes quot habet colores. De optallio dicitur in lapid. ꝙ optallius lapis oculos se portantis seruat illesos ⁊ acutos. sed aliorum oculos circūstantiū. obducta nube recondit. vnde quadam acrisia percutit vt nō videāt vel aduertant que fiunt coram eis Et iō asseritur furtis tutissimus esse patron' vt dicitur in lapid.

Capitu. LXXIIII.

De orite

O Rites gemma est nigra ⁊ rotunda. Alia est viridis maculas habens. Tercia est cui' altera pars est aspera. altera vero plana. ⁊ eius substāna est quasi ferri lamia. Hic lapis gestatus custodit a morsibꝫ reptiliū et ferarū et animaliū alioꝝ. Appensus etiam mulieri prohibet impgnari eā. et si pgnans est facit citius abortiri.

Capitulū LXXV.

De petra

P Etra grecum nomen est. ⁊ sonat idem qđ solida siue firma. vt dicit Isi. Ex partibꝫ eni terre solidis ⁊ cōpactis substantia petre siue lapidis generat. Vel petra a penetrando est dicta. penetrat eni pedem qñ fortit' pmit ⁊ calcat. Ab aquaꝝ etiā stillicidijs ⁊ guttis penetrat. Idem aūt est petra ⁊ lapis. sed lapis quasi ledēs pedē dr. qꝛ sue duricie ⁊ acumie pedē ledit. vt di. Isi. Lapis tñ vsualiē plan' mollis ⁊ sparsus. Saxa vero adherēt ⁊ a mōtibꝫ excidunt. Silex vero dr dur' lapis ab eo dict' ꝙ percussus exiliat ignis. vt di. Isi. Quis eni petra ex se sit frigidissima. ferro tñ percussa ex se mittit ignē. nā ex forti ⁊ violenta actus collisione inter superficiē ferri ⁊ lapidis aer illisus subito ignit ⁊ scintillādo de silice egredit. fm arest. in. iiij. metheo. ex sola terra lapis nō fit. vincēs eī in ea siccitas nō pmittit eā coagulari. Fiūt aūt lapides vel p ꝯgelatōes vel p ꝯglutinatōes Ex ꝯmixtōe eī aque ⁊ terre fit lutū qđ inter lapidē ⁊ terrā est mediū. qđ paulatim p ptiū coadunationē ⁊ ꝯstrictionē fit lapis. vñ tali trāsmutatōi apti' ē lutū vnctuosū. qꝛ qđ nō est tale nō est ꝯmutatiuū sed potr' ꝯminutiuū ex dñio siccitat. Terra ḡ p fortē ꝯglutinatōēꝫ ⁊ ꝯmixtionē hūoris ꝯuertit i naturā lapidis q̄ ex diuersitate terre diuersoꝝ coloꝝ recipit q̄litatē. Aliqñ etiā ꝓmūt lapides ex aq̄ ꝯgelatōe. Inueniūt eī quedā loca sup q̄ aq̄ infusa ꝯuertit i lapides diuersoꝝ colorū. ⁊ hoc fit ex q̄dā vi minerali in locis illis existe ꝯgelante aq̄s q̄ sunt principia lapidū. vt di. Arest. Fiūt aūt lapides vl' ex luto vnctuoso vtute solis occulte illō coagulātis. ⁊ p partiū coherentiā in substantiā lapidis ꝯstringētis. vel fiūt lapides ex aq̄ cōgelata q̄dā vtute minerali lapidis forme inductiua fm ipaꝝ materiā

lapidũ efficiunt quidã rare substãtie et debilis cõpositionis ꝛ quidã fortioris. et quidã generãtur tardius quidã citi⁹ qui dam fortius ſm fortiorẽ qualitatũ acti uarũ potentiã ꝛ debiliorẽ resistentiã paſſiuarũ ſm enĩ cõmixtionẽ istarũ qualitatum in substantia lapidis diuersificãtur lapides in natura ꝛ in ꝟtute. ꝟtus enim celestis influẽs ad loca mineralia in eis suas imprimit actiones ꝛ ſm ꝙ inuenit materiã aptiorẽ ꝛ sue actioni obediẽtiorem in eis impſſionẽ relinquit nobiliorem. Et ideo quidã lapides ſpcioſi naturam ꝛ vim planetaꝝ in suis effectib9 imitant vt patet in topazio q̃ motũ lune sentire ꝓbat. vt di. ambro. Basi. Ysi. dyaſ. et alij vt post patebit. Note ergo ꝓprietates lapidis siue ꝑtes sunt iste qꝛ lapis vniuersalit' est frigidus ꝛ siccus cõpact⁹ durus grauis ꝛ põderosus. suo pondere centri ſi petens. terrã cõprimẽs ꝛ eius ꝑtes ne dilatent' ad inuicẽ vniẽs ꝛ cõiungens. vnde dicit Ambro. ꝙ lapides sũt ossa terre qđ enĩ faciũt ossa in corpe. hoc faciũt lapides in diuersis ptib9 ipsi⁹ terre. ipam enĩ ꝯsolidant ꝛ ne ptes eius nimia sficcitate ab inuicẽ defluãt ipsam cõprimũt ꝛ adunãt. lapides ꝑ aquarũ supfusionẽ a sua duricia non remolliunt' ex stillicidijs tñ guttatim descẽdentib9 excauant'. vt dicit Grego. Lapides etiã ſi candẽtes fuerint in vino extincti. vinũ corrumpũt et in acetũ cõuertũt. vt dicit Ysi. In lapidib9 etiã generaliter requiritur materie puritas ꝟtus ꝛ ſpc̃ositas coloris ꝛ figure diuersitas. ꝛ multiplex vtilitas. Nam vtiles sunt in edificijs construendis in plateis sternẽdis. ꝓ pontibus faciẽdis. pro hostib9 expugnãdis. ꝓ lupis ꝛ canib9 effugãdis. pro metallis ex coꝝ substãtia extrahẽdis. ꝑ metallis exornãdis. pro infirmitatib9 varijs ꝑsanãdis. pro turrib9 regum ampliandis. pro castris ꝛ ciuitatib9 muniẽdis. ꝑ feris et hostiolis defendẽdis. Lapides itaq3 primo de minera extrahũt. extracti q̃drant' ꝛ poliũt'. politi i edificio ordiate collocãt'. ordinate maiores sub minorib9 ꝯponũtur mediãte cemẽto ad inuicẽ coaptant' obducunt' cemẽto ꝛ extrinsec⁹ cõplanant'

Capitulum. LXXVI

De pario

p Arius lapis est genus marmoris eximij ꝛ ſpcioſi. vt dicit Ysid. Hic apud paron insulã inuenit'. vnde ꝛ parius nũcupat'. magnitudo eius lances ꝛ crateras nõ excedit. ꝛ est aptus ac vtilis pro ꝯseruãdis speciebꝫ ꝛ vnguẽtis. Ysi. glosa autẽ sup hest. i. dicit ꝙ parium est genus marmoris candidissimi. et ideo signat castitatem ꝛc̃.

Capitu. LXXVII

De prassio

p Rassius est lapis ad modũ porri viridis. visum cõfortat debilem aliquãdo inuenit' cũ guttis sanguineis. quãq3 guttis cãdidis distinctus de quo dicit' in lapida Utile nil affert nisi ꝙ viret ꝛ decet aurum.

Capitu. LXXVIII

De pirite

p Irites vt dicit Ysi. est lapis vul uus aeris simulans qualitatem cui plurimus ignis inest defacili enĩ scintillas emittit qui tenẽtis manũ ſi vehementius ꝑmatur adurit. propter quod ab igne nomen accepit. de quo dicitur in lapid. Tangi vult leuiter blandaq3 manu teneri. Nam pressus nimiũ digitos tangentis adurit.

Capitulũ LXXIX

De pionite

p Ionites ẽ lapis qui dicit' esse femine i sexus. nam certo tpe cõcipit ꝛ parit cõsimilẽ lapidẽ ꝛ confert pregnãtib9. vt dicit Dyaſ.

Capitulũ. LXXX.

De pantero

p Anteron lapis est multoꝝ colorum sparsoꝝ ꝛ pariter distinctoꝝ nam niger ꝛ rubeus viridis pallensq3 videtur. purpure⁹ roseusq3 simul prasiniq3 coloris. Hic facit hominẽ audacem ꝛ inuictũ illo die. quãdo videtur mane oriente sole. vt dicitur in lapi.

Capitulū LXXXI

De plumbo

Plumbū vt dicit Isi. de metallis libro. xvi. est dictū. eo q ex pilis de plumbo factis maris altitudo primit⁹ est temptata. Hui⁹ vt dicit duo sunt genera candidū. s. atq nigrū. candidum aūt melius est. ⁊ primo in insulis athlantici maris antiquitus est inuentum. in multis locis hodie. inuenit enī i gallia ⁊ lusitania quedā terra nigra arenosa ⁊ etiā calculosa. que quidē abluit ⁊ ex materia que subsidet p excoctionez in fornacib plūbi substātie eliquat. In aurifodinis etiā cū materia auri quidā lapilli; nigri repiunt. ⁊ dū aurū colligitur cum auro manēt. sed postea ijdem calculi ab auro sepati p se conflant ⁊ in plumbum albū totaliter resoluūtur. ⁊ inde tāta est grauitas auri ⁊ plumbi. vt di. Isi. Nigrū vero plumbuz duplex est. aut enī ex sua vena prodit aut cū argento nascitur. mixtisq venis cōflatur. ⁊ in illa conflatione primo pcedit stannū. deinde argentū. tercio qd remanet p conflationē efficitur plumbū nigrū. vt dicit Isido. In india vero neq es neq plumbū inuenitur. sed gemmis ⁊ margaritis hec india recōpensat. Isi. Plumbū aūt nigruz in opib laboriosis vt in laminis ⁊ in fistulis vtilius fore tam hyspani q̄ britānia sunt expti. hucusq Isi. Scd̄m Aresto. enī li. meth. iiij. ex sulphure grosso minus depurato ac feculento ⁊ argento uiuo cōponit plūbi substātia. in locis mineralib generat. vnde ex imūdicia sulphuris nō puri quādam cōtrahit humiditatē. ex cui⁹ cōtactu manus tangentis coinqnatur. hec imundicia ad horā p abstersionē aliquantulū a plūbo remoueri potest. sed ex eo auferri nequaq̄. pñt aūt homines imundiciā plūbi abstergere. derūtamē semp erit plumbū. et si videatur argentuz sed obtinebūt in eo qualitates aliene vt errent in eo homines. sunt qui accipiunt sal armoniacū ⁊c. vt dicit aresto. ⁊ hui⁹ immūdicie assignat causaz dicens. Materia plumbi nigri siue argentūuiuū est malū ponderosum luteū. sulphur etiā eius malū mali vaporis ⁊ fetidi. vnde nō bene gelat. in li. v. alchimie hermes dr. Si suspēderis plūbū sup acetum ↄdēnat ipm nam acetū penetrabit ei⁹ substantiā ⁊ in puluerē ↄuertit. ac in colorē albū ceruse ipm trāsmutat. sed si sup ipm acetū fuderis albescit ⁊ destruit vim aceti. plūbū adustū colorē vermiliū obscurū generat s; si fortior fuerit ignis cōuertit in citrinū ⁊ post calcinādo ⁊ desiccando ipm cū aceto in albū colorē cerusse transmutat. Igne vero fortiori adhibito totū hoc cōuertit in materiā primā plūbi ⁊ fit terra. vt dicit ibidē. Itē idē. plūbū quib miscet ptes omogenias cōgregat. ⁊ etherogenias sepat ⁊ mūdificat. ⁊ ideo ponit cū argento in fornace vt argentū facili⁹ mūdificet. qr ptes argenteas a ↄsumptōe pseruat ⁊ ipo plūbo cōsumpto ac cōbusto argentū purgat. Idē di. Hiero. in glo. sup. vi. ca. Iere. ibi consumptū est plūbū ⁊c. Itez dicit hermes q plumbū in sua ebullitione oīm solidorum corpor duriciā soluit etiā adamantis. Itē dicit Aresto. in li. meth. plūbuz inquit liquatū procul dubio est argentū uiuū. sed nō liquat nisi calefiat ⁊ tūc apparent oīa rubea liquefacta. Mirū autē est q plumbū cum liuidi vel subnigri sit coloris tñ p exustionē siue aceti relidationē pulcrū colorem generare cōsueuit vt miniū stibium ⁊ hmōi. Est aūt plumbū ad vsum medicine. est enī frigidū et humidū in secūdo gradu. vt dicit Constan. cōtra vsturā ignis ⁊ apostemata calida valet miro mō. fluxū sanguinis vulnerū bene ↄstringit. reuma oculorū abstergit ⁊ cōpescit. Ictus scorpionū mitigat ⁊ draconū. venerē phibet si plūbi lamina duob lūbis apponatur. alias habet rōnes medicinales d quib quere infra de colorib. c. de stibio. qd alio noīe cerusa. i. flos plumbi noīatur.

Capitu. LXXXII

De puluere.

Puluis dicit eo q a vento pulset. vt dicit Isid. Leuitate enī sua a vento tollit ⁊ dissipat venti ↄtrarij puluerē subintrātes ipm circūagitāt

et turbinē generāt. vt dicit Be. Puluis cōcussus naturā rei a qua resoluit ostendit nunc p odorē nunc p colorē nūc etiā per saporē. ⁊ ideo puluerisant spēs aromatice vt eoꝝ intrinseca ꝟtus se ostēdat vt per partiū cōmixtionē ⁊ vnionē ampliorem ꝟtutē recipiāt. vt odoris sui fragrātiam diffusius circūspergāt. ⁊ gustū suauius afficiāt ⁊ vt vulnera putrida desiccent efficaci⁹ ⁊ abstergāt. vt carnem mortuā corrodāt ⁊ auferāt ⁊ vlterius crescere nō ꝑmittant sicut puluis plūbi exusti purgat vulnera ⁊ desiccat supflua. carnē viuā generat ⁊ cōseruat. vt dicit cōstā. Et ideo ex puluerib⁹ cōficiunt emplastra ⁊ cōponunt thimiamata ⁊ varia efficiunt antidota ⁊ vnguēta. In puluerem resoluūt thus ⁊ mirra ⁊ ex pulueris cremacione deo offerebantur holocausta Ex puluerib⁹ etiā fiunt salutifera electuaria q̄bus infirma corpa sanitati restituūtur. Ex puluerib⁹ insup fiunt inunctōnes ⁊ malagmata quib⁹ mortuoꝝ corpa liniūtur et custodiunt integra ne in cinerem aut puluerē rediganf. pulueris ⁊ humoris admixtione lutū gignit. ⁊ ex supuenienti desiccatione in glebā cōpingitur. vt dicit Isi. ex puluere pes polluit. ocul⁹ leditur. ⁊ multiplex reptile ex puluere pducitur ⁊ de puluere pascitur ac nutrit. Serpenti enī puluis est panis eius vt dicit Isa. lxij. Ex puluere omne corp⁹ aīatum nascitur ⁊ in puluerē a quo incipit reuertitur ⁊ finitur prout homini dictuʒ est. Puluis es ⁊ in puluerē reuerteris ⁊c̄ Ex puluere aer infiatur ⁊ ne claritatem solis oculus videat aliquoticns impeditur. nā ex puluere aeri humido admixto sepe nebula gignitur. ex cui⁹ interpositione latet sol ⁊ limpide nō videtur. Et resolutione etiam pulueris in athomos solis radius per fenestrā intromissus nullatenus intuetur.

Capitu. LXXXIII

De quirin

Quirin vt di. dyas. est lapis qui i vpuparū nidulis inuenitur. Hic secretorum proditor est in somno capiti enī dormientis suppositus facit hominē loqui omnia que somniat dormiendo. et auget mirabiliter fantasias. vnde ⁊ magi diligunt lapidem illum. qꝛ per eum maleficia opantur.

Capi. LXXXIIII.

De quandros

Quandros est lapis colore quidē vilis sed eximie ꝟtutis. vt dicit dyas. Et inuenitur in capite vulturis. valet contra quaslibet causas nociuas. ⁊ vbera lacte replet.

Capitulū LXXXV

De rabri

Rabri qui ⁊ alio nomine ⁊ cōmuni dicitur bolus armenic⁹ est lapis siue vena terre et est nature frigide ⁊ sicce subrufum colorem habēs et inuenitur in armenia. naturam habet constringendi ventrem ⁊ sanguinem vndecūq; fluat.

Capitu. LXXXVI

De rostein siue reilen

Rostein siue reilen ſm Auicen. est lapillus qui inuenitur in capite cancri. ⁊ est aliquādo albus aliquādo vergens in flaucum colorem. Est autē quo ad substantiā mollis parum durior q̄ȝ pupilla oculi piscis quo ad formā vero est exterius rotundus et planus interius vero parum concauus: quo ad virtutem autē est naturaliter frigidus ⁊ humidus. Et valet contra morsus scorpionū ⁊ mustele si cōtritus more emplastri supponatur. Dicitur etiam q̄ valet cōtra morsus canis rabiosi si puluis eius in potu assumatur. Si cōburatur puluis eius mundificat dentes et desiccat vulnera et confert scabiei ⁊ prohibet lacrimas.

Capi. LXXXVII.

De saphiro

Saphirus est gemma cerulea celo sereno in colore simillima optima ē inter gēmas ⁊ sūme pciosa ⁊ regū digitis magis apta. In multis locis inuenit. ſ; orietal' siue indica melior ш

dicatur ⁊ maxime quãdo habet q̃si quos/dam puluere aureos intermixtos. et ē hic saphir⁹ densus nõ plucidus. vt dicit Isi. Hic lapis maxime cõmendat̃ in lapid. ita vt p̱ sui excellẽtia gẽmarũ gẽma vocat̃. nã corp⁹ vegetat ⁊ integra mẽbra ꝯseruat. stellã habet relucentẽ p̱ cui⁹ re/fulgentiã ei⁹ virtus indicat̃. Alia ē spẽs saphiri que sirtites dr̃ que iuxta sirtes i ter arenas maris libici inuenit̃. vt dicit Dyas. Inuenit̃ aũt aliqñ in venis minerarũ vbi lasuriũ etiã inuenit̃ ⁊ in eisdẽ venis saphiri in medio velut in ventre q̃/dam species carbunculi inuenit̃. ⁊ ideo a multis saphir⁹ mater carbunculi credit̃ eo q̱ in eius venis gigni a plurib⁹ phibetur. ⁊ ex natura saphiri carbũculus qua/si quadã fauilla cerulea vt multi asserũt credit̃ aliquãtulũ obumbrari. vt Dyas. dicit. Saphirus itaq̃ s̃m dyas. habet v̄tutẽ discordiũ recõciliatiuã. multũ eñ valet vt dicitur ad pacẽ reformandam. Item habet virtutẽ caloris innaturalis repssiuã. vñ de saphiro dr̃ in lapid. Cor/poris ardorẽ refrigerat interiorẽ. Nã in febrib⁹ multũ caumaticis ⁊ incẽsiuis ref/frigerãdũ prebet saphirus si iuxta venas cordis pulsabiles suspendat̃. Unde dicit dyas. q̱ valet cõtra piodicas febres tempore accessionis. Item virtutẽ habet cõfortatiuã. cordis letificatiuã. ⁊ ideo dicitur valere cõtra cardiacã ⁊ quãlibet pas/sionẽ melancolicã. vnde ⁊ cardiacũ ⁊ dyaforeticũ sudorẽ reprimit ⁊ sudorem sicut scribit̃ in lapid. Sudorẽ stringit nimio torrente fluentẽ ⁊c̃. Item di. dyas. Itẽ habet virtutẽ fluxus sanguinis restricti/uã. Unde ⁊ saphir⁹ orientalis si temporib⁹ apponat̃ solet restringere sanguinẽ de nari/bus p̱fluentẽ. Item v̄tutẽ habet singularẽ tumoris ⁊ inflature sedatiuã. Certũ eñ est q̱ apostematũ reprimit inflaturã si in principio collectõis nociue citius apponat̃. Item valet cõtra antracem. nã virtutem habet malicie ⁊ venenositatis antracis expulsiuã. ei⁹ eñ furiositatẽ reprimit ⁊ expellit ne eius malicia spũs inficiat ipsius fumũ ad cor ascẽdere nõ p̱mittit. vt dicit Dyas. Itẽ vim habet veneno ꝯtrariã ⁊ ipsi⁹ penit⁹ extinctiuã. vnde et si araneã intra pixidẽ posueris ⁊ vnũ saphirũ indicũ siue aliũ supra pixi/dis orificiũ aliquãtulũ diu retinueris aranea eius virtute victa quasi subito morietur. vt dicit Dyas. ⁊ hoc idem vidi sepius et in diuersis ac plurib⁹ experiri. Item habet vim visus ꝯseruatiuã ⁊ sordium oculorũ sine grauamine purgatiuã. vnde scriptũ est. Tollit et oculis sordes de fronte dolorẽ. in lapid. Itẽ habet vim vlcerũ curatiuã. nã vt dicit Dyas. pul/uerisatus ⁊ lacti admixtus vlcera sanat et hoc etiã in vulnerib⁹ est exptũ. Item tante autoritatis fuit lapis iste apud veteres q̱ etiã apud desũ nõ modicũ puta/uerũt valere vnde ⁊ appollini fuit singu/lariter cõsecratus. q2 cũ gentiles pro responsis appollinis sacrificiorũ tpe ꝯsulue/rũt certificari citi⁹ putauerũt si saphirũ tũc in p̱ñtia haberent. vt dicit Dyas. et hoc tangit̃ in lipidario vbi dr̃. Et plus q̃3 reliquas amat hãc ydromãcia gemmas Ut diuina queant p̱ eam responsa mereri ⁊c̃. Item hunc lapidẽ magi singulariť diligunt. q2 s̃m eorũ opinionẽ p̱ ipsi⁹ vir/tutem quedã mirabilia opari p̃nt. ⁊ hoc tangit̃ similiter in lapid. vbi dr̃. Hic la/pis vt phibent educere carcere vinctos Obstrusasq̃ fores ⁊ vincula tacta resoluit. hec ⁊ multa alia de singulari virtute saphiri ab autorib⁹ sunt cõscripta. et in hoc generaliter omnes ꝯsentiũt q̱ saphirus est gẽma amatrix castitatis. et ideo ne ei⁹ effectus p̱ imundiciã portãtis ali/quo modo impediat̃ oportet vt ille qui eã portat caste viuat. iuxta illud. Sed q̃ ge/stat eũ castissim⁹ esse iubet̃. Item dr̃ in lapid. q̱ tollit inuidiã ⁊ expellit timorẽ et facit audacẽ ⁊ victorẽ. firmat i bonis animũ. ⁊ mitẽ facit ⁊ humilẽ ⁊ benignũ que oĩa puto esse dicta dispositiue poti⁹ q̃3 ef/fectiue. sed hec nũc sufficiant.

Capi. LXXXVIII

De smaragdo

Smaragdus s̃m Isi. gẽmarũ oĩm virentiũ obtinet principatũ cui veteres post margaritas ⁊ vnio/nes tribuũt tertiã dignitatẽ Smaragd⁹ a nimia viriditate ē dict⁹. vt di. ibidẽ nã

omne viride amarū dicitur, nullis autē gemmis siue herbis maior inest viriditas q̄z smaragdo. Nam herbas virentes et frondes supat inficiens circa se viriditate nimia aerem repcussum. Isi. nec eius viror in sole aliquo modo obumbratur. sculpentiū oculis nulla gratior refectio est. Cui⁹ corpus si extēsum fuerit ⁊ extersum siue politū ad modum speculi imagines reddit. Quippe cesar nero gladiatorꝫ pugnas in smaragdo aspicere cōsueuit. vt dicit Isi. Genera ei⁹ sunt. xij. sed nobiliores sunt scitici qui scꝫ in gente scitica inueniūtur. scōm locū tenent bactriani. Colligūtur in cōmissuris saxorum flāte aquilone. tūc eni telluri discoopata intmicāt. qꝛ arene mouētur maxime in his ventis. terciū egiptij habent. reliqua in metallis erarijs inueniūt sed viciosi. nam aut eri aut plūbo aut sali similes notas habent. Smaragdi vero qui vino vel oleo sunt puncti. proficiūt in virore q̄uis viriditatis gr̄a naturalit imbuātur. Est etiā quedā species smaragdina que degenerat q̄uis sit viridis. eo q̄ sit turbida ex eris venis ⁊ ē calcesmaragdus nūcupata. huc⁹ſqꝫ Isid. li. xvi. ca. de viridib⁹ gēmis. Hic lapis a grifib⁹ excipitur et eripitur. Et ne possint smaragdi in copia inueniri grifoꝝ īmanitate hoīm accessus impedit. vt dicit Isi. li. xiiij. ca. iij. Habet itaqꝫ virorē sui multiplicatiuū. ex se eni generat radiū quo virore tingit aere circūfusum. Habet ⁊ corpus speculare ⁊ pspicuū obiectaꝝ figurarum ⁊ imaginū ostensiuū. Habet tercio ex nature dono virtutis beneficiū diuersarum infirmitatū curatiuū. Nā ſm dyas. et lapid. hic auget opes ⁊ in causis dat psuasoria verba. collo vero suspensus curat emitriteū ⁊ morbum caducū. visum conseruat debilem ⁊ confortat. lasciuos motus compescit. reddit memoriā. valet etiam contra illusiones ⁊ fantasmata demonū tempestates sedat. sanguinē sistit et dicitur his valere qui solent diuinare de futuris. vt patet in lapid.

Capitu. LXXXIX

De sardio

Sardius est gemma rubei coloris ad modum terre rubee sic dicta eo q̄ in sardis primitus est repta vt dicit Isi. ⁊ glo. sup apoc. Hec gēma q̄uis sit pciosa ⁊ pulcra a multis tamen reputat̄ nouissima inter gēmas. quia vt dicunt pter fulgorē nil ferat vtilitatis. excepto q̄ onix hoc pñte nequit nocere. nam onichin⁹ qui quasdā dr̄ nociuas habere ꝓprietates nō potest eas in psentia sardij pducere ad effectū. dicit tñ dyas. q̄ pter illā virtutē habet sardi⁹ longe plures. Sunt eni spēs ei⁹ quinqꝫ inter q̄s ille est vtilior qui trāsmittit̄ a sardis. ⁊ valet qꝛ accendit gaudiū ⁊ repellit timores audaces reddit ⁊ acuit mentē ⁊ ipo psente nō nocet onix. Dicit etiā q̄ sardi⁹ totaliter sanguinei coloris gestantes se ab incātationib⁹ ⁊ maleficijs tueatur.

Capitulum. XC

De sardonice

Sardonix ex duorum lapidū societate. sardio scilicet ⁊ onice nomen sumpsit. vt dicit Isi. Constat autem ex trib⁹ colorib⁹. nam niger ē in imo. candidus in medio. rubeus quasi minium in supremo hec sola in signādo de cere substantia nil euellit. Inuenitur autem apud arabes et apud indos. Genera eius quinqꝫ sūt qui colores habet plus distinctos ⁊ est densior. hic ē laudabilior. luxuriam repellere dicit̄ ⁊ humilem efficit ac pudicum.

Capitulum. XCI

De sole

Solis gēma candida est ⁊ translucēs. ⁊ est sic dicta eo q̄ ad silitudinē solis in orbe fulgētis radios gerat. vt di. Isi. ca. de candidis gēmis.

Capitulum. XCII.

De silenite

Silenites est lapis psicus vt herba virēs. cui⁹ color iaspidi silis ē. vt dr̄ in lapid. trāslucet aūt candida q̄dā macula q̄si fulgore cōtinēs lune imaginē. Illa aūt cādida macula i corpe silenitis crescēte luna crescit. ⁊ decrescen

te minuit et detersat. vt di. Isi. et Dyas. potens est autem in amorem tecum ciliandum. languentes et ptisicos iuuare putatur.

Capitulum XCIII

De stanno

Stannum vt dicit Isido. est metallum a greca ethimologia sic dictum. separans scz et discernens. mixta enim et adulterata inter se metalla per ignem dissociat. ab auro et argento es et plumbum diuidit ac secernit. alia etiam metalla ab igne defendit. Et cum sit natura eris et ferri durissima si absque stanno fuerit vritur et crematur. Stannum autem illitum vasis eneis compescit virus erugi nis. et saporem facit gratiosiorem. Specula autem ex eo temperantur. cerusa etiam conficitur ex stanno quemadmodum et ex plumbo. Hucusque Isido. libro. xvi. c. de metallis. Secundum aresto. li. metheo. stannum componitur ex argento viuo et bono et sulphure malo et hec duo non sunt bene mixta sed tanque per partua composita. et ideo colorem imitatur argenti. sed non eius soliditatem In libro autem alchimie hermes dicit stannum omnia metalla et corpora frangit quibus admiscetur. et hoc propter nimiam siccitatem eius. et ductilem naturam in eis destruit. Sed si miscueris cum eo argentum viuum. stridorem eius aufert et albescit sed postmodum denigrat ipsam et condemnat. In eodem etiam dicit quod stannum adustum generat colorem minium vel vermiculum sicut plumbum. et si ignis fuerit nimis fortis stanni materia prima redit. Item cum stannum sit argento mollius et plumbo durius non potest plumbum plumbo nec eri nec ferro de facili consolidari sine stanno nec etiam ista pariter consolidantur sine pinguedine aliqua siue sepo.

Capitulum. XCIIII.

De sulphure

Sulphur est vena terre aeritatis multum habens in sua compositione et igneitatis. et ideo vocatur sulphur secundum Isido. quasi sol vrens. vt enim ignis dicitur. nam eius vis ignea ab aquis feruentibus sentitur. nam aqua tum cursus per venas sulphureas transitum faciens ex vi ignea ipsius sulphuris candorem vel calorem contrahit. saporem. efficaciam et odorem. hinc fontes calidi de terre visceribus sepe scaturiunt et qualitates vene sulphuree secum ferunt. nulla enim res ita cito accenditur sicut sulphur. In insulis nascitur colijs inter siciliam et italiam quas ardere dicunt. in alijs locis etiam effossum inuenitur. vt di. Isi. Huius quatuor sunt genera. Unum viuum quod cum foditur translucet atque viret. quo solo inter omnia genera medici vtuntur vt di. Isi. alterum quoque appellant glebam quod tantum familiare sibi est fullonum. tertium cui liquor est cuius vsus est ad lanas vtilis suffundendas quoniam prestat mollitiem et candorem. quartum valet ad licinia lucernarum conficienda. vt di. Isi. Et subdit ibidem. Sulphuris tanta est vis vt morbos comiciales deprehendat nitore suo cuius flama si directe ad vultum hois repercutiat durum et horribilem pallorem in oculis aspicientium generat ad similitudinem defunctorum. vt di. Isi. li. xvi. ca. i. Secundum Auic. do et plat. sulphur calidum est et siccum in quarto gradu et est terra partibus aqueis et terrestribus et igneas transcurrentibus in naturam sulphuris transmutata. et illud sulphur aliquando est grossum feculentum et rude. aliquando est purum album clarum et subtile. aliquando inter hec est mediocre. et secundum istam differentiam ex sulphure et argento viuo diuersa metalla generantur. vt patet in li. metheo. iiij. vbi ostenditur quod sulphur et argentumuiuum sunt materia omnium metallorum. Sulphur autem aliud est viuum scz quale est quando de terra est eductum. Aliud est mortuum vel extinctum. scz quod solet fieri artificiose. s. quod in calamos funditur vel in alia vasa. Eligendum autem est pro medicina viuum colore et resplendens plucidum et sine lapide album vel viride. quod missum in ignem colorem faciat viridem atque pinguem. Uirtutem habet dissoluendi consumendi attrahendi subtiliandi attenuandi reformandi vel recuperandi. Et ideo tussim prohibet. epilenticos iuuat. scabiem purgat. venenis obuiat. letargicos excitat. a. theticos podagricos paraliticos iuuat. si modo debito medicinaliter ipsius remedio quis vtatur. vt di. Auic. et Dyas. et Plat. et alij autores.

Capitulum.xcv.

De sale

Al a saliendo dicit̃ eo ꝙ de igne
6 exiliat.fugit enĩ ignē cū sit igne/
um.vt dicit Isido.Alij sal a so/
le vel a salo vocatū putant.nam ex aquis
marinis sponte gignitur spuma.in extre
mis litoribꝫ derelicta et a sole desiccata.
Aliquādo ex puteis salsis haurit̃ ⁊ aqua
decoquitur donec in salis duriciē aqua
prius fluida per calorē ipsam inspissan/
tem cōuertat.aliquādo de cōtractis are/
nis colligitur crescente luna ꝑ noctē.nā
in cirenica sal sub arenis sepius inuenit̃.
Alicubi etiā rupes ⁊ montes salis inue/
niuntur ex quibus ferro incidūtur lapi
des qui postin salis materiā cōstringunt̃
et cōminuūtur.sicut est in arabia ⁊ ĩ pā
nonia.tante duriciei etiā sunt illi lapi/
des vt ex eis fiant dom⁹.cōmune vero sal
in igne crepitat ⁊ d̄ igne salit.sed sal agri
gentinū sicilie ignem patit̃ ⁊ contra na/
turam salis vulgaris in igne fluit ⁊ de aq̄
exilit.Variatur aūt sal in colore q꞉ mem
phiticū est rufum.⁊ in quadā ꝑte sicilie
vbi est mons ethne sal est purpureum.
In eadem sicilia in pathmo adeo ē splē
didum ⁊ lucidū vt imagines reddere vi
deatur.In capadocia sal croceū effodit̃.
vt dicit Isi.Item variat̃ in sapore.vt di
cit idem.q꞉ alicui suaue alicui salsissimū
est.alicui amarissimū.⁊ quāto est amari
us tanto est calidi⁹ siue calidius iudicat̃.
vt dicit Auic.Sal aūt sūme est necessa/
riū.q꞉ sine sale oīs fere cibꝰ est insipid⁹
et insulsus.pulmētis enĩ saporē dat ⁊ ex
citat ĩ omnib⁹ cibarijs appetitū.ex eo oīs
victus delectatio ⁊ summa hylaritas fit.
Hinc ⁊ solis nomē accepisse credit̃.q꞉ so
le nihil est vtili⁹ atqꝫ sale.Unde videm⁹
pecudes ⁊ armenta ꝙ sale ad pastū maxi
me prouocant̃ ⁊ salis bñficio in lacte ⁊ ĩ
caseo plus abūdant.Sal etiā corpa stri
git ⁊ desiccat ⁊ etiā defuncta corpa a pu/
trescendi labe ligat ⁊ cōseruat.Hucusqꝫ
Isi.li.xvi.ca.ij.Sm̄ Plat.aūt ⁊ Auic.sal
generalit̃ habet virtutē dissoluēdi mū/
dificandi putridos humores ⁊ ꝯsumēdi
Item virtutē habet ventositatē extenuā
di ⁊ diuidendi maxime si puluerisatū et
coctum calidū super stomachi orificium
sacceuletur.Item vim habet humidita/
tis naturalis in corpe coadunādi ⁊ con
seruandi ⁊ innaturalis resoluendi ⁊ ab/
stergendi.⁊ ideo aqua salinatiua tumo/
res ⁊ inflationes etiā ydropicas soluit.
vt dicit idē.Item virtutē habet carnes
putridas corrodēdi ⁊ maxime quādo est
exustū.quia tūc maxime resistit putrefa
ctioni.⁊ maiorē habet vim in desiccando
et in mūdando ⁊ ad interiora penetrādo
vt dicit idem.Item potentiā habet ven
trem remolliēdi ⁊ supflua educēdi ⁊ ma
xime salgēma.qđ sic dicit̃ quia clarū est
sicut gēma.in mordicando enĩ intestina
mirabiliter cooꝑatur vt resoluant̃ indu
rata.⁊ supflua expellant̃.⁊ hoc idem facit
tam armoniacū q̄z cōmune.Item virtu
tem habet sal venenosis humoribꝫ resi/
stendi.⁊ ideo cum melle ⁊ vuispassis a͛s
mica panis sal cōiunctū sanat carbuncu
lum seu antracem.vt dicit Auic.Item
virtutem habet remouendi maculas fa
ciei si cum aqua et camphora distempe/
tur ⁊ inde facies liniatur.Item vim ha/
bet pruriginē ⁊ serpiginē de corpe abster
gendi ⁊ remouendi potissime si cum sapo
ne misceatur.Item virtutē habet sanā/
di venenosos morsus ⁊ pūcturas repti/
lium ⁊ scorpionū si cum melle ⁊ nucib⁹ ⁊
alijs quibusdā cōponatur.vt dicit Aui/
cen.has et multas alias habet virtutes
quas enumerare longum esset.sed exem
pli gratiā hec sufficiant.

Capitulum xcvi

De topazio

Opazius vel topazion indedi/
t nabile gemma est vt ait Isido.
libro.xvi.Est enĩ ex nitente ge/
nere omniqꝫ colore resplendens.Inuē/
ta primo in arabie insula ĩ qua trogodi/
te fame ⁊ tempestate fessi.cum herbarum
radices effoderēt gemmā istā eruerunt
quā insulam tectā nebulis postea naute
quesierunt.⁊ inuenientes topazim tro/
goditarum ydiomate vocauerūt.Inde
lapis sic quesitus ⁊ inuentus est topazi⁹
ab insula vocat⁹.Topazim enĩ idem qđ

querere in ipo℞ lingua sonat. Est autem gemmarū maxima ⁊ amplissima. Scripsit enī plini. hanc gemmā tante magnitudinis reptam vt ex ea philadelph faceret statuā quattuor cubito℞. In glo. vetro sup finē apoc. dr sic. topasius quo ē rarior eo est pciosior. ⁊ habet duos colores ex auro et ethrea claritate lucens maxime qn̄ tangit̄ radio solis. scʒ oim aliarū gemma℞ supans claritatem. in aspectuʒ suū puocans respicientes. quā si polis obscuras si sue nature relinquis clarior ē et nihil eo clarius in thezauris regū siue pciosius inuenit̄. ꝓpter sui pspicuitateʒ gemma℞ sibi obiecta℞ in se recipit claritatem. Dicit̄ etiam ꝙ sentit motū ⁊ cursum lune. et cōtra lunaticā valere passionem. vn̄ dr maiorem vel minorem habere effectū ſm ꝙ luna maius vel minus recipit incrementū. vt dr in lapid. Fluxum sanguinis restringit. et emorroidas patientibus subuenit. feruentes vndas compscit ⁊ bulire eas nō pmittit. vt dicitur in lapi. ſm dyasc. iram sedat et tristiciam. et valet cōtra noxios motus ⁊ cōtra freneſiʒ ac ꝯ mortē subitaneā. formā habet specularē. ydolū ei in eo receptū inuersum in speculo cōcauo repn̄tat.

Capitu. CXVII

De turchoge

Turchogis siue turchois est lapis flauus in albidū coloreʒ vergēs dictus a regione turcho℞ in qua nascit̄. cōseruat visum et cōfortat et hylaritatem generat.

Capitulū XCVIII

De terra sigillata

Terra sigillata dicit̄ specialiter qdam vena terre frigida singulariter et sicca. que dicit̄ ſm plate. terra saracenica siue terra argentea que quidē est sub albida aromatica atqʒ clara. potissima virt' eius est constringere. nam puluis eius cū albugine oui distemparatus fluxum sanguinis de naribus sistit. valet etiam cōtra inflationē pectuʒ ⁊ ꝯ arteticam si sup locum patientē cataplasmetur. vt dr i Plat.

Capi. CXIX

De tartaro

Tartarum est vini feculentia in modū crete vel mollis lapidis circa ptes dolei indurata. cuius natura calida est et sicca in tertio gradu. Valet cōtra scabiem serpiginem et impetiginem cōtra capitis immūdicias. virtutem enī habet extenuandi. cōsumendi mūdificandi et lauandi vtʒ in Plat.

Capitu. C

De vitro

Vitrum vt dicit Auicen. est inter lapides sicut stultus inter homines. declinat enī ad oēm tincturam. Est enī dictū vitrū vt di. Isi. eo ꝙ visui transluceat ꝓpter pspicuitatem et substantie sue transparentiā vitrū lucidū est. in aliqͥs metallis et ceteris venis qcquid intrinsecus cōtinet̄ abscondit̄. in vitro aūt cuiuslibet liquoris spēs qualis ē interius talis exterius declarat̄ et quasi clausis oculis intuentiū notificat̄ vt di. Isi. Fuit aūt primo vitrū inuentum iuxta tholomaidam in litore iuxta belū fluuium qui oritur de radice mōtis carmeli dū naute ibidem applicarent. nam dū naute sup arenam eiusdem amnis ignē de glebis nitri facerent. ex nitro ⁊ arenis lucidis pmixtis noui liquoris riuuli effluxerunt qui vitro. vt di. Isi. originem pbuerunt. mō vero fit vitrū ex cineribꝰ arbo℞ ⁊ herba℞ p fortissimam ignis conflagratiōem quibꝰ cineribꝰ nūc nitrum nūc es nūc vtrūqʒ admiscet̄ ⁊ sic in massam vitream cōmutat̄. Massa auteʒ vitrea cū fuerit in fornace liqͣfacta et pfecte depurata summā ꝯtrahit substantie puritatē ⁊ transpentiā siue pspicuitatē et iō hʒ potentiā cuiuslibet coloris suscepibilē quolibet enī colore tingit̄. ita vt iacinctos smaragdos et alios lapides pciosos in colore et splendore imitet̄ tantā etiā recipit in substātia ductibilitatē vt facillime ad flatū artificis in varias ⁊ contrarias formas ac figuras qͣsi subito transformet̄. aliqū torno terit̄. aliqn̄ argenti modo sculpitur et celat̄ vt di. Isi.

I

ignis

necq̃ enī alia speculis aptior est materia neq̃ picturis accōmodatior inuenit̃. maximus tñ honor est in candido vitro q2 in colore proximus est cristallo vñ ad potandum argenti et auri metalla repellere consueuit. vt di. Isi. Item ibidē dicit idē q2 in genere vitri lapis obsianus numeratur. Est aūt virens interdū et niger. aliqñ etiam transflucidus crassiore visu, vocatur specularis. ex hoc lapide multi gemmas faciūt vt di. Isi. hoc āt h3 proprium omne vitrū cū sit liquefactū q̃diu ē valde liquidū summe est ductile. infrigidatum vo et induratū summe est fragile et facile frangibile et cū fuerit fractū non potest iterata liquefactiōe reparari. Quidā tñ fecerat vitrū flexibile. et malleo reparabile vt refert Isi. vñ et phialā corā tiberio cesare de tali vitro factā in terrā piecit quā non ruptam sed plicatam cū malleo reparauit vel emēdauit. quē iussit cesar decollari. ne dū hoc agnitū fieret aurū pro luto valeret. et omne metallorū pciū vile redderet. q2 reuera si vasa vitrea non frangerent meliora q̃3 aurea putarētur. vt di. Isi. Est ergo vitrū specialiter purum et pspicuū lucis puiū imaginū et vmbrarū repñtatiuū. ductile qñ est liquidū. fragile qñ est frigidū et induratū oīm colorum susceptiuū colore potius q̃3 valore gemmarū nobiliū imitatiuū et immūdiciarū abstersiuū vt di. Auic. puluis eni eius mūdificat dentes. et in oculis delet albugines. conuenit etiam valde lapidi vesice et renū qñ bibit cū vino. vt di. idē Auic.

Capitulū. CI

De ydechite

Dachites est lapis preciosus et colore fuluus. figura rotundus intra se habens aliū lapidē cuius crepitu sonorus est eius tynnitū illū non interiorē lapillū sed spūm quendā interiorem sapiētes dicant vt di. dyasco. hic lapis exudat aquā ita vt videat̃ intra se fontanā scaturgiē continere. vñ q̃dā dicūt hūc esse lapidē q̃ d2 enidros. q̃re. s. eodē

Capitulum. CII

De yerachite

Erachites est lapis q̄ gestat' ab hoīe nō mordet̃ a muscis nec apibus infestatur. vt di. diasc. et creditur valere cōtra venenum.

Capitulū. CIII

De zimiech.

Zimiech est idem qđ lapis lazurij. et est lapis vel vena terre. vñ fit lazuriū. vt d2 in lapi. Est autem lapis iste tanto melior q̃nto colori celesti est similior. et h3 quedā corpuscula q̃si aurea intersetta. ille aūt q̄ est subalbidus plus h3 terrestreitatis. et ideo non ita preciosus. diutissime pōt seruari sine corruptione. valet cōtra multas passiones et cōtra sincopim ex fumis melancolicis. si debito mō detur patienti. Aliq̃3 aūt d3 dari nisi prius subtilissime cōteraf̃ et multotiens abluat̃. et signū est perfecte ablutionis qñ aqua in q̄ abluit̃ parum aut nihil colorat̃. miro aūt mō purgat et soluit q̄rtanā. nec debet dari cū decoctione q2 descēderet vsq̃3 ad fundū sed ante vel post det̃. et hoc cū sero vel aceto vt hētur in plat̃. et sicut ex laminis ferreis fit cerusa sic fit lazuriū ex argēteis cū aceto. lapis aūt lazurij sepe inuenit̃ in mineris argētinis et aurifodinis et in suis venis sepe saphiri et iacincti et cōsiles lapides blauei inueniūtur vt di. dyasco.

Capitulum CIIII

De zingnite

Ingnites lapis est vitrei coloris qui gestatus in collo valet contra nictilopā. et sanguinē stringit et mētē alienatā e3 repellit et si tenet̃ ad lignū accēsū extīguit̃ flāma eius. vt di. dyasc.

Incipit liber XVI

De arboribus et herbis et earū proprietatibus

Postq̃3 adiuuante deo cōpletus est liber vel tractatus de proprietatibus rerū que in terra intrinsecus generāt̃. s. de lapidibus et gēmis ac metallis et alijs

que nascuntur in terre venis. dicendum
est breuiter de arboribus et herbis ⁊ fru-
ctibus ac seminibus q̄ ex eis mediātibus ra
dicibus ꝓcreantur. solūmō a sit de illis ar
boribus ⁊ herbis aliq̄ sunt hic dicēda. de
quoꝝ noībus fit mētio in sacra pagina l te
xtu vel in glo. ⁊ hoc ꝑut poterimus facie-
mus ꝑ ordinem alphabeti.

Capitulum. i

De arbore

Arbor vt di. Isi. li. xvi. c. v. ab ar-
uis nomē sūpsit. eo ꝙ adherere
terre fixis radicibus cōsueuit si
cut herba. vtraq3 enī silia sunt quo ad or
tum q2 ex vno gignitur alteri. nā dū se-
mentem in terrā ieceris q̄si herba prius
pullulat ⁊ erumpit. dehinc cōfecta surgit
in arborē ⁊ qđ infra breue tpis spacium
herba videbatur indurat in arbustā. i. in
arborē nouellā ⁊ tenerā cōualescit. et est
dicta arbusta q̄si arboris hasta. nā arbu-
stū dicitur loc⁹ vbi arbores cōcrescunt ⁊
vbi salices salictū ⁊ carectū vbi carices
vt di. Isi. In libro aūt Arest. de vegeta-
gilibus ponitur iste arboꝝ ⁊ plantaꝝ ꝓ-
prietates dicit enī ꝙ in arboribus ⁊ plant.
est vita. i. vegetabilis v̄tus quēadmodū
in aīalibus sed differēter. q2 in plātis ē oc
culta. in aīalibus manifesta ꝑfecta sc3 et
cōpleta. arbores enī nō mouētur motu
volūtario nec ꝓgressiuo sicaīal. nec mo
uētur fm appetitū ⁊ delectatiō3 ⁊ tristici
am sicut aīalia. quāuis alr senserint ali-
qui philosophi vt anaxag. ⁊ alij quos re
darguit Arest. Uita itaq3 vegetatiua ē
in plātis ꝑ quā fit attractio hūoris ad
ipsius arboris vel plāte nutrimētū vl cō
seruatiōem. sed nullatenus h3 sensitiuā
aīam. vn̄ nō dolet qn̄ inscinditur. nec de
lectatur qn̄ nutritur ⁊ cibatur. nec vigi-
lat nec dormit nec spirat vel expirat. nec
subiacet alijs cōditionibus q̄ sunt ꝓprie sē
sitiue. nec generat arbor nec generatur
ꝑ seminū cōmixtiōem. sed in se h3 vīm se
minalē ꝑ quā h3 ex se ꝓducēdi potentia3
silē sibi ⁊ suā spēm cōseruādi. s3 hāc potē
tiā nō pōt ꝓducere in actū nisi ab extri-
seco adiuuet. s. a tpibus anni. Indiget er
hyeme ad hūoris seminalis aggregati-
onem. Indiget ⁊ vere tempato ad eius-
dem emissionem. q2 tūc nec est vehemēs
frigus cōgelans vel exprimēs nec calor
vehemēter adurens semen ac corrūpens
Indiget etiam sole resoluēte ptes ipius
cōstrictas a ꝑcedēte frigore. vt calor in-
grediens segreget humorē seminariu3
a nutritiuo. Indiget etiā terra plusq3 a-
liud generans. q2 ex terra est materiale
principium sui nutrimenti sicut prin
cipium generationis sue est a sole sicut
a cā efficiēte. et iō vt ait Arest. in lib. de
plātis. Terra est mater ⁊ sol ē pr̄ plāta-
rum. q2 terra nutrit more matris. et sol
efficit more patris. Quidā vero cōside-
rantes in arborib⁹ ⁊ plantis generatiōe3
cibatiōem. augmentatiōem. durationē
et ex radice annuā renouatiōem ⁊ nullā
penitus ꝑ vrinā vel secessum eiectionem
putauerunt pl. it. ī aīali ꝑfectiōre3. Sed
hoc reprobat Arest. dicēs. ꝙ arbor q̄ ē al
ligata terre nō h3 motū ex se. nec ex suo
toto. nec ex suis ptibus. nec h3 formam
determinatā in suis ptibus. ita ꝙ diuer
se ptes determinētur diuersis oꝑationi
bus ꝑ formas diuersas. vt oculus i aīa
li ad videndum et auris ad audiendum
nec habet aīam ꝑfectam imo nō h3 nisi
ptem ptis anime. i. aīam vegetatiuā. s3
aīal habet oꝑationes plures et nobilio
res quā plāta. ideo aīal nobilius est om
ni planta. Diuersificat autē arbor quo
ad subām v̄tutem ⁊ oꝑatiōem. nam vt
di. Arest. li. de vegeta. c. ij. Quedā arbo
res habent gummi ⁊ resinā. cu⁹ rō est q2
humor supabundans a calore totaliter
non digeritur. nec etiā totaliter a regimi
ne nature dimittitur. et iō repellitur ad
exteriora. et ibi a frigido aere circūstā-
te infrigidatur. Itē quedam habēt no
dos q2 illis mediantibus ptes successi
ue generate adinuicem colligātur Item
habet venas. i. rimulas in quibus natura
lis humiditas custoditur ⁊ a terra ad ꝑ
tes singulas deriuatur. Item habet ven
trem. i. medullam in quo fit humoris de
coctio aliquā trāsferatur in subām folio
rum fructuum l ramoꝝ. vt dicit idē. Itē
corticem habet ad interiorem ligni defen
sionem. q2 qđ facit corium vel cutis i co-

ꝑtis aialis superficie. hoc facit cortex i ar
bore. vt di. Ysi. Item habet generaliter
lignũ siue trunci. vt di. Arest. et est dcm
sm Ysi. eo q incensum defacili in lucẽsit
cõuersum vñ ⁊ licnus dicit eo q ꝑ sitib⁹
ꝑstet lumen. Lignum itaqȝ est ps arbor̃
fortior ⁊ solidior ⁊ substãtialior que a ra
dice exiens vsqȝ ad summitatẽ ipius ar
boris se extẽdit. Et habet quedam intri-
seca vt medullam ad quã ẽ recursus na-
ture cũ subtrahitur humor cibalis extri-
secus. sicut in cibatione aialis qñ deficit
nutrimentũ in membris ad sanguinem
existentem in venis cõtinue fit recursus. vt
di. Albu. et exp̃sse Auiceñ. et Constan.
Habet insup quedam extrinsec⁹ sibi an
nexa arbor vt corticem ramos folia flores
fructus ⁊ summitatem. Et ibidem dicit
Arest. corticem habet ad oim interiorum
defensionem ramos ⁊ virgas ad sui dila
tatiõem. folia ad fructuũ nouellor̃ ꝓte-
ctiõem ab extrinsecis corruptelis. fruct⁹
ad sui speciei cõseruatiõem. rotũditatẽ
siue rotundã summitatem habet arbor i
suo cõplemento qñ figuram colũnalem
que vtiqȝ vt di. Albu. et accidit ꝓpter vni
formẽ extẽsionẽ hũor̃ ad ptes laterales
⁊ vniformẽ calor̃ digerentẽ humorẽ i to
ta sui substantia actiõem. Habet adhuc
omnis planta vel arbor radicem. ⁊ in ra-
dice multiplicem nodũ. radicem quippe
loco oris que mediante trahitur humor
ad totam subãm arboris nutriendã. no-
di vero sunt sicut nerui in corpe animal.
qr ꝑ illos nodos ptes adinuicem conti-
nuabiles colligãtur. Item arbores hñt
quasdam ptes supfluas que non sunt p
tes determinate a natura nec sũt neces
sarie ad esse plante et habent esse in arbo
re sicut pili ⁊ vngues in corpe. Et iõ ca-
dunt folia ⁊ fructus ab arboribus scȝ pro
pter subtractiõem humoris sicut cadũt
pili de corpe aialis. et hoc accidit. qr quã
do humor nutrimẽtalis minus est suffi-
ciens subtrahit ipm natura ab hmõi p-
tibus non necessarijs ne deficiat i neces-
sarijs. ⁊ ideo cadunt generaliter ab arbo
ribus tempe hyemali. remanent tamẽ
in aliquibus vt in buxo ⁊ cõsilibus. vel
ꝓpter sufficientiam humoris. vel ꝓpt̃ hu

moris viscositatem ⁊ ligni cõpactionem
et soliditatem. Nam arbores que raram
subãm ⁊ porosam sunt habentes citi⁹ a su
is folijs depauperant̃ et maxime qñ hu
mor nutritiuus liquidus est atqȝ pauc⁹.
Differunt aũt arbores in multitudĩe su
arum ptium ⁊ paucitate. in magnitudi
ne ⁊ puitate. in fortitudine ⁊ debilitate.
Cuius causa est humor qui in aliquibus
magnis arboribus est lacteus. vt in vicu
bus. et humor talis abilis ẽ ad se deferẽ
dum in latum et in longũ. In quibusdã
vero est piceus viscosus ⁊ insufficiẽs ad
extensionem. eo q ptes adherent adinui
cem ad modũ picis. ita est causa puitas
et paucitatis in ptibus arbor̃ ⁊ plantar̃.
talis autem viscositas nõ est causa debi
litatis in plantis et arboribus. nisi fue-
rit diminutus calor insufficiens et imp
fectus. In quibusdam etiam arboribus
est humor acutus calide ⁊ sicce complexi
onis ⁊ hic in quibusdam est cã fortitudi
nis ⁊ vigoris. calidum enĩ est leue ⁊ subti
le ⁊ penetratiuũ ⁊ ideo talis humor se ex
tendit et crescit arbor in magnam quan
titatem. Item in ptibus arbor̃ attendi
tur equalitas ⁊ similitudo. qr equalitas
in qñtitate ⁊ similitudo in figura causat̃
ex abundantia materie cum equalitate
caloris agentis. et oppositum a cã oppo
sita causat̃. Eodem mõ attendit̃ in eis
raritas siue spissitudo qr raritas accidit
ꝓpter insufficiencientiam caloris ad ter
minatiõem humoris. spissitudo autẽ ac
cidit ꝓpter sufficientiam caloris ad ꝯdẽ
sationem humoris et eius terminatio
nem. Item differunt arbores et plante
in modo fructificandi. nam quedam vt
ibidem dicit Arest. ꝓducunt fructũ su
per folia sua. et hoc accidit ꝓpter fortitu
dinem fructus et indigentiã caloris fo-
lis digerentis humoris ipius. quedam
vero sub folijs. et hoc accidit ꝓpter debi
litatem fructus ne ab excellenti calore
vel frigore corrũpatur. et quarundã fru
ctus est suspensus a stipite suo. i. prope
stipitem. et hoc accidit ꝓpter insufficien
tem humorem ⁊ insufficientem calorem
ipm ad extremitates expellere non potẽ
tem. Item omnis arbor generaliter ha

let radicem que est mediatrix inter cor/pus plante et terram aqua cibatur. vn de ꝛ radix vita plāte dicit̃ ſm grecos qꝛ cām vite plantis adducit Item hꝫ ſtipi tem a radice immediate ꝓcedentem et hoc fuit necesse vt dicit Albu. ꝑpter cor/poris plante vel arboris ſuſtentatiõeꝫ vñ aſſimilatur ſtature corporis animal omnia membra corpis ſuſtentantis. vñ eſt ſtabile fundamentum arboris ſuſtinens ramos ꝛ fructus eius. Item in duro ſti/pite habet medullam mollem quā vt di. Areſt. quidam vocant arboris matriceꝫ qꝛ in ipa ſeminarius humor plante nu/tritur. vt fetus in matrice. quidam vero vocant arboris viſcera qꝛ in ipa ſepatur purum ab impuro ſicut fit in aialium in teſtinis. quidam etiam vocant eam cor qꝛ ex ea ꝓcedit motus vite vegetabilis ſi cut vita ſenſibilis ꝓcedit de corde cuiuſ libet aialis. Item corticem habet omnis arbor ad ſuam terminatiõem ꝛ interioꝝ defenſionem ex humore ſubtili extracto ad exterius ꝛ p calorem aeris deſiccato ſi/cut lignū interius ex humore groſſo ſic/co eſſentialiter ꝛ accidētaliter humido p creatur. vt di. Areſt. ꝛ Albu. Item arbo rum ſicut et plantarū quedam ſunt dõe ſtice ꝛ ortenſes. quedam vero ſunt ſilue/ſtres. arbores vero ortēſes ſicut ſunt plā te ſi nõ fuerint culte erunt ſilueſtres. vt dicit Areſt. et harꝫ arboꝝ quedam faciūt fructū ꝛ etiam oleum ꝑpter humoreꝫ vn ctuoſum ꝛ aereū ſufficientem ꝛ quedam non. ꝑpter talis humoris defectū. ꝛ in q̄ buſdam cito folia cadunt ꝑpter humorē rarū non vnctuoſum cito ſiccabilem. ꝛ i quibuſdam non ꝑpter cām contrariam Item ſicut eſt diuerſitas arboꝝ ꝛ plāta/rum in magnitudine ꝛ puitate ſicut ē di uerſitas in pulcritudine ꝛ deformitate. nam eis accidit pulcritudo ꝑpter equa litatem materie ꝛ elegantem ptium or/dinationem ꝛ calorem ſufficienter agē/tem ꝛ extendētem materiam in rectam et debitā nature diſpoſitiõem. deformi/tas vero cauſat̃ ex cõtrario tam in arbori bus q̄ꝫ in plantis. Item differunt in bo nitate fructuū ꝛ multa malignitate. et h accidit ꝑpter maiorem humoris materi alis dulcedinem vel minorem vel ꝑpter caloris magni vel minus correſpondētis materie vel humori materiali debitā p/portionem. Item dicit ibidem Areſto. q̄ arbores et plante ſilueſtres magis fru ctificant q̄ꝫ ortenſes. ꝛ hoc di. Albu. acci dit ꝑpter maiorem abundantiam hũo ris parum vnctuoſi ꝛ nodoſi de facili ce/dentis diuiſioni expulſioni ꝛ in ſubſtan tiam fructus cõuerſioni. nihilominꝰ ta/men fructus ortēſes ſunt meliores ſim/pliciter q̄ꝫ ſilueſtres. vt di. ibidem Arē. cuius rõ eſt vt di. Albu. maioris humo ris vnctuoſi aerei vel dulcis abūdantia que in materia fructuū ortenſiū pfectiꝰ īuenitur. Itē cõſideratur arboꝝ diuer ſitas ſicut plantarū ex lõci diuerſitate i quo creſcūt. nam quedam in locis ari/dis creſcunt ꝛ ſiccis. et ille ſunt minoris q̄ꝫtitatis ꝑpter defectum humoris. que/dam vero in locis humidis fluuialibus ꝛ maritimis ac ſtagnoꝝ. et tales ſolent eē maioris quātitatis. naꝫ ille que creſcūt iuxtā ripas marium ſalſoꝝ non multum creſcūt ꝑpter abundātiam arenarum ꝛ humoris attracti nimiam ſiccitatem. iu/xta tamen mare rubrū fallit hoc. vt dicit Areſto. vbi arbores ſunt magne. et hoc vt di. Albu. ꝑpter abūdantiam humo/ris ꝛ caloris. Iteꝫ attenditur diuerſitas in folioꝝ ꝛ floꝝ variatione. nam quedaꝫ habent folia aſpera ſcꝫ ꝑpter dominium terreſtreitatis ꝛ ſiccitatis. quedā leuia p pter equalitatem aquee humiditatis ꝛ ꝓportionem debitam caliditat̃. folia eti am habent quedaꝫ ſciſſa ꝛ tamen lata vt vitis. quod accidit propter dominium terreſtreitatis et priuationem viſcoſita tis et inequalitatem caloris materiam inequaliter extendentis. qꝛ in talibꝰ hu mor vnctuoſus ꝛ viſcoſus tranſit in ma teriam fructuum. aquoſus vero ꝛ terre/ſtris in materiam tranſit folioꝝ. vt dicit Albu. Item variantur arbores ꝛ plāte in extremitatum ptium ſuarum varia figuratione. nam quarūdam extremita tes ſunt piramidales ꝛ acute. vtꝫ in ſpi/noſis in quibus calor ſubtiliorem humo rem velotius attrahit ad exteriora ꝛ illū deſiccando conuertit in acumen. groſſio/

rem vero partem coniungit cum stipite
ꝛ radice. vt di. Albu. cõtrarie aũt figure
ex causa cõtraria generanť. et hoc idẽ ptꝫ
in fructibus qui vt di. Arest. sunt diuer
soꝝ modoꝝ non enĩ sunt omnes angulo
si. i. figure angularis necꝫ omnes sup re
ctam lineam sunt ꝓtensi. imo quidã sũt
circulares ꝓpter equalem materiã ꝫ hu/
moris ꝛ equalem actiõem ꝟtutis agenť
et caloris ꝑ quem materie ptes equaliť
extendũtur. et a medio vsqꝫ ad circũfe/
rentiam vniformiter ꝓtendunť. Angu/
lares vero ex cã cõtraria simpliciter ori
untur. Item variantur in coloratione
diuersa. nam tam fructus qꝫ flores. tam
rami qꝫ stipites in arboribus variantur
vt di. Arest. Ex humore enĩ frigido ter/
restri melancolico nigrescũt ꝛ vilescunt
ex humido ꝛ frigido albescũt. ex calido ru
bescunt. ꝛ sic de alijs vt di. Albu. sub tali
enĩ dõsa dñantis humoris ꝛ agentis, ca/
loris sbãm digerentis in ꝑdictis om/
nibus sapoꝝ dñe generanť. Item diffe
runt tam arbores qꝫ plante in fructuũ
maturatione. nam quedã ꝫ maturẽscunt
citius vt di. Arest. sicut mora et cesara.
et cõsilia. et hoc accidit ꝓpter sufficiẽtiã
caloris. potentis sup humidũ. maturan
dũ ꝛ digerendũ ꝛ obediẽtiã hũoris acti
oni caloris nullatenus resistentis. que/
dam ꝟo maturos hñt fructus tardius ꝓ
pter grossiciem humoris a quo sũt inobe/
dientis ꝛ insufficiẽtiam caloris digeren
tis. et hoc accidit potissime in arboribꝫ q̃
sunt siluestres. Eadem est rõ quare q̃dã
arbores citius frondescũt ꝛ q̃dam tardiꝰ
cito enĩ emittũt folia ꝓpter abũdãtiã hu
moris aquei indigesti non vnctuosi sed
fluidi ꝛ de facili se extendẽtis ad arboris
siue plante extremitates. ꝛ ex contraria
cã ꝯtrium accidere consueuit.

Capitulum. II

De arbore aromatica

a

rbor aromatica aliquando ha/
bet aromaticitatem in cortice a
liqñ in flore, aliqñ in fructu suo
vt ptꝫ in cynamomo qđ est cortex. et in
mace qđ est flos et in muscato qđ est fru/
ctꝰ. Est aũt cã aromaticitatis vt di. Al/
bu. siccum terreũ subtile cõmixtum sub
tili aqueo et ꝺm eius dñium magꝭ ĩ vna
pte arboris qꝫ in alia est vna pars magꝭ
aromatica qꝫ alia. alia vero arbor est tota
aromatica ꝺm omẽs sui partes vt arbor
balsami cuius singule partes sunt odorꝭ
fragrantiam respirantes. vt post diceť.
Inter aromaticas vero plantas ꝛ arbo/
res quedam grana in quibus est rõ semi/
nalis ꝓcreanť. quedam ꝑ se ex cõpetenti
cõmixtiõe elementoꝝ ꝓducunť. quedã ꝫ
ex radicis vel stipitis plantatiõe multi
plicãtur. quedam per insertionẽ surculi ĩ
trunco esse debitum sortiũtur. vt di. Al/
bu. Inter omnes arboꝝ insertiones ille
sunt magis laudabiles quando filia fili/
bus inserũtur. vt di. Arest. qđ duplici/
ter intelligiť vel in plantis cõsimilis spe/
ciei vt insertio ficus in ficum. vitis in vi/
tem. vel de illis que habent humorẽ pro
portionabilẽ inter surculum ꝛ truncum
cui inseritur. ita qꝫ humor vnius sit apťꝰ
ad alium nutriendũ. sicut quãdo surcu/
lus piri in trunco mali inseritur vel ecõ
uerso. Item notabile est qꝫ surculus, in/
sertus alteri trunco totam virtutẽ trun/
ci in suam ꝟtutem conuertit ꝛ transmu
tat qualitatẽ. si enĩ fiat insertio oliue su
per radicẽ siue truncũ ꝫ bete virtus oliue
descendit in virtutẽ bete ꝛ indurat eam
ꝛ facit eam durare per aliquod tempus.
et tandem humiditatẽ ibi existentẽ ad se
attrahit ꝛ transmutat in suã similitudi/
nem aut conuertit vt dicit Albu. super
finem primi libri. Item dicit idem. nõ
ꝓueniunt de facili ex semine malo plan
te bone. nec ex bono semine vel radice ar
bores male. qꝫuis in animalibus sepius
contrariũ videatur. cuius ratio est. vt di/
cit Albu. qꝫ planta est terre affixa ꝛ vni/
forme recipit a terra nutrimẽtum. Ani/
malia vero non sic propter varietatẽ cõ
plexionis ꝛ etiam ꝓpter contrarietatem
appetitus siue appetibilis voluntatis. et
ideo aliud est in animalibus aliud in ar
boribus. Item in omni genere arboꝝ sic
est qꝫ per culturam debitã siluestres con
uertuntur in ortenses. et ponit Aresto/
ibi exemplũ qꝫ amigdali amari per cultu
ram efficiuntur dulces. Similiter ꝛ ma

la granati acidi mediocres. Dicit etiã
q̄ arbor habens grossum corticē cito fit
sterilis. et hoc accidit vel ꝓpter defectū vn
ctuosi humoris qui est materia fructuū
vel ꝓpter duriciē corticis ꝓhibentis eua
porationem grossi qđ in arbore est nociuū
sed di. ibidem q̄ si scindat̄ radix eius et
illi scissure lapis immutat̄ rursum feci
da fiet. cuius rō est. vt di. albu. q2 ꝑ istā
scissurā fit nociui grossi euaporatio ⁊ ca
loris solis vel aeris circūstantis ītrodu-
ctio cuius v̄tute fiet ipius humoris cor
rupti cōsumptio. Itē dr̄ ibidē amigdala
et malagranata mutant̄ a malicia ꝑcul
turam. nam malagranata a stercore por
cino fimata ⁊ aqua dulci rigata meliorā
tur. cuius rō est vt di. Albu. quia ꝑ cali
ditatem ⁊ siccitatem hui9 fimi sup̄flui-
tas aquosa reprimit̄ in granatis, sed ne
ꝑ excessum caliditatis ⁊ siccitatis fimi ↄ
uertat̄ fructus in amaritudinē. cōpetit
apponere aquā dulcē caloris ⁊ siccitatis
dn̄ium tꝑantem. Sil'r amigdali vt dici
tur ibidē clauis ↄfixe gūmi ꝑ multū tp̄s
emittūt ⁊ aquosam sup̄fluitatē impediē-
tem generationem vnctuosi humoris q̄ ē
materia fructuū. ⁊ ita ꝑ hec a sua malicia
alterant̄. vt di. Albu. Item ibidem arbo
res ⁊ plante siluestres ꝑ artificiū ⁊ cltu
ram fiunt ortenses fructifere ⁊ fertiles.
ad hoc aūt vt siluestris planta fiat fructi
fera vel alteret̄ in bonitatē a malicia mł-
tum cōfert locus ⁊ labor in colendo ⁊ ma
xime tp̄s anni in quo plantat̄ sic ibi di.
Arest. exponit exemplū de boleno. i. iusq̄
amo. q2 qđ est natū in ꝑsia est ꝑniciosuz
sed transmutatū ⁊ transplantatū in egy
ptū ⁊ in hierl'm fit cōmestibile. ⁊ hoc acci
dit vt di. Albu. q2 ꝑ tꝑamentū loci a di
stemꝑantia ad mediū reuocat̄. Item ta
li trāsmutationi, maxime cooꝑat̄ tp̄s. vt
di. Arest. arbores q̄ indigent plantatiōe
plantant̄ p̄les in v̄re. ⁊ hoc ꝓpter tꝑanti
am caloris ⁊ hūiditatis cōfortātiū cali-
ditatē ⁊ humiditatē arboꝝ ⁊ plantarum
In hyeme v̄o pauce ꝓpter sup̄abundan
tiam frigiditatis ⁊ hūiditatis, sed in au
tūno ꝓpter frigiditatē ⁊ siccitatē. pauci
simi v̄o in estate post ortū stelle canicule
et hoc ꝓpter dn̄ium caloris ⁊ siccitat̄ con-
sumentium humiditatem naturale in plā-
ta et p̄cipue in radice. In egypto v̄o sel'
in anno fit plātatio q̄n. s. terre illius sic-
citas tꝑatur ex fluxu nili vt di. Arest. et
Albu. Itē ibidē dr̄ q̄ arbores diuersimo
de ꝑducūt frondes suas. nam q̄dā ex ra
dice quedā ex stipite. quedā iuxta terrā
quedā in ramis ⁊ virgis iuxta summita
tem. quedā in medio. Cā diuersitat̄ hu-
ius in ꝓducēdo est diuersitas hūoris a-
quosi subtilis lenis ⁊ nō vnctuosi q̄ ē ma
teria folioꝝ ⁊ eq̄liter nō abūdat ī oib9. et
oꝑatio caloris est dissil'is in diuersis, et
iō dissil'r ex illo humore ꝓducūt frōdes
sil'r q̄dam fructificant semel in anno ⁊ q̄
dam pluries. ⁊ nō maturant̄ fructus vl
timi sed crudi remanent ⁊ indigesti. q̄a
ꝓpter vicinitatem hyemis calor nō suffi-
cit ad maturandū. semel aūt fructifica-
re ꝑfecte magis est cōsuerū. q2 semel in
anno semen colligunt. et semel sufficit
calor ad extensionem humoris ⁊ ad ex-
tremitates arboris ⁊ ad cōuersionē eius
in subām fructus ⁊ eius cōpletaz matu-
rationem. Item quedam arbores sunt fer
tiles ꝑ multa tp̄a, ꝓpter abūdantiam ca
liditatis ⁊ hūmoris vnctuosi sicut ficus
et quedā vno anno fructificant ⁊ alio re
quiescunt vt oliue. cuius rō est. q2 ī seq̄n
ti anno reficiunt̄ restaurando sibi humo
rem. tantū eni emittūt vno anno ad sub
stantiam fructus q̄ꝫtum requirit secun-
dus annus ad humoris restaurationem
licet multos ꝓducant ramos tp̄e refe-
ctionis. modicū tn̄ tunc tp̄is ꝓducūt fru
ctum. Itē quedā arbores sunt fertiliores
in iuuentute q̄ꝫ senectute. q2 in iuuentu
te plus abundant in calore ⁊ hūore. que
dam v̄o ecōuerso plus fructificant ī se-
nectute q̄ꝫ in iuuētute. cuius rō ē. vt di.
Alber. q̄ in iuuētute plus abūdāt de hu
miditate q̄ꝫ naturalis calor possit dige
rere ⁊ ita fit inobediēs calori. in senectu
te v̄o minorat̄ humor et fit obediēs dige
stioni caloris. et hoc p̄ꝫ in amigdalis et
piris sicut exēplificat ibi Arest. Itē di
cit Arest. q̄ tam arboꝝ q̄ꝫ plantaꝝ silue-
striū, ⁊ ortēsiū diuersitas discernit̄ ꝑ ma
sculos ⁊ feminas. q2 arbor mascula ē spis
sior durior ⁊ densior ⁊ ramosior q̄ꝫ femia.

et siccior et fructus eius breuior ꝛ matu
rior.et folia diuersa ꝛ surculi quoꝝ olm
rō est ꝛ t ꝺi. Albert. q̄ꝛ mascule arbores pl'
abundant in calore et siccitate q̄ȝ femīe
quo ptes mascule vehementer constrin
gantur adinuicem ꝛ faciunt arborez spis
siorem. Intensio enim caloris multipli
cantis humorem et extendentis in plu
res ptes facit ramosiorem. sicut etiā in
tensio siccitatis cōsumentis humorez ef
ficit sicciorem. Soliditas etiam et stru
ctura venarū arboris mascule phibet hu
morem multum emitti ad vnū locū ar
boris siue plante.vt reuertatur in substā
tiam fructus.ꝛ ideo fructum habet breui
orem.folia similiter habet diuersa a fe
mina.q̄ꝛ aspetiora et minora ac strictio
ra ꝑter dominiū siccitatis. similiter et
surculos duriores habet q̄ȝ femina.et h
ꝑter maiorem humiditatem extenden
tem in femina magis q̄ȝ in mascula. Itē
dicit Arest. Q̄ si folia vel puluis folio
rum vel cortex mascule palme. folijs fe
mine componant vt cohereant cito mat
turabunt fructus femine ꝛ phibebunt ca
sum foliorum ꝛ fructus donec completa
fuerit digestio. Et huius ratio est.vt di
cit Albert.q̄ꝛ mascula palma mediāte ae
re, deferente auget calorem femine quo
mediāte excitatur calor eius ad operatio
nem digestionis.quā Arest. pepensiꝫ vo
cat in li.methe. Item dicit Arest.q̄ di
scernitur masculus a femina p pullulati
onem velociorem folioꝝ.prius enī pul
lulat q̄ȝ femina ꝑter calorem fortiorem
et etiam p odorez.q̄ꝛ mascula plus odo
rat q̄ȝ femina ꝑter maiorem subtilitatē
fumi sicci resoluti a mascula ꝛ nō a femīa
Item dicit Arest.q̄ ventus defert odorē
masculi ad feminam ꝛ maturabūtur ci
tius eius fructus simulq̄ȝ coherebūt par
tes scꝫ fructuum femine ad maturatio
nem quādo folia masculi in illa scꝫ in fe
mina sunt apprehensa. Dicit etiā Alber.
q̄ folia mascule palme cōiuncta folijs fe
mine ita adinuicem coherebūt q̄ vix po
terunt sine scissura ab inuicem separari
Item di.ibidē arest. q̄ ficus siluestres
cōferunt ficubus ortensibus q̄n ex oppo
sito cōplantantur.q̄ꝛ siluestres sunt cali

diores et sicciores.et ideo excitant calo
rem ortensium ꝛ confortant. Item humor
siccus siluestris resolutus ꝛ delatus ad ra
dicem ficus ortensis ipm nutrit ꝛ cōfor
tat. Similiter di.ibidē Arest.q̄ balau
stia qui est flos malagranati.sed hic po
nitur p arbore scꝫ malagranata.oliuis ꝯ
ferunt si cum eis plantētur eo q̄ balau
stie abundant in calore cōueniente natu
re oliuarū. Hec de ꝓprietatibus arborū
et plantaꝝ cōtraximus de verbis Arest.
li.i.vegetabilium.ꝛ glo. Alber.qui tran
stulit ꝛ exposuit eundem In li.autē ala
lium.xviij.dicit Aresto.omnes arbores
que fructificant omni anno fiunt segnes
Arbores inquit que nimiū faciūt fructū
cito desiccantur q̄m cibus transit in semē
id est humor nutritiuus qui deberet nu
trire transit in materiam seminalē. Ali
as ꝓprietates notabiles ꝛ insignes tā ar
boꝝ et herbarum q̄ȝ plantarum possum'
elicere ex verbis Arest.et Alber. in li.ij
vegetabilium vbi dicit. Planta hꝫ tres
vires.nam a terra habet fixionem.ab a
qua coadunatiōem.ab igne vero consoli
datiōem et ptium terminatiōem.ex ae
re et igne habet raritatem ꝛ dilatatiōeꝫ
ac extensionem.fructuum completionē
ac maturatiōem. Sine enī calore ꝛ hu
mido aquosum non terminat ꝛ finitur.
vtꝫ ibi in exemplo Aresto. Nam later
non coagulatur nec terminatur i esse la
tericeo sine igne partes aqueas ꝯsumē
te.ꝛ terreas pariter cōiungente. Ex aere
et aqua pariter ꝛ ex igne habet arbor ra
ritatem et porositatem.ex aqua habet au
gmentandi possibilitatem.q̄ꝛ quod om
nino solidum est augeri non potest.vt ibi
dem dicit Aresto.et ideo lignum maxi
mum et ponderosum non habet mergi i
aqua vbi modica particula auri submer
gitur aut lapilli.et hoc accidit q̄ꝛ lignum
est porosum.ꝛ ideo p aeris subintratio
nem intra poros sup aque supficiē ha
bet ferri.ligna vero que sunt vltime soli
ditatis ꝛ cōpactionis sicut hebenus ꝛ cō
silia.in aqua subito petunt fundū.vt di.
Arest.ibidem.ꝛ.iiij.meth. vbi dicit.q̄
ex hebeno nigro expirauit aer.ꝛ ideo sub
mergitur. Porosa autem ꝛ vnctuosa lu

pernatant quia multum habet aereita
tis materiam cōtra aque supficiem ele
uantis. vt patet in folijs ⁊ plumis vl' pē
nis ⁊ omnibus vnctuosis. nam vt dicit
Arest. proprium est aque subāz aereā sub
leuare ⁊ compacta deprimere. et iō rara
et porosa aeris susceptibilia supenatāt.
compacta vero ⁊ compssa inferiora petūt
et ad infima se pfundunt. Item vapores
terrestres ⁊ aquei p calorem coagulati
sunt materia herbaꝝ et plantaꝝ qui per
mixti p calidū igneum ⁊ p vtutem stella
rum recipiūt formas cōpletiuas herbaꝝ
et plantarū. ⁊ hoc quo ad semen ⁊ quoad
fructum. Calor itaqꝫ inclusus in coagu
lato sic humore ad plante nutrimentū
attrahit aquam dulcem. cui etiam coo
peratur extrinsecus calor solis. Actio au
tem caloris exterioris cum ppria calidi
tate naturali digerit naturalem humo
rem in eodem loco et cōuertit in substā
tiam plāte. Unde fm Aresto. terra mon
tuosa q2 est dulcis dulcem ɔ̄tinens hu
morem. ideo in illa citius nascūtur plan
te ⁊ maturant fructus. Naz montes at
trahunt humorem dulcem et subtilez. q̄
bus cooperatur claritas aeris tam in at
trahendo qꝫ in digerendo. ⁊ fit cito ɔuer
sio illius humoris in subām plante. vt
di. Aresto te. Item dicitur ibidem ꝙ qn̄
qꝫ frigus scꝫ aer frigidus fugat calorē ad
interius terre ⁊ aggregantur partes ei'
cum aqueo humido ⁊ p calorem depres
sum a comprimente frigido ad interio
ra decoquitur vapor sic coagulatus et in
substantiam plante cōuertitur ⁊ scindit
locus p intensionez caloris et sic egredi
tur ex eo planta. Item quandoqꝫ aer mi
xtus cum terra ⁊ cum aqua in fundo aq̄
coagulatur ⁊ p actionem caloris termi
nantis ⁊ digerentis illud mixtum cōfu
sum generatur plāta vt ptꝫ in nenuphar
et in alijs herbis minimus que solet cre
scere in aquis ⁊ quarū folia tegūt aquā
et he nascūtur sursum non expanse. tum
ppter subtilitatem aeris et aque dulcis
sursum eleuantis. tum ppter soliditatē
terre radices inferius sustentantis a q̄
planta recipit rigorem radicis et stipit
sustentationem in sua erectione. Item
Aresto. ibidem in locis essentialiter fri
gidis et accidentaliter calidis vt in qui
bus aqua calida fluit mul totiens nascit
planta. q2 calor aque cōtrahit frigidum
humorē ad supficiem terre in locū mixti
onis. vñ ex aere et vapore terreo cū hūo
re aque imbibito p calorem aque ⁊ stella
rum in plante substantiam coagulantur
sed hoc non fit nisi per multum tps vt di
cit Arest. ppter calorem accidentalē nō
cōuenientem generationi talis plante.
Item ibidem di. Aresto. ꝙ plante come
stibiles melius crescunt in locis leuib9
et altis et calidis qꝫ in his cōtrarijs q2
in locis planis et equalibus abūdat hu
miditas et maxime qn̄ dulcedo adest et
aeris temperies. silr in locis bene altis. q2
ibi etiam puritas aeris ⁊ abundātia hu
moris dulcis et hoc ppter spongiositatē
⁊ vaporem dulcē attrahentem. ⁊ iō in mō
tibus frequēter melior ē fertilitas ⁊ me
liores crescūt fruct'. in valle enī diffici
le mouet aer. Uñ ex cōculcatiōe ibi cito
putrescit aer ⁊ vapor grossus. vñ sequit
praua digestio. Hinc ē ꝙ ibi inuenit hu
mor salsus. vt di. Albu. aq̄ enī salsa gra
uior ē qꝫ dulcis vtꝫ in exēplo Arest. ibi
dē vbi dicit. Ouum positū in aq̄ dulci
statim petit fundum. in salsa vo natabit
terrestreitate enī sua ⁊ grossicie poterit
pondus oui sustinere. et iō aqua dulcis
facilius attrahit ad loca alta qꝫ salsa. scꝫ
ppter suā depuratiōem subtilitatē et le
uitatē. Itē Arest. lutū ignitū. i. firmū et
tenax cito pducit plantā vnctuosam p
pter facilē transmutatiōem talis luti in
vnctuositatē. vt di. ibi Albu. Et ad hoc
vt durabilis sit planta opter vt hēat be
ne digestam humorem et vnctuosuz. vñ
ille plante que habent indigestū humo
rem supueniēte frigiditate cito arescūt
vñ et caulis vltra trienniū nō durat. tñ
si ei inseratur ex natura plante insite in
stipite fiet decoctio ⁊ cōuertit in naturā
insite. et durabit diu. Item vt di. Are
sto. planta crescit qnqꝫ ex lapide solido ⁊
duro. naꝫ aer inclusus in lapide nititur
ascēdere sed cū nō inueniat exitū liberū
ppter lapidis soliditatē reflectit ⁊ mouet
ad lapidis ptes et ex sua agitatione ca

lesit. calefactus aūt aer attrahit sursū hu
morē residuū q̄ est in lapide. ⁊ exit vapor
cū hūore illo cū pura resolutiōe ptiū lapi
dis. ⁊ ex illo vapore ⁊ hūore de lapide e-
ducto q̄n̄q3 plāta generat̄ adiutorio ca-
loris solaris ⁊ aerē prius calefactū vigo
rantis ac digerētis hūorē a lapide iam
attractū ⁊ in subām plāte trāsmutantis
s3 nō diu durat plāta talis nisi terra cir-
cūstāte ⁊ dulci aq̄ irrigāte. ⁊ tēpato aere
foueat̄. ⁊ hoc ꝓpt̄ hūoris paucitatē. Itē3
Arest. Plāta si fuerit ꝓpe solē. i. versus ori
entē citi⁹ nascet̄ ⁊ hoc ꝓpter sufficiētia3
caloris. tardi⁹ xo si fuerit ad occidētē ꝓ-
pter caloris elōgatiōem. Itē ibidē dicit
Albu. ex tēperie seruat̄ cuiuslibet plante
incremētū. si enī nimia fuerit hūiditas
opilant̄ vie ⁊ pori p̄ quos deberet nutri-
mentū ascēdere ad arboris extēsionē. eo
dē mō si nimia fuerit siccitas ꝯstringunt̄
pori ⁊ sic plāta nō nutrit̄. Itē Arest. quē
libet plāta q̄ttuor indiget. s. semīe termi
nato ⁊ ī sua specie pfecto maturo ⁊ a pu
trefactōe ꝯseruato. ⁊ ꝯuenienti loco. i. ter
ritorio generatiōi plāte ꝯgruo. ⁊ aq̄ mo
derata hūore. s. tpato. ⁊ aere ꝯsile. s. me-
diocriter tpato qr vt di. Albu. si aer fue
rit nimis calid⁹ calor naturalis euapora
bit aptis poris. si nimis frigid⁹ suffoca-
bit plātā. prima duo sunt necessaria ad
plāte generatiōem. scda duo necessaria
ad ei⁹ nutrimētū ⁊ ꝯseruatiōem. Item
spēs ⁊ plāte medicinales q̄ crescūt ī mō
tib⁹ ad descēdū sunt min⁹ delectabiles et
ad digerēdū fruct⁹ hñt duriores. ⁊ h̄ pro-
pter velocē coagulationē p calorē agētē
in hūiditatē. ⁊ iō tales fruct⁹ nō multū
sunt nutribiles. vt di. Arest. qr vt dr Al
bu. Quāto plāta est magis medicinal̄.
tāto minus nutrit. Itē loca a sole remo
ta nō erūt plantaꝝ multaꝝ sicut nec al al
fecūditatis multe est in talib⁹ locis. vt di
cit Arest. cui⁹ rō est. vt di. Albu. qr illi q̄
sunt directe sub septētrione hñt diē con
tinue p̄ dimidiū annū. p̄ reliquū aūt no-
ctem. ibi ergo raro crescit planta vl̄ ani
mal. in estate enī non potest ꝓpter ꝯti
nuatiōem caliditatis. in hyeme vero nō
potest ꝓpter ꝯtinuatiōem frigoris. ⁊ iō
dicit Aresto. Planta ibi generata nō h3

vires foliū neq3 fructū ꝓpter defectum
caloris agentis in tempe anni. ⁊ ꝓpt̄ sup
fluitatem eius in alio. Item Arest. Plā
ta multarū spinarū multū habet de hūo-
re vnctuoso. et cū se mouerit ille vapor
vnctuosus p̄ calorem ꝓpriū cooperan
te calore stellarum digeritur et conuer-
titur in subām plante que ei inserit̄. vñ
illam digestionem opatur calor vitalis
in planta cū calore extrinseco ꝯpetēte ⁊
crescit plāta insita gracil̄r extensa sursū
Unde ꝓpriū est plante multum spinose
vt in ea fiat insertio plante alterius spe
ciei. et hoc vt di. Albu. qr habet multu3
humore3 attractū ab exteriori calore vn
ctuosum ⁊ ita cōglutinatiōem expulsi-
bilem a calore interiori in plurib⁹ locis.
ita q̄ ps eius supior cui3 expellit̄ est sub-
tilior ⁊ penetrabilior p̄ quam potest ape-
rire multos poros plante ⁊ ipos ingredi
⁊ ipam incorpare ⁊ ꝯsolidare plāte ife-
riori. Ita planta q̄ inseritur plantam si
ue truncum cui inserit̄ transmutat ī sua3
spēm. et non econuerso. cuius ratio est. vt
Albu. di. qr inferior planta mouet supe-
riorem p̄ humorem ⁊ calore3 quē ei trās
mittit. sed supior humorem attractū vl
terius digerit ⁊ decoquit ⁊ in naturā su
am cōuertit ⁊ postea virtutem suam ī in
feriorem transmittit. ⁊ alterat illa3 cui
inserta fuerit ⁊ conuertit eam in sua3 na
turam ⁊ speciem. Item quinq3 sunt speci
es generationis plante. vt dicit Aresto
teles sc3 ex semine ⁊ putredine ⁊ ex hūo
re aque et ex plantatione et ex vnius in
aliam insertione. Item sunt arbores et
plante que ꝓducunt fructum ante folia
vt di. Arest. sicut ille q̄ hñt multū humo
rem vnctuosum materialē ad fructū quē
vt digesserit calor naturalis simul cum
calore solari cito maturabit fructum. et
ille humor vnctuosus abundans ꝓhibet
humorē aquosum materiale3 ad folia ne
ascēdat in folia aut ꝓrumpat añ fructū
in tali planta. Item quedā citius ꝓdu-
cūt folia q̄3 fructū. et hoc ꝓpter defectū ⁊
paucitatē hūoris vnctuosi. ⁊ abundatiō3
humoris aquei materialis ad folia quē
calor solaris citius attrahit ad locū ꝓdu
ctionis folioꝝ q̄3 vnctuosum humorē ad

ꝓductionem fructuum. et ideo tardatur
maturatio vnctuosi humoris materialꝭ
ad fructum. ⁊ fit ꝓcessio folioꝝ. Itē que-
dam simul producunt folia cū fructu vt
ille que habent ꝑdictos humores mul-
tos et ꝓportionabiles ⁊ calorem interio-
rem cum exteriori calore solis in aere e-
qualiter operantē in vtroqꝫ ⁊ vtrūqꝫ scꝫ
aquosum in folia ⁊ vnctuosum in fructꝰ
equaliter expellentē. Item Aresto. An-
tiqui sapientes asserebant fructus ⁊ fo-
lia esse idem. et folia non esse, nisi ꝓpter
fructum nec differre ab inuicem mate-
ria nisi ſm maiorem vel minorē digesti-
onem aquosi et crudi humoris. Hūor
enī aquosus ⁊ subtilis cito attrahitur a
calore solis ⁊ cedit in folia: qui vero ma-
gis est vnctuosus ⁊ digestus cedit ī ma-
teriam ipsius fructus. Item dicit Arest.
ꝙ alique arbores sunt spinose non est de
interiōe nature plante substantiā gene-
rantis. sed accidit ex raritate arboris si-
ue plante per quā attrahitur humor fri-
gidus parū coctus ⁊ exiens per illā arbo-
ris raritatem a calore solis in spinam co-
agulatur. et fit in spina forma pirami-
dalis incipiens iuxta stipitem a grossiori
lato. et in parte anteriori terminatur in
acuto. nam humor subtilis qui ad spinā
est causa materialis elongatur paulatī
a planta ⁊ in longum ⁊ acutū se diffūdit
eodē modo faciunt omnes arbores qua-
rum partes piramidalis sunt figure
Item arbores exterius generaliter sūt
virides. interius albe. pars enī interior
habet materiā appropinquantē ad albe-
dinem. ⁊ pars exterior ad virorē. naꝫ ma-
teria que attrahitur ab interiori ⁊ expel-
litur ad exteriora ī cortice aliquantulū
digeritur ⁊ in virorē transmutatur qꝛ vi-
ror medius est color inter ruboreꝫ qui ꝓ-
uenit ex perfecte caloris actione. ⁊ inter
albedinē que ꝓuenit ex imperfecta. Itē
Arest. Arbores variantur in figura. naꝫ
quedā sursum quedā deorsum. quedam
vero inter hec tenēt mediū. Ille enī in q̄-
rum medulla viget humor subtilis que
mouet ⁊ attrahit calor ad superiora pira-
midantur. ⁊ in formā piramidalē ad mo-
dum flāme. que ascēdit in cōmuni virtu-
te ignea eleuantur. Ille vero in quarū
medulla viget humor grossus et aquo-
sus inferius deprimūtur et angustātur.
Unde ⁊ ille partes sua grauitate inferiꝰ
mouentur ⁊ in grossum in parte infima
coartantur. In quibus vero erit humor
medius. ⁊ inter grossum ⁊ subtile tempe-
ratus. pars ascendet sursum ⁊ erit cā ele-
uationis. ⁊ pars deorsum que est causa ī-
grossationis. Unū ſm maiorē vel minorē
digestionē illiꝰ humoris in radice ⁊ me-
dulla solet magna apparere arbor in figu-
ra. nam necessaria est prima digestio in
radice ad eius incrementū. secūda vero
necessaria est in medulla ꝓpter completi-
onem maturatiōem dilatatiōem ⁊ con-
seruatiōem. Et sufficit ista duplex dige-
stio ad plantarum completionem. ⁊ ter-
tia in solis animalibus reperitur. vt di.
Aresto. et exponit Albu. Item diuersifi-
cantur arbores in folijs ⁊ in ramis secū-
dū multitudinem humoris vel paucita-
tem. et caloris fortitudinem vel remis-
sibilitatem. nam si calor fuerit fortis et
humor multus. multa in exitu erunt fo-
lia atqꝫ rami et econuerso. et ſm rarita-
tem hūoris abilis ad cōsumptiōem ⁊ de-
siccationē. desiccant̄ ipī rami. cadūt folia
remanebit arbor vacua atqꝫ nuda. et in
contrarijs modo contrario se habebunt
Item vt di. Arest. nō solū piramidant̄
spine in arboribus. verū etiā eadeꝫ figu-
re inueniuntur in folijs et in fructibus. qa
si meatus plante primo fuerint ampli ⁊
valde rari in principio humoris. ⁊ pꝰ sic-
citate et frigiditate constringantur. fo-
lia et fructus inferius ingrossabuntur.
et in superioribus gracilabuntur et pi-
ramidantur. et hoc propter attractionē
leuioris partis humoralis ad superiora
vi caloris et repulsum humoris grauio-
ris ad superiora. Contingit tamen tam
folium ꝙ fructum sepius acui in extre-
mitatibus et piramidari. scilicet quan-
do virtute caloris et raritate humoris
superior particula leuigatur. ⁊ parte īfe-
riore calida etiā existente humor in me-
dio distendit̄. et sic substātia fructꝰ vl fo-
lij ī medio dilatat̄. et vtraqꝫ extremitas
ꝓpter communiū ignee ꝟtutis in cōmuni

q̃ à imõ ducit̃ ⁊ subtilia fit ⁊ sic l piramidẽ transformatur. Item ibidem dicit Are. q̄ arbores et plante quedam faciunt flo res ex humore subtili ⁊ puro existente i medulla. non tamen p̄ omnia terminata nec digesta fm vltimam fructus cõple tionem. disposita tñ ad fructus p̄ductio nem quedam autem arbores ꝑpter nimi am humoris viscositatem nõ habent flo res. q2 ille humor non potest subtiliari et ꝑpter suam vnctuositatem in subtilita tem floridam dilatari. vt3 in ficu q̄ non habet flores ex causa iam dicta quedam etiam non habent flores ꝑpter humo ris liquiditatem. q2 non potest in floris subãm coagulari vt3 in palma ⁊ filito vt dicit Arest. et fm diuersitatem mate rie in qua diuersimode agit calor. diuer si colores in floribus tã herbarũ q̄3 arbo rum generantur. sed ista ꝑsequi non est p̄sentis negocij. et iõ de eis ad p̄ns pro pter rediũ fore arbitror quiescendũ. Ta men alias supaddit Arest. ꝓprietates i fine. ij. li. quas non reputo cõtemnẽdas Dicit eni circa finem. Planta inq̄t h̄ns grossium corticẽ multũ extendit in altitu d.nc. hoc ꝑpter extensionem humoris et impulsum caloris. Nam grossitudo corticis hum; orem recipiens. nõ sinit il lum defluere. nec etiam ꝑpter suam den sitatem p̄mittit calorem p̄ poros euapo rare. ex qua necesse habet se diffundere ⁊ dilatare. vt3 in pino in palma et in con similibus. vt di. Aresto. Item ibidẽ Ar bores habentes lacteum humorem ma gnam habent vnctuositatem ⁊ calorem fortem in radice. et ideo resoluũtur h̄uo res vsq3 ad exteriora arboris ⁊ generant gumi aliquando liquidi. aliquando ex exteriori aere frigido coagulante in mo dum lapidis vel conchule indurate ⁊ hoc accidit aliquando ex frigiditate cõstrin gente. aliquãdo ex caliditate liquidiores partes educente ⁊ consumente ⁊ grossio res compingente. sicut ibidem di. Alu redus. Item ibidem. Arbores quedam alterantur scdm tempis alterationẽ3 q̄ in estate virescunt. in hyeme pallescũt. et tamen folia sua non perdũt nec proij ciunt. fortem enim habent calorem icor

poratum. et ideo calor fugit ad interiora arboris et etiam foliorũ. a facie frigidi ae ris hyemalis. et ideo exteriora pallida ⁊ glauca fiunt. tamen non cadunt folia ꝑpter viscositatem humoris et intensã fortitudinem caloris. Item ibidem. Ar bores facientes fructum in principio fa ciunt fructus amaros quãdo sc3 nouiter sunt plantate. ⁊ in earum fructu tunc do minatur amaritudo vel ponticitas sapor sc3 accedens ad amaritudinem. Cuius causa est. quoniam prima digestio acida est ⁊ pontica propter humoris attracti grossiciem ⁊ terrestreitatem ⁊ propter caloris digerentis paucitatem ⁊ debili tatem. ⁊ ideo generatio talium fructuũ3 est preter dulcedinem. q2 ipsorũ humor crudus remanet ⁊ indigestus. sed postq̄ fortato calore ⁊ augmentato humore de purato. calor digerens humorem ipm̄ efficit sapidum atq3 dulcem. quia vt ibi subdit Arestoteles etia3 amarum in ig nem missum dulcescit. et hoc accidit scd3 Albu. propter illam quam recipit a vir tute ignis digerentis imutatiõe3. Ite3 ibidem. In locis acidis frigidis sc3 atq3 siccis aliq̄n producitur fructus dulces. q2 calor innatus intra acetosum h̄uore3 inclusus per calorem solis adiutus dige rit illam acetositatem ⁊ cõuertit in dul corem. ⁊ erit fructus dulcis. q̄uis acida sint folia ⁊ etiam extremitates in quibꝰ non est tanta digestio ⁊ caloris operatio quemadmodum est in fructu. Contingit tamen aliquando q̄ propter superueniẽ tem nimiam adustionem ille fruct⁹ pri mus factus dulcis conuertitur in ama ritudinem propter superfluum calorem et humoris residui paucitatem. Itẽ ibi de3. In locis temperatis ⁊ terris ante di es vernales fructus celeri⁹ maturescũt propter caloris sufficientiam ⁊ aeris ex terioris dispositionem temperatam. Itẽ ibidem quedam sunt arbores que primo faciunt fructus dulces. deinde pontici ef ficiuntur ⁊ amari. sicut arbores mirabo lanorũ. cuius cã est vt ibidẽ dicit̃ q̄ arbor talis habet fructus magne raritatis ⁊ i hora digestiõis cũ sint meatus magni ⁊ ampli sequit̃ calor sufficiens humorem

materialem ad fructũ et maturabit fru
ctum. ⁊ iõ hmõi fructus in digestionis
principio erit dulcis. sed postq̃ calor exi
stens in meatib9 cõsumentib9 humores
inducit siccitatem. q̄r ɔstringit meat9 et
poros ita ꝙ nec calor nec hũor potest ad
locũ fructus ꝑuenire. mutantq̃ frigidi-
tas ⁊ siccitas calorem ⁊ humorẽ. ꝓpt' qð
alteratur fructus in ponticitatẽ eo ꝙ ꝓ-
hibetur oĩs ascẽsus siue accessus calidi-
tatis innati ⁊ humoris ꝑ cõstrictiõez in
ductam a siccitate. ⁊ sic erit frigitas vin-
cens in fructu ꝓpter defectũ caloris. ⁊ e-
rit fortis ponticitatis ꝓpter victoriã fri-
giditatis ⁊ siccitatis. Sed tandẽ calor
innatus eleuať ad locũ fructus ⁊ vigora
tur ꝑ calorem solis ꝓpter qð vincit iterũ
frigiditatem ⁊ inducit intẽsam calidita
tem ⁊ siccitatem. ⁊ sic erit fructus amar9
In arboribus plãtãdis pariter ⁊ serendis
etas lune maxime cõsiderãda est. nam q̃
plantanť in plenilunio recto vel in recto
nouilonio minus cõualescũt. ⁊ si conua-
luerint fructũ facient vermiculosum. et
fructus tũc plãtate arboris citi9 putre-
scunt. Silr̃ ⁊ arbores q̃ tũc de terra ꝑscin
dunť minus durãt. ⁊ citius vermibus cor
rodũtur. sicut di. Cõstan. rõez q̃re supra
li. viij. de effectibus lune. Itẽ inter arbo
rem ⁊ eius fructũ est quoddã retinaculũ
quo fructus adheret arbori. sicut fetus ꝑ
vmblicũ adheret matrici vt di. Constã.
et illud retinaculũ primo est debile ⁊ la-
xum ⁊ attracto hũori adhuc vicinũ. ⁊ iõ
fruct9 tũc de facili excutiť si fortioris vẽ-
ti impulsu tũc tp̄is arbor moueať. sȝ post
paulatim calore humorem induratẽ for
tius adheret ⁊ fructus ita de facili nõ tũc
cadit. sed in fine fructu maturato ⁊ ad de
bitam q̃titatem ꝑducto arescit illud re
tinaculũ vel putrescit. ⁊ iõ fructus de faci
li moueneť tũc ad casum. Et q̃to arbor ꝓ
fundius figit ad radicez. tanto attrahit
plus humoris. et si fructifera est pl9 abũ
dat in folijs fructibus ⁊ ramis. Item ar
bor supfluis abscisis melius fructiferat.
nam transit humor in fructum qui9 tran
siret in nutrimentũ supfluoꝝ. Hec ð na
tura et ꝓprietate arboꝝ in generali dicta
nunc sufficiant.

Capitulum. III

De amigdalo

a Migdalus est arbor mature flo
rens. ⁊ diciť hec amigdalus pro
arbore. ⁊ hoc amigdaluȝ ꝑ fructu
Unde quidam ait. Sunt matura mora
pyra. ficus. amigdala mora. Tamen hec
amigdala le. inuenitur ꝑ fructu in sacra
pagina. Nume. xvij. Sacra eñi scriptu-
ra vt di. Hiero. non vult se semꝑ subij-
cere grãmatice legi. nec vult illius arte
regi. Isi. autem li. xvij. sic dicit. amigda-
la grecum est que latine nux longa vo-
catur. Hanc nucidam multi vocant qua
si minorem nucem. de qua virgilius. Cum
se nux plurima siluis induit i flores. Cũ-
ctis enĩ arboribus prior floribus sẽ con
uestit. et ad poma inferenda arbusta se-
quentia ꝑuenit. Huc usq̃ Isido. de ami
gdalis dicit Aresto. in li. de plantis. ꝙ i-
digent cultura ⁊ maxime quãdo sunt an
tique. vñ si clauis ꝑforẽtur emittent qð
dam gũmi. et depurabitur humor in me
dulla qui materia est ipsius fructus. ⁊ iõ
plus fructificãt amigdali bene culte qñ
sunt antique q̃ȝ nouelle. Duplicem au
tem fructum fert amigdalus scȝ dulcem
et amarum vt diciť in Plate. et dulcia
amigdala vtilia sunt ad cibuȝ. amara ve
ro ad medicinã. sunt enim calida ⁊ sicca
De dulci amigdalo di. dyasco. ꝙ si recẽs
cum suo folliculo comedať ꝓdest stoma-
cho. sed caput grauat. caliginem nutrit.
ventrẽ accẽdit. somnũ facit. ebrietati re
sistit. Itẽ di ibidẽ ꝙ si vulpes comedat
amigdala moriet̃. Sepe enĩ qð medicina-
le est homini venenosum et mortiferum
est alteri animali. et ecõuerso. Itẽ idez
Fere tota arbor amigdaloꝝ amaroꝝ ẽ me
dicinalis. nam radix eius elixata siue co
cta. et trita maculas vultus tollit ⁊ pur
gat. fronti linita dolorez capitis mitigat
vulnera putrida mixto melle mũdificat
atq̃ȝ sanat. cortex etiã ⁊ folia sunt mũdi-
ficatiua exterminatiua ⁊ sanatiua. oleũ
ãt ð amigdal' extractũ vermes ⁊ lũbricos ventre
necat. mẽstrua ꝓuocat ⁊ purgat. ꝯ sur
ditatẽ efficaciť iuuat ⁊ auriũ saniẽ mũdat
⁊ desiccat si tepidũ auri istilleť vt di. dy.

Item flores ei⁹ decocti in oleo caducos
et letargicos excitāt. cū melle triti mor/
sibus caninis obuiāt. vlcera sanant. gū
mi qđ de amigdalis exudat mixtū potiōi
sanguinē reijciētes iuuat. et sic pz q̧ pa
rum vel nihil est in amigdalo qđ nō con
ueniat medicinis. vt di. dyasco.

Capitulum. IIII

De abiete

A Bies nomen est arboris sic dc̄e
a ab eūdo eo q̧ p̄ ceteris arboribꝫ
longe abeat ꝛ in altū alti⁹ se ex/
tendat. Cuius natura est vt di. Isi. lib.
xvij. q̧ est expers terreni humoris. ꝛ idō
abilis est atq̧ leuis. Ex abiete aūt dicū
tur abiegna ligna vel alia que de abiete
cōponunt̄. Et abietari⁹ dr̄ q̄ aliq̄ de abie
te opatur. vt di. Isi. ſm Arest. aūt abi
es est arbor in altū se extendens pluri/
mū hn̄s raritatis in substātia ꝛ subtilis
humiditatis. ꝛ idō calor eius naturalis a
solis calore fortificat̄. et illā humidita/
tem de facili eleuat ꝛ p sursum mittit. ꝛ
sic ipam in arboris subām ꝯuertēs arbo/
rem altam facit. est etiā arbor mire recti
tudinis parū vel nihil hn̄s tortuositatis
et hoc ꝓpter virtutē caloris ꝛ eq̄litatē hu
moris opationi caliditatis obedictem ꝛ
idō directe sursum sine aliqua tortuosita
te eleuat̄. Quis enī abies generet̄ ex hu
more leui ꝛ subtili. illius tn̄ humoris su
pfluitatem reijcit natura ad eius supfi/
ciem scꝫ inter lignū et corticem et ibidē
a calore exteriori inuiscat̄ et in naturā
resine cuiusdam odorifere transmutatur
ꝓpter eandē etiā viscositatem vnctuosā
ligno abiegno incorpatā abies igni ap
posita facilime inflamat̄. Varijs insuper
edificioꝝ structuris abies accōmodatur
et maxime ꝓpter suam rectā altitudinē
et formam piramidalem edificatiōi na
uium vtiliter adaptatur.

Capitulum. V

De aloa

A Loa arbor est aromatica que in
a india generat̄. vt di. papi. Et ē
arbor odoris suauissimi atq̧ fra
grantissimi cuius pticula vice tymiama
tis altaribus adolebat. vnde nomen ex/
traxisse dicit̄. De ligno aūt aloes dicit̄
in Plat. Aloes est lignū calidū ꝛ siccum
qđ recipit̄ in magno flumine babilonie
cui cōiungit̄ tigris fluuius padisi. Vn̄ a
pluribus credit̄ q̧ p̄dictū lignū inter pa
disi arbores oriat̄ et casu aliquo vel ipul
su de padiso ad flumē indie deducat̄. ha
bitantes aūt iuxta fluuiū missis retibus
in flumē lignū itercipiūt ꝛ reseruāt vsui
medicine. multū enī est medicinale. Li
gnū aūt aloe est triplex. vt di. Cōstā. in
li. graduū. primū est valde ponderosū et
qđ est nodosum ē valde aromaticū. et est
subamari saporis ꝛ subnigri coloris et
subrufi ꝛ cōtritioni dentiū nō oīno resi/
stens. Dicit̄ etiā q̧ cū masticat̄ statim o
dor aromaticus videt̄ attingere cerebꝝ
et quoddāmō replere. Scd̄m genus est
minus ponderosū nec adeo aromaticū
nec amarū. Tertiū genus est subalbidū
valde leue nec est alicui⁹ saporis ꝛ parui
odoris nisi sit aliūde coaptatū. Sophi/
sticatur aūt lignū aloes cū quodā ligno
sibi simili in ponderositate ꝛ nodositate ꝛ mo
dica aromaticitate et a quibusdā lignū
aloes siluestris nūcupat̄. hoc lignū cōfri/
catur cū psilio vt color immutet̄. addita
supfluitate aurū vt fiat aliq̄ntulū ama
rum ꝛ subrufum. ꝛ ponit̄ in decoctiōe op
timi aloes cū musco vt fiat valde aroma
ticū. ꝛ sic fit vt vix ab optimo discernat̄.
cognoscit̄ tn̄ q2 durissimū ē ꝛ masticati/
oni dentiū oīno resistit ꝛ dū masticat̄ sa/
por amarus interius nō sentitur. Lignū
aloes stomachū ꝯfortat. digestionē pcu
rat ꝛ debilitatē cordis ac cerebri cōfortat
et singulariter cōtra sincopim ꝛ cardiacā
maxime passiōem iuuat. nā ꝯ oēs cordis
passiones ꝛ debilitates ex frigiditate ꝓ
uenietes valet vinū decoctionis aloes.
sed q2 vinū inde fit amarū modicū appo
natur ꝛ p delicatis cū aq̄ rosacea vinū tē
petur. ꝛ tale vinū poterit diu reseruari.
q2 a ligno mltū imutatur. ei⁹ fum⁹ p na/
res recept⁹ infrigidatū cerebrū calefac̄
et debilitatū cōfortat. Et vt laudes ei⁹
cōcludam in oībus corpis debilitatibus
subuenit et adiuuat si quis modo debito
vti sciat. Dicitq̧ Plate.

Capitū VI

De aloe

Loe etiam dicif cuiusdaȝ herbe
c succus que herba aloen appellaf
hec herba in india et psia ⁊ locis
aliis plurimis repitur. cuius succus ex/
primif et ad ignē decoquif. et post soli ex
ponif et exiccaf vt di. Plate. Aloe etiaȝ
tria sunt genera. s. citrinū epaticū et ca/
ballinū vt di. Plate. Et differūt iste tres
spēs in bonitate. nam bonū est caballinū
melius est epaticū. sed optimū est citri/
nū. ⁊ discernunf ex colore citrino ⁊ rufo
⁊ p̄cipue cū frangitur puluis apparet ac
si esset puluis croci ⁊ est eius substantia
clara maxime qñ cōfringif p minuta fru
stra. ⁊ qđ frangif ex eo minꝰ est fetidū et
minus amarū. Epaticū, do aloe assilaf e
pati in colore. calorem enī habet epati/
cum. i. nigrū ⁊ foramina q̄dā velut ora ve
narꝫ. obscurꝫ etiā habet substantiā ⁊ ñ cla
ram ⁊ est amarꝰ q̄ȝ est citrinū. Caballi/
nū aūt aloe nigrū est ⁊ obscurū ⁊ feculen
tam habet substantiam ⁊ amarissimū sa/
porem ⁊ horribilissimū odorē. Sophisti/
carꝫ aūt caballinū ita vt videaf epaticū
vel citrinū cū puluere croci ⁊ aceto si de/
cies in illo intingaf ⁊ desiccef. et tūc īno/
uatur eius color ⁊ odor vt citrinū vel e/
paticū videaf. discernif tñ qꝛ cū frangif
et digitis cōfricaf. statim fetidissimum
sentitur ⁊ amarissimū inuenitur qđ nō
est in epatico ⁊ citrino. omne aūt aloe q̄ȝ
to de sua natura est minus amarꝫ est ⁊ mi
nus fetidū est magis laudabile. Aloe āt
q̄ȝuis ex natura sit amarū. tñ multiplici
ter est vtile ⁊ salutiferū. nam flegma co/
leram ⁊ malancoliam mundificat atq̄ȝ
purgat. mēbra neruosa cōfortat. stoma
chū a viscosis humoribus ⁊ nociuis eua
cuat. caput a dolore releuat. qm̄ fumosi/
tas stomachi caput grauat. visum clari/
ficat. splenem et epar deopilat. mēstrua
puocat. in corpe discolorato bonū colo/
rem generat. ab ydrope corpus p̄seruat
et in principio curat. puluis eius cū mel
le datus lūbricos. i. vermes ventris ne/
cat. fluxum capillorū p̄hibet. et a casu p̄
seruat. artheticos iuuat. pruriginē ocu/
lorꝫ placat. membrorꝫ genitalium vlcera
sanat. putredinem oris ⁊ gingiuarū mū
dat. recentia vulnera sanat. consolidat ⁊
mundificat et desiccat. amarum est ori.
sed dulce stomacho. stomachū enim īfri
gidatum ⁊ debilitatū cōfortat et digesti
onem adiuuat ⁊ pcurat. hec oīa de dyasc.
et Plate. et Auicen. excerpta sunt

Capitulū. VII.

De arundine.

Rundo est media inter herbam
a et arborem. herba quidem robu
stior ⁊ durior sed arbore est fragi
lior. exterius plana ⁊ interius vacua et
caua. nodosa. leuis. in paludibus enutri
ta. ventis cedens. de facili manū ledēs. d̄
arundine dicit. Isi. li. xvi. Arundo ē di/
cta eo q̄ cito arescat. in indicis autē sta/
gnis crescūt arundines ex quarū radice
exp̄ssum suauissimum succum bibūt vn
de et varro dicit Indica nō magna ī ar
bore crescat arundo. Illius ⁊ lentis p̄mi
tur radicibus humor. dulcia cui neque/
unt succo contendere mella.

Capi. octauum

De amomo

Momum vt dicit Isido. libro
a xvij. est vocatum eo q̄ habet o/
dorem veluti cynamomum. na/
scitur in siria ⁊ armenia. cuius frutex bo
trosum semen reddit sibi cōnexum hñs
florem albū similem viole et folia simi/
lia brione odore etiam suo p̄bono som/
nos suauificat. Amomū est herba odori
fera vt dicit dyasco. et est coloris subru
fi folia habens cōiuncta et semina copi
osa habens ad modum viole florem al
bum. Est amomi triplex spēs quoddaȝ
enim est armenicum. et illud ceteris est
nobilius. fului quidā coloris. sed odoris
optimi et virtutis maximi ac valoris.
Aliud est qđ crescit ī locis hūidis ⁊ aquo
sis ⁊ ē lene tactu. saporē exprimēs atq̄ȝ ge
rens. Tertium vocatur ponticum rufuȝ
nō longū. Est autem eligendū qđ ē recēs
⁊ albū. semle plenū sup̄ virgas purpureas
expansum maxie odoriferū ⁊ pōderosum
qđ masticū quodā acumie mordꝫ līguaȝ

Unde habens colorem non variũ nõ diuersum vt dicit Auicen. et Diasco. Bñ amomũ habet ſm eoſdem autores vtutem calefaciendi et etiam deſiccandi. ictib⁹ ſcorpionũ occurrẽdi. ſua decoctione in aqua oculos fouendi et a ſuis dolori bus releuandi. habet vtutem dolores viſcerũ ſedandi. et ventoſitatem extenuandi at ⁊ mẽſtrua ꝓuocandi. cui⁹ elixatura ſiue decoctio ſumpta habet vtutem freneticis ſubueniẽdi. epaticos adiuuandi et etiam podagricis ſuccurrendi. in oibꝫ ſiquidem nobilibus antidotis et receptionibus et medicinis ſolet amomũ ſepius adhiberi. cꝫuis loco ipius multi aliam herbam amonidem ſcꝫ ei quidem in colore ſimilem. ſed in odore et vtute penitus diſparem apponere ſunt conſueti vt dicit Auicenna.

Capitulum. IX

De aneto

a Anetum eſt herba cuius ſemẽ cõſimili noĩe eſt vocatũ. cui⁹ ſemẽ primo cõuenit medicine. radix ſecundario. ſed tertio ipa herba cuius ſemen poteſt ſeruari p trienniũ in magna efficacia. vt dicit Diaſc. Melius tamẽ eſt vt ſingulis annis renouet. cuius radix adhuc viridis alicui⁹ eſt valoris ſed deſiccata nullius. vt dicit idem. Hꝫ vtutem diureticã calidã ſcꝫ et aptiuã et cõpactoꝝ diuiſiuam. ventoſitatis ⁊ inflationis extenuatiuã et torſionis ventris ⁊ viſcerũ mitigatiuã. Item virtutẽ habet calculi cõfractiuã. menſtruoꝝ ꝓuocatiuam. et meatuũ vrinaliũ apertiuã. ſingult⁹ ex plenitudine amputatiuã. ſomni ꝓuocatiuam duarũ collectionũ i corpore reſolutiuam ſi coctũ cũ oleo p eplaſtri modũ apoſtemati apponat. Itẽ flos eius cũ vino coctus dolorem capitis auffert ſi inde caput fomẽtet. Itẽ cinis e⁹ vulue ſtillanti appoſitus ipam reprimit et deſiccat. Item decoctũ anetũ cũ oleo rigorem neruoꝝ laxat multis etiã alijs ſubuenit paſſionibus ſicut idem dicit.

Capitulum. X

De aniſo

a Aniſum eaſdem habet virtutes quas ⁊ anetũ ſed ſaporem habet dulciorem. et eius ſemen ẽ magis minutũ ⁊ rotundũ. et a multis vocatur dulcimũ alias duletiniũ. vt dicitur in Plat. Uirtutem habet diſſoluẽdi conſumendi et ventoſitatem deſtruendi. digeſtionem cõfortandi. oppilatiões splenis et epatis apiendi. cõfringendi calculum ꝓuocandi menſtrua et omnes meatus interiores apiendi et emendandi. Et iõ cꝫuis ſit in cꝫtitate ſemen minu ꝑtiſſimũ. eſt tamen multum vtile in vtute et plurimũ ſalutiferum.

Capitulum. XI

De allio

a Allium ab olendo eſt dictũ eo q̃ olcat vt di. Iſi. li. xvi. Cui⁹ odor eſt tam fortis q̃ omẽs alios reprimit et ſupat fetores. et iõ p loca corrupta neceſſario tranſituri ſiue putrida purgaturi fortiſſimis ſe muniſit alliatis ſm Diaſco. Alliũ multas habet vtutes et tam bonas q̃ malas ꝓprietates. q̃ ex diuerſis cõponit vtutibus vt di. idem. Uentrem ſiquidem et ſtomachũ turbat et ſiccat. ſitiꝫ amouet ⁊ corpi appoſitũ corpus vlcerat ⁊ vulnerat et ſi nimis a colericis ſumat in vſum. corpus inflãmat et deſiccat. lepram generat. maniã ⁊ freneſim excitat. viſum ledit ⁊ hebetat. et iõ colericis natura nocet. nam colerã ru‑beam cito generat et aduſtam multiplicat ⁊ augmentat. flegmaticis ⁊ frigidis multũ cõfert Eſt aũt duplex eius genus ſcꝫ domeſticũ ⁊ ſilueſtre qð ſcordeõ a medicis nũcupat. cuius flos debet recolligi ⁊ in medicinis apponi vel admiſceri. nõ eni opatur cũ impetu ſicut ſolet domeſticum opari. Allij aũt domeſtici capitibus maxime vtunt. in cuius natura multiplex efficacia repitur. Nam pͥcipue habet vtutem diſſoluendi et cõſumẽdi expellẽdi venenũ ⁊ omne venenoſum. Unde nõ ſine cauſa vocat ab antiquis autoribus tyriaca ruſticoꝝ. vt di. dyaſc. maxie aũt valet cõtra morſum ⁊ venenũ canis rabidi. ſi cũ ſale et nucibus interius accipiat addita herba ruta. hec eni quatuor

adinuicem conterantur. et ad quantita
tem magne nucis patienti sepius offe-
rantur. et hoc cum vino. eadem etiam cō
fectio sup morsum canis rabidi exteri⁹
apponatur. vulnus eni sanat ⁊ venenū
attrahit ⁊ cōsumit. ⁊ a piculo liberat ac
pseruat ita efficaciter sicut tyriaca. Itē
allium virtutem habet apiendi diuidē-
di et incidendi humores grossos ⁊ cōsu
mendi ⁊ ita valet calculosis ⁊ stranguiri
am patientib⁹. i. difficultatem vrinādi.
menstrua etiam puocat ⁊ emēdat vētrē.
lūbricos ⁊ alios vermes in ventre interfi
cit si cū pipere ⁊ succo mēte ⁊ aceto ad mo
dum salse offerat. dolorem ilio⁊ ⁊ lūbo⁊ū
alliū mitigat. si mūdatum ac tritū ⁊ cū
oleo coctū sup doloris locū ad modum
emplastri apponatur. Valet etiā ꝯ mor-
pheam. i. lepram cutis si locus in quo est
morphea scarificat⁹ ⁊ post cū allio trito fri
cetur ⁊ cathaplasmet⁹. Contra serpētum
morsus valet si tritū cum laurino oleo
apponatur. vt di. Dyasc. Item idropicis
pdest q² humorem intercutaneū consu
mit et desiccat ⁊ tumorem sedat. grādia ⁊
cruenta vulnera ⁊ sordida purgat ⁊ con-
glutinat ⁊ sanat si puluis allij combusti
supponatur. Coctum etiam allium cum
aqua fontana ⁊ omnem dolorem loci et
tumorem tollit. cauendū tn̄ est ne conti
nue in cibis assumat⁹ qd̄ multū noceret
oculis Vn̄ v̄sus. Allia vina venus pul-
uis ventus faba fumus. Ista nocēt ocul⁹
sed vigilare magis. Scd̄m Arest. aūt li.
de plātis. alliū habet similitudinē cum
lilio. cōmunicat cū illo in dispositiōe ca-
pitis ⁊ tunicellis. ⁊ habet v̄tutem semen
tinam in tunicellis radicis sue. ⁊ in gra/
nis suis natis in summitate haste sue. ⁊
ideo cepula allij posita in terram pducit
plantam similiter ⁊ semen. ⁊ habet tuni-
cas multas ⁊ folia piramidalia et hastā
cauernosam ⁊ porosam. Allium etiam si
cut ⁊ liliū primū facit semen n̄ stipitis sui
⁊ in tenui folliculo in grana coniungit
cepa vero non cōiungit grana sua. sꝫ in
pediculis siue pedibus puulis nutrit ea ⁊
emittit. Facit allium radices capillares
sicut lilium ⁊ sicut crocus ⁊ hmōi. Sꝫ in
hoc differunt radices allij a lilio q² non
ramificantur in allio sicut ramificātur i
lilio. ⁊ sicut allium renouat folia ita re-
nouat radices. et semel tantum emittit
semen scꝫ in scd̄o anno postq̄ȝ seminatur
ideo habet alliū tunicas plures ⁊ ramo
sas vt ille tunice sint cibus ⁊ nutrimen/
tum secūdis radicibus ⁊ secūdis folijs ⁊
stipiti eius quapropter crescētib⁹ secū-
dis folijs ⁊ stipite attenuāt⁹ ⁊ euanescūt
tunice eius in terra. Et simile huius in
cepis inuenitur. In hoc aūt alliū differt
a cepa. q² quelibet allij tunica carnosa si
plantetur crescit ex ea planta sicut et li-
lium qd̄ de tunica sua plantata in terrā
emittit plantam. et hoc accidit q² in suis
tunicellis est virtus seminatiua sicut in
carnosis ptibus allio⁊ non sic aūt fit ex
cepa. n̄ ei ex q̄libet eius pte plantata cre
scit planta. sed de toto capite cepa plan-
tata emittit plantam q² v̄tus seminati
ua non est in q̄libet parte cepe sed in to/
to. In hoc etiam differt alliū a lilio qm̄
eius ptes carnose qn̄ plantantur emit/
tunt gramina sua ⁊ foliū p medium car
nis sue sed tunicelle lilij emittūt ab vno
latere sui iuxta ⁊ non a medio. Huc vsqꝫ
Arest. li. de plan. s̄m nouā translatiōem

Capitulum. XII

De absinthio.

a Bsinthium est herba acerrima
calida ⁊ sicca vehementer stipti-
ca et amara. vt di. Dyasc. Cui⁹
duo sunt genera. vnū est ponticū habēs
colorem viridem. ⁊ saporem ponticū et a
marū. aliud est subalbidū ⁊ minus ama
rum. ⁊ minoris effectus q̄ȝ primū. in fi-
ne veris colligitur in vmbra desiccat⁹ per
annum in magna efficacia cōseruat⁹ Di
citur autem contrarias habere virtutes
sicut plat. di. scꝫ relaxatiuam ⁊ constri/
ctiuam. constrictiua inest ei ex grossicie
substātie ⁊ pōticitate. laxatiua īest ex ca
liditate ⁊ amaritudine. vnde qn̄ recipit⁹
interius si inuenit materiam cōpactam
pter ponticitatem sue substantie ⁊ gros
siciem reddit materiam cōpactiorem. ⁊
sic est causa maioris constrictionis. ma-
teria vero existente habili et digesta cali
ditate dissoluit eam ⁊ ponticitate sua cō

primente expellit eam syropus de absin/
thio factus epati subuenit et stomachū
confortat appetitum inuitat, ebrietati
obuiat et repugnat. ycteriam curat et co/
lorem euulsum alterat et immutat succ'.
eius cū puluere costi splenem deopilat
dolorem stomachi et intestinorum ex vento
sitate puenientem dissoluit et mitigat.
succus eius auribus instillatus humidi
tates ab eis distillantes desiccat cū felle
thauri tritum absinthiū et auribus inie/
ctum dissoluit sonitū et auditū roborat et
emendat dolorem capitis ex fumositate
stomachi pcedētem succus eius sedat. li
uorem et dolorem ex pcussione cū pulue
re cimini et melle amputat si p modum
emplastri apponatur. Lūbricos et vermes
aurium succus eius necat si instilletur. suc
cus eius potatus visum clarificat. et ocu/
lis impositus ruborem et pannū curat. si
sepius infundantur libros et pannos a vermi
bus et muribus tutos seruat si cū eis in
cistula reponatur. vt di. Macro. Itē morsi
bus migalis et draconis obuiat et sanat si
bibatur. Item eius decoctio ventositatē
ventris et inflatiōem sedat cū portatur vt
di. Dyasco. Preter has virtutes quasdā
habet cōditiōes et pprietates minus lau
dabiles. nā saporis amaritudine et pōti
citate inficit et cōstrictat gustū. odoris hor
ribilitate ledit. olfactū in amaritudinem
redigit lac et vinū et omne dulce cui ad/
mixtū fuerit seu adiunctū. et iō apes que
frequētant flores absinthij faciūt mel a
marū. vt di. Dyasc. de absinthio di: Pli
nius li. xvij. Nō est inquit dandū febri
citanti. nauseas nauibus arcet si fuerit
prius potatū. somnū puocat dormienti
clam sub capite positū. capillos denigrat
qñ inungūtur vngēto facto de eius suc/
et oleo rosaceo.

Capitulum XIII.

De apio

a Pium est cōmunis herba oībus
fere nota ex eo sic vocata. vt di.
Ysi. li. xvij. q apicis. i. capitē tri
umphantiū quondā fuit ornamentum.
Hercules enī primo hanc herbam capi
ti circūposuit. cuius radices efficacit' pu
gnant cōtra insidias veneni. vt di. Ysi.
cuius multe sunt spēs. vt di. idem. I. pe/
trosum sic dictū eo q apio est simillimū
in folijs. silenū enī grece apiū dr. crescit
aūt in locis petrosis mōtibusqz pruptis
et iō latini petrosiliū petrapiū vocāt. vt
di. Ysi. Sunt et alie maneries apij. vt di
cit dyasco. s. apium ranarū. apiū risus. et
apium emorroidarū. Apium ranarū dr
qz in locis aquosis vbi rane sunt sepius
inuenitur qđ decoctū cum vino et oleo et vē
tri ac renibus cataplasmatū eorum dolori
mirifice opitulatur. apium risus dr ab
effectu q purgat melancolicū humorem
ex cuius supabundantia fit tristitia. Di
cit autem q interius receptum in magna
qtitate hoīem ridendo interficit et occidit
valet cōtra calculum et stranguiriā et ad
menstrua puocanda si decoctum fuerit i
aqua vel vino et inde inferiora fomentē/
tur. Apium emorroidarū est dictū eo q
eius puluis vel cinis suppositus fluxū sā
guinis desiccat. Apiū cōmune splenis et
epatis opilatiōem apit calculū frangit
ycteritiā solut. ydropicis subuenit fre
neticis cōuenit si eius succo et oleo rosa
ceo mixtū cū aceto caput sepius inūgatur
radix eius et semen morsibus venenatis
succurrit et veneno resistit. vt di. Dyasc.
Epilenticis autem nocet omne apiū qz
dissoluit et mouet omnē materiā ad su/
periora. nocet etiam pueris illa enī etas
pter humiditatis multitudinē et virtu
debilitatem et membrorum et meatuū stricti
tudinem parata est ad morbum caducum
et ideo lactantes nutrices abstineāt ab
apio ne puer epilenticus efficiatur. vt dic
Dyasco. et Plat.

Capitulum XIIII

De aristologia

a Ristologia est herba multū me/
dicinalis qzuis amara. Cuius
due sunt species scz longa et ro/
tunda. et vtraqz calida est et sicca et est ra
dix magis medicinalis qz folia. In au/
tumno debet colligi et seruatur per bienni
um. virtutem habet dissoluendi et expel/
lendi venenum et cōsumendi. bonum an/
helitum facit. splenem durum emollit

et eius opilationes aperit. ventris dolorem ⁊ lateris amputat ac sedat. podagricis ac caducis subuenit ⁊ cōtractis. ꝯtra morsos venenosos cōfert puluis eius cū succo mente. puluis eius carnem mortuam leuiter corrodit in fistula et l. plaga fetum mortuū de vtero expellit. radix ei' si cum vino decoquatur. hactenus dyasc. de aristologia di. Pli. ⁊ Ysi. li. xvij. ꝙ mulieribus fetis optima sit. nam potata cū pipere ⁊ vino sordiciem ꝑturientiū mūdificat ⁊ matricem expurgat et mēstrua ꝓuocat atqꝫ purgat.

Capitulum XV

De agno casto

a Gnus castus dicit' quedam herba calida et sicca cuius virtus est vt di. Pli. conseruare in hoībus castitatem. vñ et mulieres romane illi' herbe frutices secū deferre cōsueuerūt in mortuoꝝ exequijs. q̄n ꝓpter honestatem publicam oportuit necessario cōtinentiā obseruare. Hec herba sm̄ dyasc. et plat. semꝑ viret et eius flos potissime agnus castus nūcupatur. qꝛ odore ⁊ vsu reddit hoīes castos sicut agnos sm̄ dyasc. ⁊ plate. Dicit' aperiendo poros ⁊ spūs euaporando. ⁊ humiditatem seminalē cōsumēdo inducere castitatē. dicit etiā idē autor qꝛ eius decoctio valet cōtra leucofleugmaticam. i. frigidam idropisim siue albā si cū semine feniculi ⁊ modica esula decoquatur. Item ibidem. Fomentū decoctionis agni casti matricis exiccat supfluitates. ⁊ ipius orificiū coangulat. menstrua aūt ꝓuocat ⁊ litargiam sanat atqꝫ soluit si cū apio ⁊ saluia decoquat' in salsa aqua. ⁊ inde posterior pars capitis fortiter abluat'. vt di. dyasco.

Capitulum XVI

De artemesia

a Rtemesia est mater herbaꝝ dc̄a que quōdā fuit a gentilib' dyane que grece dr̄ artemis ꝯsecrata vt di. Ysi. li. xvij. Est aūt herba calida et sicca cuius radices ⁊ folia cōpetūt medicine. Ualet aūt maxime cōtra sterilitatem que ex cā humida pcreat'. In causis aūt calidis ⁊ siccis nō valet. vt di. dyasco. Menstrua ꝓuocat. matricem mundificat ⁊ cōfortat. dolores capitis decocta in vino vel in aqua mitigat ⁊ sedat secūdinas et fetus mortuos euacuat. calculos renū ⁊ vesice frangit. demonia sm̄ Pli. fugat. ⁊ malis medicamentis obuiat. trita cū arimbia dolorem pedū ex itinere mitigat. Cuius sunt spēs plēs quatuum ꝟtutes dr̄ dyanā adinuenisse ⁊ mortalibus tradidisse. vt di. Pli. ⁊ Dyasc. alias eius ꝟtutes refert Auicen.

Capitulum XVII

De auena.

a Uena est herba cuius semen est hoim ⁊ equoꝝ vsibus aptū. que sm̄ Ysi. est sic dicta. eo ꝙ postqꝫ seminatur cito adueniat atqꝫ crescat. habet aūt sm̄ Plat. vires leuiter relaxātes et cōtra omnem tumorem facientes et duricias relaxantes ⁊ faciei immundicias depurantes. vt dr̄ in Plat.

Capitulū XVIII

De balsamo

b Alsamū vt di. Ysid. li. xvij. Est arbor siue frutex nunqꝫ crescens vltra altitudinem duoꝝ cubitorum. ⁊ est viti silis. folijs aūt similis rute. sed albioribus semperqꝫ manentibus cuius arbor dr̄ balsamū. lignum xylobalsamum. fructus siue semen carpobalsamum. succus opobalsamum nuncupatur. eo ꝙ ferreis vngulis cortex ligni ꝑcutitur ⁊ ꝑ corticis vulnera quasi ꝑ cauernas gutte opobalsami eximij effluūt et distillant. cauerna enim greco sermone opo dicit'. cuius guttas adulterant admixto ciprio oleo siue melle. sed cognoscitur sophisticatum cum melle si gutta lacti instillata fuerit coagulata. cū oleo vero si aque admixta facile fuerit resoluta. qꝛ vt oleum enatat sup aquā. Si vero nō fuerit sophisticatū statim in aqua recenti petit fundum. vestem mūdā quā tangit non maculat neqꝫ polluit. Balsama aūt si pura fuerint tantam vim hn̄t vt si sol excāduerit sustineri in māu nō possit. Huiusqꝫ Ysi. pli. aūt li. xij. ca. xvij

arbor balsamum balsamum, semen ... succus, opobalsamum

sic dicit. omnibus odoribus pfertur balsamū. vni terrar scz iudee ɔcessum quondam nec inueniebatur nisi in duobo regijs ortis. quor maior .xx. iugerū erat sz post dñantibus romanis vinea balsami p multos colles ppagata est. viti quippe similior est q̄z mirto. mō vinear sicut et vitis implet colles. sine āminiculis aūt eius rami se sustentant p cerior eni altitudo eius inter binos cubitos subsistit cauēdum est aūt ne cū ferro ad iteriora ligni ledatur. z iō cauendū est ne vltra corticem violetur. qz leso ligno interiori totū perit. Est aūt arbor totaliter medicinalis cuius pcipua z prima gratia ē in succo. scd'a in semine. tertia in cortice minima est in ligno. ex his est optimum qđ est odoriferū z semine maximū z ponderosissimum mordens gustū z feruens in ore z colore rufum. Hucusqz Plini. li. xij. ca. xvij. Dyasc. aūt di. q quedam est spēs balsami q̄ crescit circa babiloniam vbi sunt septem fontes. si aūt aliū in locum transferat' nec flores nec fructus facit. In tpe estiuo leniter incidunt' rami eius cū cultello osseo vel alio nō nimis acuto ne lignū intrinsecus ledat'. qz tunc periret sub cortice aūt inciso ponuntur vitree ampulle. in quibus gutte stillātes colligūtur. si vero vna gutta ponat' in palato cerebrū ita calefacit q videt' succēdi. Habet aūt vtutem dissoluendi ɔsumendi z corpa mortua incorrupta cōseruandi. qz cētrum dissoluit tm̄ cōsumit vt di. in Plate. menstrua puocat et educit fetum mortuū. z molam de ventre eijcit z excludit. lapidem in renibus z vesica frāgit. iliacam passionem soluit. omnes inueteratas capitis passiōes tollit si mō debito assumat. quotidianis febribus z q̄rtanis subuenit. morsibus venenosis occurrit. Has z multas alias nobiles virtutes habet quas enumerare esset lōgū sed hec de multis nunc sufficiant.

Capitulum XIX

De bdellio

b Dellium vt di. Pli. li. xij. c. x. ē nominatissima arbor nigra similis oliue in folijs z in rubore. cuius gūmi maxime reperitur in vsibus medicine. nam eius lacrima siue gūmi ē trāslucida gustui amara. bñ odorifera sz magis est aromatica q̄n vino est infusa. idē tangit glo. sup Geñ. ij. vbi dr. ibi inuenitur bdelliū z lapis onichinus zc. Nascit' vt di. Pli. in ptibus orietis vt i arabia et indea z caldea zc. Bdellia aūt vt dicit Isi. li. xvij. est indie z arabie arbor cuius lacrima arabica melior est. aromatica ei est lucida. subalbida. lenis pinguis. eq̄liter cerea. z que facile remollit' z est amara boni odoris ligno vel terre nō mixta Indica vo sordida atqz nigra z adulteratur cū gūmi qui non ita amarificat gustum. Unde cūqz aūt veniat glutinosam valde habet subām z astrictiuam z etiā attractiuam. z iō vt di. Dyasc. z Plat. repugnat dissenterie facta ex acuta materia z valet patientibus fluxum ex fortissima farmacia. i. medicina fortiter laxatiua. valz etiā ɔ apostemata interiora z exteriora si inde fuerit inūcta. calculū rūpit. tussim cōpescit. morsibus reptilium occurrit. intestinor dolorem lenit. vt di. Plate. lxmosis z in ptibus inferioribo ruptis pficit ad interior cōsolidatiōem cū gūmi bdellico cōcordat de mir siue bemix qđ dr gūmi arboris hñs vtutē ɔglutinandi clarificandi z cōseruandi. z ideo pictores eo maxime vtunt' multū siquidem stringit sicut z bdelliū. alterius tamen est nature qz frigida z sicca in scđo gradu. bdellium vero calidum z humidū vt dicitur in Plate.

Capitulum XX

De buxo

b Uxus vt di. Isi. li. xvij. grecum nomen est. sed ex pte a latinis ē corruptum. naz pixos apud eos appellatur semp virēs. que lenitate materie litterarū formandis apicibus ē apta nam tabula buxea bene polita colores recipit album in quo de facili figure z litterarum caracteres inscribi sinunt z etiam de facili post delentur. Et dicit' sm Isid. hec buxus p tota arbore z hoc buxum p interiori ligno. vñ dicit quidam. Hec bux' crescit. hoc buxum crescere nescit. Est aūt

arbor multum solide materie et compa-cte. cuius humor nutrimentalis multus est viscosus - cōpactus vt dī. Aluf. li. vegetabiliū. ⁊ iō lignū habet grossum ⁊ pōderosum. qđ missū in aqua petit fundū sicut hebenus. ⁊ hoc ꝓpter cōpactiōēꝫ ligni nō hñtis poros aptos vbi possit intrare aer. p cuius subintratiōem posset sup aque supficiem eleuari vt dī. idem Alutedus. Folia etiam iō diu habet virētia que de facili nō cadūt nisi paulatim quādo vnō cadente aliud mox succedit. multa quidem habet folia ⁊ spissa. sed modicum habet fructū siue nullū. Arboris buxi rasura cū frigida sit ⁊ sicca decocta in aqua puteali constringit fluxū vt dī. Dyasco. Tingit etiam ⁊ ipsos crines si decoctione sepius abluanť. sapor siquidem eius est amarus vt dī. pli. xvij. ca. xvij. ⁊ odor grauis tñ q̄uis grauet sapore gustum. nihilominus cū virore cōtinuo delectat visum. omni tpe cōseruat virorez suū ⁊ maxime in estate qꝛ in hyeme eius folia aliq̄ntulū expallescūt. ꝫ nō cadūt. vt dī. Aluře. Cuius cā est qꝛ habet viscosū humorem in se. in radice ꝯo multā humiditatem liquidam ⁊ iō non cadunt folia. Vñ aduenīente caliditate ꝓuocať humor ad exteriora qui tactus calore fit viridis sed aduenīēte frigiditate repcutiť humor et abundat siccitas ⁊ fit color pallid⁹ siue glaucus. Crescit aūt buxus in locis calidis ⁊ petrosis ⁊ iō multū habet duriciei et etiam nodose soliditatis. lignū tñ interius lene est ⁊ ad planandū summe aptum. inscissuras ⁊ figuras in eo factas diu tenet ⁊ iō imagines pulcre durabiles inde fiunt. Fiunt etiam ex buxo pixides abiles ad multi ⁊ aliorum aromatū cōseruatiōem. Ad multos etiam alios vs⁹ quos enumerare longum esset valet buxus. sed hec nūc sufficiant.

Capitulū XXI

De balaustia

b Alaustia est flos caducus mali granati. Cū enī arbor fruct⁹ debet pducere flores l q̄dā tuberositate ꝯglutinanť. ⁊ ab arbore q̄cq̄ cadūt que a medicis reseruanť vsui medicine et possunt seruari p hyemem in magnā efficacia vt dī. dyasc. Est aūt balaustia frigida ⁊ sicca ⁊ habet vtutem cōstringēdi ⁊ desiccandi humorem. ⁊ iō valet ꝯ dissenteriam ⁊ sanguineū fluxū ventris. ⁊ cōtra fluxum menstrualem. Item vtutem habet cōstringēdi vomitū colericū si decocta in aceto cū spongia sup furculā pectoris apponať. Item puluis vulnera cōsolidat. gingiuas sanat ⁊ carnium putredinem amputat ⁊ emūdat radices dentium cōsolidat ⁊ cōfirmat. vlcera etiā sanat labiorum. hec olia facit psidia. i. cortex arboris eiusdem ⁊ pcipue fructus siue poma. ⁊ debet accipi qn̄ pomū est maturū.

Capitulū XXII

De beta

b Eta est herba cōis ⁊ ortulana secūdū dyasco. Duplex est spēs eius. s. nigra ⁊ alba. Et vtriusq̄ʒ succus naribus instillatus purgat caput. auriū etiam dolorem mitigat. lendes ⁊ alias capitis immūdicias ⁊ faciei maculas emūdat. capillos repat ⁊ cōseruat folū eius tūsum ⁊ appositū ignē sacrū extinguit. nascentia etiam vulnera cōpescit. malos humores nutrit si nimis sepe in vsu habeať vt dī. dyasc. de beta dī. Arest. sup eius radicem sicut ⁊ sup caulem potest plantari surculus qui tandez corroborante radice in arborem trāsmutatur. vtꝫ supra de natura plantarum.

Capitulū XXIII

De cedro

c Edrus est arbor quam greci cedros vocant q̄si ceomones dryosticum. i. arboris humor ardentis cui⁹ folia ad cipssi similitudinem respondent vt dī. Isi. lib. xvij. vbi subdit. Cedrus est lignū iocundi odoris ⁊ diu durans ⁊ nūq̄ʒ a tinea vel teredine. i. lignorum verme exterminať. Vñ ꝓpter ei⁹ ppetuā durabilitatē ex cedris fiunt lacunaria in regū palatijs ⁊ in templis. Huius arboris gūmi siue lacrima dr̄ cedria que ad cōseruatiōem librorum summe ē necessaria. Nam libri de hac lacrima liniti nec a tineis corrodūtur nec tpe senescūt

Nascitur autem in terra affrica et siria et maxime in monte libani. Est ergo cedrus arbor altissima, omnium arborum domina et regina. vt di. Raba. sup psal. Est etiam aspectu pulcra semper retinens virorem suum. Est insup olfactu odorifera. cuius odor fugat serpentes et omnia venenosa vt di. idem. Est ergo fructu suauissima. poma enim cedrina sunt magna oblonga citrini siue glauci coloris. miri odoris gratissimi saporis. saporem enim habent triplicem. Nam in medio circa grana sunt poma citrina et acetosa. In superficie iuxta corticem sunt dulcia. In carne siue medulla interiori inter dulce et acetosum sunt media. Est etiam cedrus multe efficacie et virtutis et valde medicinalis. Nam eius lacrima que est gummosa in substantia et aliquantulum piramidalis siue pinea in figura acrem virtutem habet et feruentem. Unde vrit et siccat vt di. Dyasc. Caliginem oculorum detergit. vermes aurium occidit. contra dolorem dentium subuenit morsibus serpentum occurrit. cum isopi succo sonitum aurium tollit. tumorem faucium sedat. vlcera pulmonis curat. molles carnes a putredine seruat. corpora etiam mortua reposita in ligno cedrino et eius lacrima inuncta virtus cedrina a tabe et putredine defensat. semen etiam cedri tussim sedat. menstrua prouocat. et secundinas excludit. matricem purgat. neruos spasmatos et contractos remollit et relaxat. vrinam mouet. et arenulas in vesica et renibus mundat. Has et multas alias virtutes ponit Dyasc. de cedro et eius succo semine atque fructu. Pli. autem de quadam specie cedri sic dicit. Est inquit arbor quedam nomine medica a medorum terra primitus asportata que a grecis cytria vel cedronilla est dicta. eo quod eius pomum odorem et virtutem cedri sequi videatur et eius saporem imitetur vt di. Isid. li. xvij. Eiusdem enim arboris pomum vt di. Pli. contrarium est venenis. et est arbor vt dicit idem que in omni tempore fere est plena pomis. que in eadem partim sunt matura. partim acerba. partim in flore sunt posita. quod in alijs arboribus rarum est. hanc arborem multi assirias vocant. vt dicit idem.

Capitulum. XXIIII.

De cypresso

C Ipressus grece dicitur cyparissus vt dicit Isi. li. xvij. quia caput eius a rotunditate in acumen erigitur. vnde et conon alta rotunditas nuncupatur cuius fructus talis est dispositionis et ideo conus appellatur eo quod conon imitetur. vnde et ciprisse conifere dicuntur. Huius ligni habet virtutem primam pene cedro aptum quod est turribus templorum. sua enim imputribili soliditate oneri nunquam cedit sed semper in prima remanet firmitate. suauissimi est odoris. et ideo antiqui solebant facere rogum de ramis eius vt odoris sui iocunditate reprimerent fetorem cadauerum mortuorum. Hucusque Isi. Est autem cypressus arbor calida in primo gradu et sicca in secundo. cuius pomum lignum et folia competunt medicine. vt di. Plate. sunt enim stiptica et consolidatiua. et ideo valent contra fluxum ventris ex debilitate virtutis retentiue si ipsorum puluis in cibis vel in potibus assumatur. valent contra iliacam passionem et dolorem lumborum si cum aqua pluuiali decoquantur et inde vinum limphetur. Cypressi folia recentia vulnera purgat et sanant sacrum ignem fugant nares polipsas mundant. et fetorem amputant. fluxum sanguinis sedant. semen ergo eius mixtum cum caricis. i. ficubus siccis duricias soluit. reumatis fluxum stringit. contra antracem. i. apostema venenosum et morsum mortiferum subuenit. et eius maliciam ne se diffundat reprimit et comprescit. morsibus venenatis occurrit. has autem virtutes cipressi recitat Diasc. et multo plures Pli. autem li. xvij. c. xxxiij. Cipressus est arbor ramosa. a fructu habens vacuas baccas pro fructu folia amara odore violenta vmbra gratiosa. Cuius duplex dicitur esse species. masculus scilicet et femina. femina autem sterilis est. verumtamen aspectu pulcra. cuius rami in fastigio sunt densi et inuicem conuoluti. masculi vero rami sunt magis spissi qui si precisi fuerint regerminant.

Capitulum XXV

De cipro

Cipus de quo dicitur Canti. iiij. Cipri cum nardo &c. Secundum Plini. li. xij. c. xxvi. est arbor in egipto similis oliue in folijs sed eius folia sunt viridiora et crassiora cum flore nigro et semine candido et odorato quod si cum oleo coctum fuerit aut confectum exprimitur in vngentum regium quod odoriferum est et summe deliciosum et cipr⁹ dicitur. Idem dicit Isido. li. xvij. et glo. super Can. Secundum Plinium autem dicitur quod optima huius generis arbor crescit in egipto super nilum in canopia regione. Secunda vero in ascalone. Tertia in cipro cuius est mira odoris suauitas. Arbori huic vt dicit idem est alia arbor similis que dicitur aspalatos habens similitudinem in flore cum flore rose. ex cuius radice et flore nobile fit vngentum Dicit etiam idem quod in omni frutice vbi directe refulget arc⁹ celest⁹ eadem fit suauitas odoris quamdiu ibidem fulget arcus. sed si super eandem arborem fulserit inenarrabiliter eius odorem ampliat et decorem et est similis spine candide. colorem habens igneum siue rufum et in parte redolet vt castoreum. a multis vocatur sceptrum herizei vt dicit idem Dicit etiam Diasco. quod ciprus est arbor medicinalis conuenientis et conglutinatiue virtutis. cui⁹ folium masticatum tumorem oris compescit eius elixatura siue decoctio vermes capitis interficit. et inficit capillos si inde capilli fomententur. flos eius cum aceto decoctus dolorem capitis soluit. vt dicit idem. cuius lentiscus dicitur alter⁹ virtutis. quere supra de littera A.

Capitulum XXVI

De cynamomo.

Cinamomum de quo dicitur Eccl. xxiiij. et Exo. xxx. sicut ibi di. gl. est virgultum quod nascitur in india et ethiopia duorum tantummodo cubitorum. Et dicitur cynamomum quia subtiles et replicatos habet culmos cetrini vel nigri coloris qui fracti reddunt visibile spiramentum. Cynamomum vero quanto gracilius et subtilius tanto carius est. et quanto grossius tanto despectius reputatur. Secundum autem Isi. li. xvij. Cynamomum eo est dictum quod cortex eius in modum canne est gracilis et rotundus et crescit stipite breui virgas tenues habens quod cum frangitur ad modum nebule suauissimum emittit spiramen. Super Eccl. c. xxiiij. di. glo. Cynamomum est breuis arbor odorifera et dulcis cinerei coloris prestans pl⁹ duplo ad medicine vsum quam fistula. Pli. quoque li. xij. ca. xxi. de cynamomo inquit et cassia fabulose narrauit antiquitas quod inuenitur in nidis auium. et specialiter fenicis nec haberi potest nisi quod cadit proprio pondere vel quod excutitur cum plumbatis sagittis. sed ista fingunt homines vt rerum precia augeantur. Secundum veritatem autem cinamomum crescit apud trogoditas in ethiopia qui per vasta maria in ratibus deducunt illud ad portum gellenitarum et est frutex duorum cubitorum ad maximum vel vnius palmi ad minimum. truncum habens in grossicie. iiij. vel. vi. alij habent. xi. vel. xij. digitorum. nec olet nisi quando arescit. siccitate enim gaudet et in semine sterilior efficitur contra arborum naturam aliarum inter vepres et rupes densissimas gignitur. et ideo non sine magna difficultate recolligitur. ante ortum solis aut post occasum nulli licentia colligendi conceditur. quod cum collectum fuerit sarmenta hasta diuidit sacerdos. deoque partem ponit. reliquum mercator emit. Precipua autem bonitas eius vel virtus est in tenuissimis virgultorum partibus ad longitudinem palmi et quod est in trunci medio vel quod est proximum radici parum vel nihil valet. quia ibi minimum corticis est in quo est summa bonitas cinamomi. et ideo cacumina et superiores partes preferuntur. quia ibi cortex plus abundat. ligni vero interius respectu corticis nullus vel modici est valoris Hucusque Pli. li. xij. Secundum Diasc. vero et Plate. cinamomum calidum est in tertio gradu et siccum in secundo gradu. Cuius duo sunt genera. grossum scilicet et subtile. et grossum est minus laudabile. et ponitur in vomitiuis medicis. quod vero gracile est et subtile est laudabile et in alijs antidotis magis vale. Est autem eligendum quod est subtile acutum

halens saporem. dulcedini intermixtuz
cū multa aromaticitate ⁊ subrufum ī ca
lore. qd aūt subalbidū est minus valet:
ex aromaticitate hēs virtutē cōfortādi ce
rebꝝ ex cōglutinositate hꝫ vīrtutē cōsolidā
di. habet aūt cynamomū multiplicē vir
tutem vt di. dyasc. Nam tussim ex gros
sa humiditate sedat. tritū ⁊ cū aceto mi
xtum impetiginem extirpat. collirijs ad
mixtum humiditatem oculoꝝ desiccat.
renū dolorem mitigat. ydropisim curat.
morsus reptiliū sanat. appetitū cōfortat
menstrua ꝑuocat. opilatiōem aperit. ci
bum digerit. flegma dissoluit ⁊ cōsumit
potatū cū vino secundinas excludit. cali
ginem oculoꝝ detergit. sincopi ac cardia
ce passioni subuenit atqꝫ succurrit.

Capitulū XXVII

De casia

Asia de qua dicit Exo. xxx. spēs
c est aromatica. ⁊ nascit̄ sm̄ Isi.
li. xvij. in arabia et est virga ro
busti corticis ⁊ purpureis folijs vt cor
tex piperis. ⁊ est silis cynamomo in vir
tute sed tn̄ potentia inferior. Uñ in loco
cynamomi duplex est pondus eius. In
medicinis sepius admiscet̄ vt di. Isid.
Glo. aūt sup Exo. c. xxx. Casia in locis a
quosis nascit̄ et in immensum crescit ac bo
num odorem reddit. De casia di. Pli. li.
xij. c. xxi. Frutex inquit casie iuxta cyna
momi campos nascitur. cuius amplitu
do est triū cubitoꝝ cui' sarmentū ē gros
sius sarmento cynamomi. Cuius est tri
plex color. Primo enī candescit. deinde ru
tescit. tandem nigrescit. ⁊ ista ꝑs maxie
est laudabilis. post nigram aūt laudabi
lior est rubra ⁊ minus laudabilis est cā
dida. naꝫ citius a vermibꝫ corrodit̄ et ca
uatur. et hoc accidit ꝓpter sue substantie
molliciem ⁊ minorem amaritudinē cor
ticis ⁊ virtutē. Probat̄ enī casia cū ē re
cens ꝑ odorem ꝑ saporem ⁊ ꝑ colorē. nā
casia nobilis subdulcis pauci ⁊ acuti est
saporis. suaui ⁊ iocundi est odoris. subni
gri insuꝑ vel purpurei est coloris ⁊ pon
deris est grauioris. ⁊ maxime laudat̄ illa
casia que de facili non frangit̄. sed refle
ctitur potius ⁊ plicat̄. Alia est auteꝫ spēs
casie que balsamo de saba similis est in
odore. sed amara est. Et ideo prima scilꝫ
nigra que est subdulcis ⁊ feruentis sapo
ris ⁊ boni odoris a medicis plus laudat̄.
Hucusqꝫ Pli. Scdm Plate. aūt et Dy
asco. Casia est duplex scꝫ casia fistula et
lignea que est fruticis cuiusdam cortex
nascentis iuxta confinia babilonis. cu
ius diuerse sunt species. Una est similis
cynamomo que subrufa est et rotūda so
lidamqꝫ habet substantiam. ⁊ cum fran
gitur vel teritur non plicatur sed resistit
acuta est in sapore ⁊ parum dulcis. ⁊ ista
medici vix vtuntur. Alia est species q̄ ē
subamara ꝑtim habens colores distictos
et hac vtuntur medici. ⁊ est eligenda que
non facile frangitur sed plicatur. et que
habet acutum saporem mixtum dulcedi
ni cum aromaticitate. cum autem fran
gitur colores habet subalbidos interius
et distinctos ⁊ rufos intermixtos. So
phisticatur quandoqꝫ cum admixtiōe cor
ticis capparis. sed cognoscitur. quia sub
amari est saporis. virtutem habet diure
ticam. i. diuisiuam ex subtilitate sue sub
stantie. habet etiam virtutem consumē
di ex qualitatibus suis. insuꝑ habet viꝫ
confortandi ex aromaticitate. reumati
cas ⁊ frigidas causas curat. epilenticos
et caducos iuuat. cerebrum confortat re
nes ⁊ vesicam purgat. apostemata matu
rat et sanat. renes ⁊ epar ⁊ splenem deo
pilat. fetoreꝫ oris masticata palliat. aut
amputat. menstrua prouocat. ⁊ matricē
confortat. contra sincopim ⁊ defectū cor
dis iuuat si ex eius puluere ⁊ rosis ⁊ osse
cerui siruppus fiat. Hucusqꝫ Dyascori
des ⁊ Plate.

Capitulū XXVIII

De casiafistula

Asiafistula est fructus cuiusdā
c arboris que longa semina produ
cit. sed succedente tempore elon
gatur ⁊ ingrossatur ⁊ caloris actione ex
terius condensatur. medulla interi' exi
stente nigra ⁊ humida atqꝫ dulci que mi
xta ē cum albis granis ⁊ qbusdā cellulis
ad modū faui mellis interi' ē distincta.
Est aūt eligēda q̄ est grossa ⁊ ponderosa

quia multam signat inesse humiditatem reijcienda est etiam levis et sonora, quia signat vacuitatem et siccitatem. virtutem habet leniendi mollificandi et mundificandi et fervorem sanguinis mirabiliter mitigandi ac coleram et sanguinem depurandi. apostemata gule dissoluit. visceribus utilis est, et vicijs pectoris subuenit. menstrua retenta ex pingui humore educit. tumorem viscerum et intestinorum dolores potata tollit. Hucusque dyasc. quamvis autem usualiter in casia duplex. s. sonat, cum simplici tamen scribi et pronunciari debet ut casia dicatur ut dicunt autores. Unde Ovidius xv. methamorpho. Quo simul ac casias et nardi levis aristas etc. Et sic ubique dicit Pli. et plures alij.

Capitulum XXIX

De calamo

a Calamus aromaticus de quo dicitur Exo. xxx. a similitudine calami usualis est vocatus ut di. Isid. li. xvij. Et gignitur in india multis nodis geniculatus odore suavis mira fragrans odoris suavitate. qui si frangitur in multas partes scinditur et dividitur. et in gustu est similis casie cum leni acrimonia remordent ut di. Isi. secundum Papi. odo fervens est virtutis. In glo super Exo. xxx. dicitur quod calamus aromaticus est species que crescit iuxta montem libani. ubicunque autem crescit di. Dyasc. et Plate. Plini. species est calida et sicca in secundo gradu. et est radix cuiusdam fruticis calamo valde similis et magni odoris. habet autem admodum canne concavitatem in qua lignum invenitur quod quidem extrahi debet cum nullius sit valoris tamen aliquando intus dimittitur ut maioris ponderis videatur. Est autem secundum eosdem autores calamus duplex. s. persicus qui colore est citrinus. Alius est indicus qui colore est subalbidus qui cum frangitur facile non pulverisatur. et habet virtutem mirabilem confortandi. unde stomachum confortat et digestionem adiuvat. maxime si cum absinthio teratur cardiacos et cordis defectum quem greci sincopim vocant cum aqua rosacea multum iuvat. Secundum Pli. autem calamus odorans est indicus qui maxime valet quando est subrufus. nodis plenus et spissus et quando non frangitur in partes plurimas valde siccas. et est valde medicinalis fere sicut casia vel etiam cynamomum quarum virtutes quere supra. nam menstrua provocat.

Capitulum XXX

De calamo usuali

c Calamus usualis secundum Isidorum dicitur canna stipule vel segetis et sic dicitur a caleo cales eo quod immisso flatu aliqualiter calescat. Et est proprie stipes medius in segete inter radicem atque fructum sive spicam in qua fructus continetur. alio etiam nomine vocatur culmus ut dicit Isido. et est interius concavus. exterius planus et rotundus. nodis aliquibus munitur multis tunicalis circumvestitur quo mediante spica perficit et nutritur. quo deficiente deficit et spica et penitus destruitur. modico venti impulsu hinc inde agitatur et movetur. facillime frangitur et incurvatur et vix erigitur vel reparatur.

Capitulum XXXI

De calamo scripturali

c Calamus scripturalis de quo in psalmo dicitur. Lingua mea calamus scribe. idem est quod arundo. quia antiqui arundine utebantur in scribendo antequam usus pennarum haberetur. Nam arundo ut dicit Plini. li. xvi. capi. xxxiij. utilis est ad multos usus. arundines inquit inter aquaticos frutices obtinent principatum. suntque necessarie in bello et in pace. nam arundinibus septentrionales populi domos suas aptissime tegunt et eas in suis cavernis pro delicijs et ornatu suspendere consueverunt. calamis etiam orientis populi bella agunt et de eis spicula faciunt. Tante enim longitudinis sunt in multis partibus quod hastarum vicem prebent radicem habent vivacem ut si earum frutices recidantur fecundius surgunt. Sunt autem aliqui calami quidam medulla repleti. quidam ex toto concavi qui ad fistulas faciendas sunt mirum apti. calami autem medullati habentes lignum spissum et nodosum pugnantibus

plus cõueniunt. Sunt ꝛ minores arundines in locis minus aquosis crescētes subām habentes tenuem ꝛ valde durā. et medullam quasi nullam ꝛ eaꝝ supficies est plana ꝛ reluceus ac polita non nodosa. ꝛ tales calami sunt abiles ad scribēdum. cuius ps anterioꝛ ꝑcisa acuit ꝛ ad scribendū adaptatur. ꝛ vt pfectius attramentum administret parum scindit. et in pte dextra plusq̄ in sinistra aliquātulum ꝓlongatur. Sunt et alij calami dulci medulla pleni qui p minuta frusta incisi pistantur. ꝛ ad lentum ignem in lebete decoquuntur vsq̄ ad spissitudinē ꝛ primo videtur totū transire in spumā. sꝫ pꝰ facta residentia spissius ꝛ melius fundus petit. spumosum autem et vanum supra manat ꝛ p aliud sophisticatur. sed discernitur. qꝛ bonū crepitat in oꝛe. ꝛ est valde dulce. malū vero non. sed in oꝛe euanescit vt dicit in plate.

Capitulū XXXII

De cappare

Capparis de qua Eccs vlti. fecit dn̄ Pli. li. xiij. ca. xxiiij. ꝛ bm Isidoꝛ est frutex in oriente nascēs cuius cortex folia ꝛ floꝛes cōueniunt medicine ꝛ ꝑcipue cortices q̄ sūt in radice. ꝛ vt di. Isi. li. xvij. Capparis a grecis nomen sumpsit eo ꝙ habet totū da in summitatibus capitella. De cappari a sit di. Dyasco. ꝙ est herba siue frutex spinosus expansus sup terrā. vnctione plenus cuius virtus duriciam splenis sup omnia medicamina iuuat. nascitur in locis aridis ꝛ siccis ac duris. ꝛ maxime in antiquis muris. ventrem remollit comestum vrinam ꝓuocat et mēstruis imperat. doloꝛem dentiuꝫ mitigat. succus eius auribus instillatus vermes necat. multas habet radices ꝛ magnas q̄ꝛ cortices sunt vtiles ad ꝑdicta. In plateario dicit capparis vt volunt quidam ē herba que in principio veris est colligenda ꝛ desiccanda. et p septem annos ī magna efficacia cōseruanda est. Et est bōa ac laudabilis que cum frangitur nō puluerisatur. et aliquantulum est subamara in sapoꝛe ꝛ subrufa in caloꝛe. et floꝛes eius sunt calidi quando adhuc sunt clausi. qꝛ nihil valent cū fuerint dilatati. cū sale condiuntur ꝛ sic vsui reseruant. virtutem habent appetitum excitandi et digerendi humoꝛem in oꝛe stomachi existētem. Sunt enim cibus ꝛ medicina. contra surditatem confert puluis eius auribus fistulatis si in oleo decoquatur ꝛ auri patienti infundatur. Hucusq̄ plat.

Capitulū XXXIII

De cardamomo

Cardamomum de quo dicitur super Ezech. vt di. Dyasco ē semē cuiusdam arboꝛis tempoꝛe veris fructum ꝓducentis. facit enim quasdā tuberositates similes botro vinearum q̄ bus semen continetur. et est duplex maius qꝺ dicitur domesticum. et minus qꝺ dicitur siluestre. primum est melius. qꝛ magis est aromaticum. et est laudabiliꝰ quod est subrufum aliquantulum acutū dulcedini intermixtum. virtutem habꝫ confoꝛtandi ꝛ consumendi. et ideo valꝫ contra cardiacam passionem. contra stomachi indigestionem. ad appetitus ꝓuocationem. ad vomitus repressionem. ad cerebri debilitatis confoꝛtationē vt di. dyasco. et plate.

Capitu. XXXIIII

De calamento

Calamentum est herba quedam mente similis. De qua sancti in glo. aliquando faciunt mentio. Et est duplex scd̄m Dyasco. et Platea. scꝫ montanum et illud simpliciter ē melius. aliud est quasi domesticum non ita siccum sicut primum. virtutem habet cōsolidandi ꝛ consumendi cum calidum sit et siccum in tertio gradu. vt dicit idem. Valet contra tussim ꝛ infirmitatem pectoris ex causa frigida sicut et dyacalamentum quod est electuariū quod ex illius herbe floribus et pulueribus et aliis est confectum. stomachi et intestinorum doloꝛem sanat. contra reumaticas et frigidas causas iuuat. moꝛsus reptilium curat. Et venenum ad exterio/

ra reuocat. succus eius auribus instillatus vulnerum et aurium etiã vermes necat. libidinem domat. cõtra lepram adiuuat et retardat. supfluitatem et humiditatem matricis anihilat et desiccat vt dicit idem. Multas alias virtutes habet sicut arthemesia. sed hec iam sufficiant

Capitulũ XXXV

De carice

Carex vt dicit Isid. est herba durissima et acuta cuius stipes siue virgula est triangularis manũ secans ipsam violentius cõtrectãtis. folia habet in vtroqz latere secantia et acuta. piramidalem formam ad modũ gladij representantia nunqz tamen caricis acumen aliquem ledit nisi primitus contingatur. In loco palustri et molli crescit et tñ nõ modicam duriciem pariter et acumen habere in sua substantia se ostẽdit. Scdm Plini. aũt inter genera scirpi cõputatur. vñ et caricam scirpũ noiat triangularem de quo subdit qz radix scirpi trianguli est odoris boni et virtutis sicut calami aromatici. sed hoc intelligo non in generali sed multũ in speciali sicut ipse memorat li. ij. A carie autem dicit caretum. locus scz vbi crescunt carices sicut et a salice salictum vbi crescunt salices. vt dicit Isidorus.

Capitulũ XXXVI

De carduo

Carduus sm Isi. grecum est. et ẽ genus herbe vel fruticis spinosi cuius natura mordax est et austera. et ideo succus eius allopicias. i. capillorum fluxus curat. De carduo di. Dyasc. qz radix eius in aqua decocta cupiditatẽ potatoribus administrat. matrici vtilissimus est. et iõ non est mirũ si a mulieribus desideret. qz iuuat vt masculos procreent. vt di. idem. Est autem carduus herba multum aculeatas habens hastas et in summitate spinosa capitella in quibus semen cardui ptinetur. qd itaqz exterius nigrum est hoc album est interius in medulla. et est semen diureticum et diuisiuum. et valet cõtra calculum in renibus et vesica. crescit in locis incultis. et pascitur ab asinis et bestijs cõculcat. sicut dicitur. iiij. Regũ. xiiij. Transierunt bestie saltus et cõculcauerunt carduũ et cetera. De carduo autem dicit Plini. li. xx. ca. xvi. Cardui folia et caulis spinosas lanugines habent. cuius semen et radix vesci possunt. Et est quoddam genus cardui qd sine interuallo tota estate floret. et vno flore cadente concipit alium cuius aculei arescente folio desinunt pungere. Sũt et alij cardui spinosi frugibus inimici. vt dicit idem. et abundat in semine. et iõ vix possunt extirpari vbi semel crescunt nisi affuerit cultoris diligentia carduos extirpantis. In ipsorum autem extirpatione sepe lesionem patitur et puncturam.

Capitulũ XXXVII

De carica

Carica est ficus sicca et a copia sic vocata. nam singulis annis ficus vt di. Isi. lib. xvij. ter quater de fructum gignit. atqz altero maturescẽte alter oritur et succedit. Carice a senibus sumpte in cibo sepe seruiunt defendere ipsorum rugas. vt dicit idem sm Isi. vero inter fructus carica est dulcior et est vtilis in cibo et in medicina. multum enim nutrit et impinguat. sanguinem grossum et multum generat et debiles cõfortat. secũdũ medicinam vero pectus mundificat. tussim sedat. vocem clarificat. faucium tumorem mitigat renes et vesicam et matricem purgat. cocte in vino cũ absinthio idropicos curant. trite cum sinape pruriginem aurium purgant. tamen in cibo nimis vsitate inflationem et ventositatẽ generant. pediculos creant. vt dici Dyasco. alias enim pprietates quere infra de ficu.

Capitulũ XXXVIII

De cimino

Ciminũ sm dyasc. et macrobium et psiũ est semẽ aromaticũ colore pallidũ. Vñ psius. Rugosum piper et pallẽt grana cimini calida et sicca in scdo gradu. virtutẽ hz diureticã fumositatis subtiliatiuã et digestiõis pforta

tiuam et ventositatis mitigatiuam ꝛ do
loris stomachi ꝛ inflationis repssiuā. so
lutionis ventris restrictiuam. cū aceto
infusum primo afficetur ꝛ insufflatū ī na
ribus sternutatiōem ꝓuocat. sanguinem
de naribus ꝓfluentem sedat. tumorē fau
cium ꝛ dolorem mitigat atq; sanat cum
baccis lauri reuma frigidū cōpescit. san
guinem coagulatum oleo mixtū cū cera
mūda discutit ꝛ dissoluit. liuorem ex cō
cussione siue alio modo factū puluis ei⁹
cū cera bene cōmixtus sepius apposit⁹ to
taliter tollit ꝛ eius frequēti vsu facies di
scolorationem incurrit. Huiusq; Dyasc.
ꝛ Plat. Idem fere di. Pli. li. xx. ca. xvi.
vbi di. ꝙ cyminū aliud est domesticū ali
ud siluestre. ꝛ di. ꝙ multis cōuenit reme
dijs maxime stomachi. cuius dissoluit in
flationes ꝛ intestinoꝝ discutit dolores at
q; viscerū torsiones.

Capitulū XXXIX

De coriandro

C Oriandrū de quo dr Exo. xvi.
et Nume. xi. fm Isi. li. xvij. ē se
men quoddā odoriferū a grecis
coriō dictum. cuius semen in vino dulci
datū. boies vt dr reddit ad venerē pmp
tiores. cauendū tn̄ est ne nimis detur. q2
absq; dubio amentiam adduceret ꝛ fu
rorem. canib9 aūt herba est cū semine ve
nenosa. Nam interficit eos si ab eis ali
quotiens assumat. vt di. Isi. ꝛ Papi. et
su paddit. Est īquit coriandrū ī cibo sum
ptum calefactiuū ꝛ cōstrictiuū. necnon
ꝛ somni ꝓuocatiuū. fm aūt autores dici
tur esse cōposite virtutis. Dicit etiā sic
Macer. in li. suo. Frigida vis herbe cori
andri dicit esse. Austereq; siml' quiddā
virtutis habere. Hanc galienus ait per
quā depellere ventris. Lubricos tineasq;
solent si trita bibatur. Cū vino vel si mi
xto sumat aceto. Coriandri herba in se ē
odorifera q̄diu est integra. sed manib9
fricata fetet. semen eius candidum ꝛ mi
nutum.

Capitulum XL

De coloquintida

Coloquintida de qua dicit. iiij.
Regū. iiij. est genus herbe amarissime. s.
cucurbita agrestis. q2 more cucurbite fla
gella tendit iuxta terram fructu rotun
do ꝛ silis cucumeri vsuali. hec herba quasi
vitis se diffundit in sepibus. fructu mo
dico et rotundo. vt di. Isi. li. xvij. Secū
dum Dyasc. vero coloquintida que dicit
cucurbita alexandrina aliqū inuenitur
sola ꝛ tūc est mortifera ꝛ venenosa. sicut
herba que dr squilla. i. cepa marina. sed
qn̄ cum multis inuenit non ita ꝑ sola est
nociua. habet aūt medullam corticē atq;
semen. medulla est optima in medicina
semen secūdario. sed cortex nulli⁹ vl' mo
dice est virtutis. vn̄ illa medulla est lau
dabilis que est alba et cui semina bn̄ sūt
inserta. illa aūt parū attendēda q̄ cū con
cutit multū sonat. sic q̄n̄ de facili pulue
rizatur. virtutem habet dissoluendi ꝛ con
sumendi. ex amaritudine etiam diuidē
di ꝛ penetrandi. ꝛ substantie sue subtili
tate fleuma purgat ꝛ melancoliam. vn̄
dicit valere cōtra quotidianam scabiem
et quartanam si mō debito patientibus
offeratur. dolo ventrū subuenit. lūbricos
id est longos ꝛ lubricos vētris vermes ex
cludit. Vermes autē pulueris eius iter
ficit. splenis et epatis duriciam aperit.
si succus eius cū feniculo ꝯiungetur. eius
decoctio emorroidas. i. sanguinis venas
aperit ꝛ menstrua ꝓuocat ꝛ educit. Has
et alias multas virtutes habet vt di. Dy
asco. et plat. et etiam pli.

Capitulum. XLI

De croco

C Rocus de quo dicit Can. iiij. et
Trenoꝝ vlt. herba ab vrbe cori
cio sic dicta vbi maxime abūdat
vt di. Isi. li. xvij. est herba cū flore suo sic
dicta. sed flos in quo est potissima virtus
crocum dicitur. et est optimū qd̄ ē recēs
odoris boni longum. parū albū integrū
neq; in fragmenta cōminutū. in spiratio
ne bonum. ꝛ cum capitur inficit et tingit
manum ꝛ leniter est acutum. qd̄ si hu⁹
modi non fuerit vetustum cognoscat aut
infusum adulteratur autē admixto cro
comagmate augendi ponderis causa spu
ma argenti trita additur. sed producit si

puluerulentum inuenitur. et si decoctũ ab odore proprio immutetur et dicit croto magma superfluitas que relinquitur ex aromatibus ex quibus croceũ fit vngentum. Huiusque Isi. Secundum Dyasc. vero due sunt species croci. Hortensis dictus ab orto in quo nascitur, et orientalis a loco vbi crescit sic vocatur. Et est iste nobilior quam hortensis. nec apponitur in vomitiuis medicinis. producit autem florem purpureũ habens caput ad modũ viole. in cuius medio tres vel quattuor flores producit. Eligendi autem sunt subrufi vel omnino rufi. subalbidi vero abiiciendi sunt per decẽ annos presentati. Est autem crocum calidũ et siccum in primo gradu et in suis qualitatibus temptatum et ideo est cõfortatiuũ. vñ cõtra debilitatem stomachi et defectũ cordis multũ valet. ruborem oculorum ex sanguine vel macula tollit si tritũ cũ rosis et vitello oui oculis apponatur. Huiusque Dyascori. et Plate. Unam enim proprietatem habet crocus quia in foliis per totam hyemẽ retinet virorem nec deponit illũ quantũcunque frigus intendatur. in estate vero deficiũt eius folia penitus et marcescũt. et post mediũ autumnum iterũ crescit et tunc flores eius in tenui stipite exeũt et prumpũt. Sicut aũt di. Arest. li. vegetabiliũ. crocus habet magnam cõueniẽtiam et similitudinem cũ cepa et ascalonia in radice. differt tamẽ ab vtraque quoniam cepa siue radix croci est cõtinue carnus et non facit semen sicut ascalonia. sed etiam est tota vis eius seminatiua in radice. et oẽs tunice croci sunt macre. et nõ recipiunt tunice eius ortũ ab vna parte cepe sue sicut accidit in ascalonia et domestica cepa. sed incipiũt tunice croci a locis germinationũ venarum cepulatium. et hoc est de proprio croci vt di. Arest. Habet aũt cepa croci radices capillares quibus adheret terre et attrahit sibi nutrimentũ vt liliũ et alliũ et huiusmodi. et quando cepa croci est grossa et iam matura incipit diuidi et multiplicari in capita mixta proprias tunicas et radices habẽtia et ex singulis crescit planta. Ex quo patet quod in eius capite seu radice est eius virtus semen- tina que est sui multiplicatiua et sue speciei cõseruatiua. quẽadmodũ di. Pli. Si-

dem crocum li. xx. ca. xx. sic commendat. Crocũ inquit cũ melle nõ soluitur nec cum aliquo dulci. facillime aũt cũ vino vel cũ aqua. Utilissimũ est in medicina. destruit enim oẽs inflationes et dolores oculorum. maxime si cũ vino fuerit mixtũ. pectori stomacho et epati summe vtile est. qui crocum prius biberit. ebrietatem et crapulã nõ incurrit. Corone aũt ex eo facte ebrietati resistũt nec permittũt hominem inebriari. somnũ facit et caput mouet stimulat venerem. flos eius illitus igni sacro subuenit. De croco fit vngueutũ citrinum et croceũ quod greci crocomagon vocant. Et valet cõtra suffusiones oculorum et est optimũ quod gustatũ dentes inficit et saliuam. vlcera capitis purgat. capitis tormenta et inflationes sedat. serpentũ et arenearũ morsus et scorpionũ pũcturas curat. Huiusque Plinius.

Capitulũ XLII

De cepa

Cepa vel cepe est herba cuius vis tota est in radice et in semine. et ideo sic cepe vocatur vt di. Isi. quia nõ habet nisi caput. De cepe di. Are. li. de plantis. Cepe inquit et ascalonia bis faciũt folia et habet cepe stipitem in quo facit semen et habet radicem pluribus tunicis vestitam. et sub radice habet alias radices quasi capillares quibus nutritur grossa radix. et per hancad totam herbã humor transmittitur radicalis. In primo ãt anno nõ perficit radicem. sed in secundo postquam seminatur. Similiter nec semẽ ante secundum annũ facere consueuit. nec facit semen in folliculo sicut allium et quedam alia. sed in summitate stipitis semẽ super quosdam pediculos. i. pedes paruos se dilatat. Species autem cepe est duplex. s. domestica et siluestris que canina ab Are. nuncupatur. Canina autem cepa flores habet altos versus celum et virides quodãmodo versus terram. Et talis cepa valet cõtra apostemata. habet autem cepa domestica stipitem cõcauũ et sine nodo et sicut renouat folia ita et radices vt di. Aresto. in predicto libro secundum Dyascoridem cepe domesticum est vtile ad medi-

cinam et ad cibum. Est autem viscose et
frigide nature ꝛ maxime illud qd̄ est ob
longum magis ꝙ̄ rotundū. et magis ru/
fum ꝙ̄ album. ꝛ magis siccum ꝙ̄ recens
et magis crudū ꝙ̄ coctum. comestum fa
stidium tollit oris fetorem diminuit vē/
trem mollit cibos condit. succus eius cū
melle caliginem oculoꝝ detergit. succus
eius litargicis subuenit. auribꝰ cū lacte
mulieris instillatus eius dolorem seda/
re cōsueuit. cōmestum tempate ꝓut cō/
uenit viscosos humores incidit. ora ve/
narum aperit. vrinam ꝛ menstrua prouo
cat ꝛ educit venenū morsus rabidi canis
extinguit. et aliis venenosis morsibꝰ suc
currit ꝛ resistit. cutem clarificat et poros
aperit. et id̄o sudorem ꝓuocat ꝛ educit. et
cōmestum crudum nihil nutrimenti cor
pori tribuit. colericis obest. flegmaticis
cōuenit. sitim facit. inflatiōem gignit. ꝛ
acumine suo caput ꝑcutit atq̄ ledit. et ni
mis cōmestū aliqn̄ maniā ꝛ insaniam in
ducit ꝛ terribilia somnia videre facit ꝓ/
cipue si ab exeūtibus egritudinem com
mestum fuerit. lacrimas solo odore ꝓuo
cat et visum ledit. Hucusq̄ Diasc.

Capitulum XLIII

De cepe

c Epe caninum dicitur squilla ꝛ
inuenitur iuxta mare vn̄ a Pla
teario cepe marina appellaᵗ. repe
ritur autem qn̄q̄ sola. et tunc mortifera
ac venenosa est. si intus recipiaᵗ; nisi eiꝰ
venenositas reprimatur. Solent autē
salernitani eam diuidere in plures par
tes ꝛ plantare in ortis sigillatim ꝛ ita re
primunt venenū eius. reprimiᵗ aūt ma
licia si in vino ꝛ oleo aliquātulū dimit/
tatur. ꝛ sic in medicis apponatur. Dz au
tem scindi ista cepa ꝛ interiora et exteri
ora abiici. q̄r exteriora sunt mortifera ꝑ
nimia caliditate. et interiora pre nimia
siccitate. sed media sunt tempata mixtu
cōuenientia medicinis. De cepe autē di
cit Pli. li. xx. ca. xvij. Cepe apud grecos
multa sunt genera ꝛ eis omnibꝰ est odor
lacrimosus. ꝛ est optimū qd̄ est rotūdis
simū ꝛ acrius est rufum ꝙ̄ candidū ꝛ cru
dum ꝙ̄ coctum seriᵗ ꝛ plantatur. sed qn̄
seminatur ante annū sequentem nō fa/
cit semen. et qn̄ facit corrūpitur ipm ca/
put. vn̄ ex corruptione iacti seminis gi/
gnitur ipm caput ꝛ productio semīs ca/
pitis est corruptio. Uult aūt seri semē ce
pe in solo terre fosso herbaꝝ aliaꝝ radici
bus extirpatis. semen eius nigrescere in
cipiens metitur anteq̄ totaliter matu/
rescat. radices eius optime in paleis cō
seruanᵗ. ꝛ licet cōtinget capita inuetera
ri. aqua salsa ꝛ tepida sunt capita intingē
da et ita efficiunᵗ diuturniora ꝛ esui me
liora. sed in siccis ad seminandū vel plan
tandū sunt vtiliora. multi etiā capita ce
parum sicut ꝛ allioꝝ suspendūt in fumo
supra ignem ꝛ sic ne germinent cōseruā
tur. qd̄ sepe extra terrā facere certū ē sicut
allium nisi ꝑ artificiū caueatur. Item li.
xx. ca. vij. Cepe siluestres nō sunt sapide
neq̄ multū comestibiles. sunt tamē mul
tum medicinales. Ipso eni olfactu cali
gini medentur. magis aūt vnctione pro
uocant. oris vlcera sanant. morsus cani
nos cū melle ꝛ vina curant morsibus eti
am serpentū obuiant. auricularum sonī
tum ꝛ grauitatem emēdant. cū adipe an
serino aut cum melle lumboꝝ dolores iu
uant. vulnera cum melle purgant et sa
nant. Hucusq̄ Plini.

Capitulū XLIIII

De cucumere

c Ucumer. eris. quedam est herba
de qua dicit Isido. li. xvij. cucu/
meres sunt dicti eo ꝙ interdū
sunt amari qui dulces nasci ꝓhibentur
si lacti mellito eoꝝ semen infundaᵗ. Dia
sco. autem dicit. Cucumeris natura fri
gida reperitur ventrem soluit stomacho
accōmodatur. quibus animꝰ deficit suc/
currit odore. folia eius trita vulneribus
medentur que impressit caninus morsꝰ
semen eius tritum cū vino dulci ꝛ potui
datū vesicam adiuuat laborantem. Se
cundū Plini. aūt li. xx. c. ij. ꝛ. iij. dicitur ꝙ
cucumer ortensis et siluestris cuius ra/
dix est magis grossa et alba. ex cuius suc
co fit electuarium qd̄ est necessarium in
multis medicinis.

Capitu͂. XLV

De cucurbita

c Ucurbita s͂m Isi. nomen est grecum cuius origo latinis est incerta. Eius genera sunt multa. vt tangit Isi. li. xvij. Et di. idem Pli. Est autem cucurbita alia domestica et ortensis. alia vo silvestris. domestica vero in ramos et folia pariter et flagella ad moduz vinee se diffundit et quibusdam ligamentis se conectit sicut vitis. et habet quosdam flores albidos quos emittit potissime contra noctem sine appodiatione florere potest. sed fructus eius vix pficit imo deficit vel putrescit qn̄ ad modum vinee a terra non erigitur et lignis vel virgulis nō sustentat͛. Est aūt cucurbita s͂m pla. frigide et humide cōplexionis et in qualitatibus tempate. In calidis regionibus pcipue inuenit͛ cuius semina in terram proiecta herbam pcreant ex q̄ pducunt͛ albi flores. et tandez fructus pleni semine et medulla cuius cortex primo mollis. sed qn̄ puenit ad maturitatez ad modū ligni indurescit. fructus eius quādo noui sunt cōueniunt cibis et semina medicinis. Sunt autem semina ei͛ diuretica et diurisita pter sue substātie subtilitatem. et iō valent cōtra opilationē epatis et renū ac vesice. acutam patientibus cucurbita elixa vel assata cibus ē et medicina. Nam materiam infirmitatis purgat p vrinam et aliquātulū laxat. calorem reprimit alterat atqꝫ cōfortat. semina eius post maturitatem colliguntur abluūtur et ad solem desiccant͛. ne ꝑ͂ humiditatē supfluam corrumpant͛. In loco sicco p triennū reseruantur Ducusqꝫ Plate. Scd͂m Plini. aūt succus cucurbite valet cōtra ignem sacrū. et cōtra tu͂ore͂ oculoꝝ. mitigat dolorem auriū si tepidus immittat͛. semen eius tritū i pulverem et inspsum replet cauata vulnera Cinis corticis valet cōtra cōbustutam Dicit aūt adhuc Pli. li. xx. ca. iiij. est cucurbita silvestris digitalis grossitudinis nascens in saxosis locis. Cuius succus stomacho et visceribus multū pdest renū et lumboꝝ. palisi subuenit. medulla cum absinthio et sale doloreꝫ dentium tollit. succus eius cū aceto calefact͛ mobiles dentes sistit. caro eius sine semine clauis pedū. i. apostematibus succurrit vinū cū ea ferueefactū oculoꝝ impetus tollit. folia eius cocta et trita vulneribus subueniūt. semen eius potatū cū vino venenū vincit et comedi nō debet. qꝛ inflatiōes facit. Est aūt cucurbita agrestis s͂m Isi. li. xvij. idem ꝙ coloquintida herba multum amara quēadmodū cucurbita sup terram flagella tendit hn̄s folia magna grauis odoris vt cucurbita. et fructū rotundū facit sicut cucumer vsualis. vt di. Isi. q̄re supra de natura coloquintide

Capitulū XLVI

De celidonia

c Elidonia est herba croceos hns flores atqꝫ fructū croceū tangētis man͛ intingentem sic dicta. eo ꝙ in aduentu hyrūdinū videt͛ erūpere vel florere. vt di. Isi. li. xvij. Celidon enī grece hyrūdo latine dicit͛. et subdit. Isi. Uel dicit͛ celidonia. qꝛ pullis hyrundinū si oculi ledant͛ matres earū illis ex hac herba medicātur Idem etiā recitat Pli. l. ꝙ succo celidonie oculo hyrūdinū eruti siue lesi ad statū pristinū reuertuntur. Alias siquidem notabiles habꝫ virtutes. habet enī vtutē dissoluēdi attrahendi cōsumendi vt di. Dyasc. dolorem dentiū mitigat. caput purgat. menstrua puocat. et matricem mūdat. fistulā oris et cancrū curat. s͂m Pli. Dyas. et Plate.

Capitulū XLVII

De centaurea

c Entaurea est herba amarissima calida et sicca in tertio gradu. et ideo fel terre est vocata. vt dicit Isi. qꝛ a chirone centauro eius virt͛ primitus est inuenta vt dicit idem li. xvij. Est autem duplex scilꝫ maior et minor. Prima maiores habet ramusculos et flores. et est maioris efficacie q̄ȝ minor. vt dicit͛ in Plat͛. et ibidem dicit Constan. ꝙ radix maioris calida est et sicca in scdo gradu. et habet quandā amaritudinē cū dulcedine. et iō hꝫ vtutē conglutinādi.

et ex amaritudine habet vim diureticaz et diuisam plus valent flores et folia i medicina q̃z alia que sunt in ea. dolorez ventris sedat. visum clarificat. renes et splenem deopilat. paralisiz curat. vmes ventris cum melle necat vulnera radix ei⁹ cõsolidat sic di. Pli. Diasco. ⁊ plat.

Capitulũ XLVIII

De daphni

Daphnis grece laurus dicit᷑ latine vt di. Jsid. li. xvij. Et est laurus a verbo laudis dicta. Lauri eni ramis ⁊ folijs cum laudibus victor capita coronabant᷑. et iõ apud ãtiquos laudea vocabat᷑. sed post sublata litera d et surrogata. r. laurus est dicta. s. e quondam dicebatur medidies que nsic meridies solet dici. vt di. Jsi. Hãc arborẽ greci vocant daphnez eo q nunq̃z deponat viriditatem. Hyeme eni viret ⁊ estate. ⁊ ideo inde victores potissime coronãtur. vt di. Jsi. et subdit. Hec sola arbor a vulgo credit᷑ minime fulminari. vñ fuit appollini antiquitus ɔsecrata. de qua dicit magister in histo. sup illud vbum Consuluit Jsaac dominũ sup Gen. xxv. Rebecca ex more gentiũ quem viderat i parentibus speciem lauri quam tripodẽ dicunt capiti supposuit. et ramis arboris q̃ agnuscastus dicit᷑ incubuit vt visiones veras videret ⁊ fantasticas non sentiret De lauro siquidem dicit Pli. li. xvi. ca. xxx. Laurus triumphis ꝓprie dedicatur que gratissima est domibus cesaruz atq̃z pontificũ. qz domos exornat Et sũt duo genera eius. s. delphica ⁊ ciprica. Lauro delphica delphis primo coronati sũt triumphantes. Ciprica vero romani primo suos coronabant. mõ autem multe species laurorꝫ inueniũtur sed differũt in vitore ⁊ magnitudine ⁊ similitudine baccarum. Est aũt arbor multiplicis speciei. et enumerat Plini. xiij. species eius arboris inter quas ponit quandam speciez lauri quam dicit fuisse magno ioui ⁊ appollini delphico dedicatam. Et ideo tell⁹ laurifera in domibus et in satis a fulmine manet tuta. Sine autem lauri p̃sentia non solebat apollo dare responsa sua. et ideo quia diuinis credebatur cõuenire honoribus. honorem triumphis obtinuit. nec licebat laurum pollui vsib⁹ illicitis et ꝓphanis. qz ꝓpter ꝓpiciãda numina sup altare poni debuit et offerri. cesar autem tyberius celo tonante. laurum in capite solitus erat ferre sicut ferũt᷑ cõtra fulminum metus. Narrat etiaz ibidem Pli. miraz rem q cũ augustus sederet in quodam orto iuxta drusillaz augustam decidit aquila de alto gallinam miri candoris illesam in gremium cesaris tenuitq̃z gallia laureũ ramũ i rostro suo onustum baccis multis. gallinam ⁊ sobolem iusserunt auruspices obseruari. et baccas laureas seminari et cum diligentia custodiri. ex quibus ꝓuenit silua triũphans cuius postea cesar laurum in manu tenuit et coronam in capite gessit. ac deinde alios cesares eodem modo ex eadem silua post obtentum triumphũ oportuit coronari. Hucusq̃z Pli. De lauro siquidem addit Dyasco. q est arbor elegãtis forme et magne aromaticitat᷑ ac mire efficacie ac virtutis. nam folia eius viridia que multũ odorifera sunt si cõtundantur mitigant ⁊ sanant puncturam apum ⁊ vesparũ. et omnem tumorẽ spargunt libros et vestes cum quibus ponuntur a tineis ⁊ vermibus custodiũt ⁊ a corrosione tutos reddunt. fructus lauri dicitur bacce lauri. et sunt grana exterius nigra vel subrufa. interius alba et vnctuosa in figura sperica. in complexione calida et sicca in secũdo gradu subtilez habent subãm. et habent virtutem depurãdi confortandi. ⁊ ideo in multis ponuntur vtiliter medicinis ex quibus fit oleum p̃ciosum qd valet cõtra multas et p̃cipue cõtra frigidas passiones.

Capitulum XLIX

De diptanno

Diptannus est herba medicinalis. cuius radix maxime conuenit medicinis. et debet eius substantia esse solida non pforata que cum frangitur non puluerisatur. Virtutẽ habet dissoluendi attrahendi venenũ et cõsumendi. Vñ valet ɔtra venenosos mor

de balsamo in [illegible] dulcessime manne pro. [illegible] de ciperro [illegible] ciperus est quedam [illegible] [illegible]

sus. et supposita vulneri et potata. vt di. Dyasc. et Plate. cum paucis additis di citur in multis habere virtutem tiriace. menstrua prouocat et educit secūdinas et fetum mortuū excludit. epilenticis et paraliticis cum succo rute subuenit vt dicit idem Dyasc. De hac herba dicit in Pli. li. xxv. ca. viij. Ceruę inquit diptannū primo ministrauere. nam eius herba comedūt vt facilius pariant. et si sagittis fuerint lese diptannū querūt quem comedentes ferrū excutiūt in vulnere derelictum. Item dicit Basili. in exameron et Ambro. et expositor supra can. vbi loquitur de hinnulis ceruorum. Hec herba scdm Pli. crescat in pluribus locis sed illa minus est laudabilis q̄ crescit in agris pinguioribus siue crassis. que aūt crescit in locis asperis et siccis melior est cuius minima portio gustata accendit os vt di. idem Isi. li. xvij. sic dicit. Diptannus ē mōs crete ex quo diptannus herba nomē accepit. Vñ virgilius. Ceruа vulnerata saltus pagrat diptannū querit tanti enim virtutis est vt ferrū a corpe excutiat et expellat. vñ et eius pabulo fere percusse eiciunt sagittas corpi inherentes. hanc quidam pulegiū martis vocant. qȝ vim tela eijciendi bellica p̄tātem. vt di. Isi.

Capitulum L

De draconteа.

Dracontea est herba quedam sic dicta. eo q̄ hasta eius in modum colubri sit maculis respersa similitudinemq̄ȝ imitet vipere vel draconis vel q̄ herbam ipam vipere timent vt di. Isido. li. xvij. Hec aūt a multis serpentaria vel colubrina nūcupat. nam florem habet purpureum diuisum et aptum sic͡ os serpentis de cuius medio pced it lingua q̄si serpentea acutā nigra et rotunda et in medio floris ipius surgit quasi caput femine grosso et rotūdo. prius viride deinde rufum efficitur qn̄ incipit maturescere. Herba ista fm Dyasc. magne efficacie est et virtutis. nam radix eius exiccata et puluerisata cū aqua rosacea faciē mūdificat clarificat et colorat. cū sapone gallico fistulam sanat mūdat et desiccat et os eius dilatat vt os fractum vel putrefactum queat extrahi cū aceto et calce viua cancrum curat. foliū eius cū vino decoctum apostemata maturat. succus eius auditum ex frigida causa lesum sanat. visum clarificat. mēstrua puocat. emorroidas. i. inferiores venas sanguinē fluentes cōsumit et desiccat. succus eius interius sumptus aborsum puocat. odore suo serpentes fugat. nec ledit corpus a serpēte si eius succo inunctum fuerit aut linitum. Dicitq̄ȝ Dyasc. et Plat.

Capitulum LI

De draganto

Dragantum fm Plate. et Auicen. est gummi cuiusdam arboris cuius humor vel actione caloris vel cōstrictione frigiditatis natural' indurescat. cuius spēs est triplex. nam ē album purum et clarum. et illud melius est. Est etiam subrufum et citrinū qd nō est adeo bonū sicut albū cui nihil terre admixtum est. qd albū est cōuenit frigidis medicinis. subrufum et citrinū debet poni in calidis. per. xl. annos seruari potest. virtutem habet infrigidandi humectandi et mūdificandi ex frigiditate et humiditate et conglutinandi ex sua gūmositate. valet cōtra vicia pectoris in electuarijs et sirupis. nam pectus siccum humectat. humorem perditū restaurat. tussim sedat. scissuram labiorum et oris vlceratiōnem cōglutinat atq̄ȝ sanat. faciem mūdificat et dealbat. artheticos iuuat. cōtra dissenteriam pdest. vt dicit in Plate.

Capitulum LII

De ebeno.

Ebenus est lignum ethiopicum colorem habens nigrum tactum lenem et planum durum et ponderosum. Unde propter pororum compactionem positum in aqua statim submergitur atq̄ȝ petit fundum. vt dicit in li. vegetabilium. Est autem gustu stipticū et mordax qd igni appositum citius rapit ignē et suauem fumum emittit et odorem in cocticula cōfricatum rufum ostendit colorem. Uirtutem habet purgatiuam et cō

fortatiuam. et iō collirijs vtiliter adhi-
betur sicut dicit Plini. ⁊ Dyasc. De ebe-
no etiam ait Isi. lib. xvij. Ebenus inq̄t in
india crescit ⁊ in ethiopia. qui cesus diu
indurescit in lapidem. cuius lignū nigrū
⁊ cortex lenis vt lauri. indicū maculosū ē
et variū sed melius est qđ in nullo ē ma
culosum sed nigrū est ⁊ lene. Solet aūt
poni iuxta crepundia vt infantem visu
nigra nō terreant vt dicit Isi. ⁊ Virgili᷑
Ebenū cōmendat Pli. li. xij. c. v. di. Ebe
nū esse arborē p̄ciosissimam auro ⁊ ebori
cōparabilem. ⁊ iō solebant ethiopes lignū
ebenū cum auro ⁊ ebore offerre impato/
ribus p̄ tributo. vñ et regina saba legit᷑
talia ligna dedisse salomoni. iij. Regū. x

Capitulū LIII

De edera

e

Dera ab herendo est dicta vt di
cit Isi. eo q̄ arboribus adhere/
at. vel dicit᷑ ab edo. q̄z sumpta in
cibum a capris lac multiplicat vñ nutri
untur hedi. radix eius durissima/ p̄forat
frigide est nature et frigidam indicat es
se terram vbi crescit virorem diu seruat
et nō p̄dit folia que diu virent. amari et
stiptici est saporis. Edere aūt fm̄ Plini
Isopus est herba breuis ⁊ modica inter petrosa crescens et in radice petre solide se infigens vt dicit cassiodorus super Psal. hanc herbã dicit Dyas. esse calidam ⁊ siccam in tercio gradu. huius virtus consistit in floribus ⁊ folijs plus q̃ in stipite vel in radice. in estate autem producit flores qui debent colligi ⁊ in loco vmbroso mundo et non fumoso desiccari. habent virtutẽ dissoluendi ⁊ consumendi ⁊ attrahendi mũdificandi pulmonem. ⁊ omnia vicia pectoris ex causa frigida purgat ⁊ mundificat si cum ficubus siccis in vino decoquatur ⁊ patienti prebeatur. dolorẽ stomachi ⁊ intestinorum tollit. fomentum ex aqua decoctionis eius a superfluis humoribus matricem mundificat ⁊ abstergit. herba isopi in testa calefacta ⁊ capiti superposita catarrum frigidum compescit vuulam cadentẽ reprimit. dolores ex ventositate tollit. Dicitur autem hec isopus hoc isopum ⁊ a quibusdam autorib⁹ eius media corripitur ⁊ a quibusdã producitur. Dicitur etiã in aurora. Est humilis perrecq3 suis radicibus herens. Et vicijs ysopus pectoris herba medens. In anticlaudiano autem producit alanus. Se celum terre conformat cedrus ysopo. Et iterum alius dicit. Pectoris herba cauas rupes incidit ysopus. ⁊ iterum alias. Ad pulmonis opus confert medicamen ysopus. Tante etiam autoritatis fuit herba q̃uis modica apud veteres. vt dicit Pli. ꝙ sine ipsius aspersione se purificare non posse in delubris reputarent. vnde etiam apud hebreos fasciculo ysopi mundandi solebant purificari. vt patet Exo. xij. et Leuit. xij. et Numeri. xv. insup ei⁹ puluis valet contra ydropisim. vt dicit Dyas. liuorem a corpore mundat. ⁊ colorem vultibus optimum administrat dolorem dentiũ mitigat. tinnitus aurium sedat ⁊ etiã lumbricos necat. vt di. idem.

Capitu. LXXXVI

De iacincto

Iacinctus est herba habens florem purpureum. traxit autẽ nomen a puero quodam nobili quẽ in saltibus inter flores purpureos mortuus est repertus. deditq3 nomẽ herbe casus funeris puerilis. est etiam similis viole in floribus et radice. vt dicit Isidorus libro. xvij. eiusdem nominis pariter ⁊ coloris est quidã lapis p̃ciosus qui inter duodecim lapides p̃ciosos in apo. numeratur. Iacinctus itaq3 est nomẽ hominis lapidis atq3 floris. proprius itaq3 color eius est aereus siue celestis. purpura autẽ habet colorem sanguinis siue ignis sed bissus niuis. his. iiij. coloribus colorata fuerunt sacerdotalia vestimenta in veteri testamento.

Capi LXXXVII

De iusquiamo

Iusquiamus grece a latinis diciť caniculatis eo ꝙ in hasta ei⁹ ex vtroq3 latere quedã crescunt capitella formata in figura cãtarorꝫ sicẽ videre in malispunicis seu granatis vt dicit Isi. li. xvij. quorꝫ ora sũt sepata ⁊ diuersa hñtia int⁹ semia silia papaueri. hec

herba insana vocat. q2 vsus eius piculo/
sus est nam si edat vel bibat insaniam fa
cit vel somni imaginē torpidam. et ideo
hanc vocat vulgus milimidiū ꝓpter alie/
nationē mentis quā inducit. hec aūt cum
sit herba venenosa habet semen nigrū ru
beum ⁊ albū. vt di. dyas. ⁊ pli. nigrū pessi
mū est ⁊ mortiferū. rubeū est minus ma
lum sed albū adhuc minus. vnde huius
vsus magis cōuenit medicine. virtutem
habet cōstringēdi. mortificādi ⁊ somnuz
prouocādi habēs semen nigrū habet fo/
lia nigra aspera ⁊ dura. ⁊ florem purpu/
reum ⁊ folliculos duros ⁊ solidos ⁊ spis/
sos. habens vo semen obrufuz flores ha
bet melinos ⁊ folliculos molliores. sʒ ha
bens semen albū habet flores albos ⁊ fo/
lia pinguia ⁊ mollia succo plena. ⁊ est her
ba frigida in tercio gradu. ⁊ sicca in secū
do ⁊ ideo tumores repcutit. ventrē strin/
git. fluxū sanguinis sistit. dolorē dentiū.
alij habent renum de calida causa tollit.
reuma calidū ꝯpescit. huc usqʒ dyas. ⁊ pli.
De semine siquidē iusquiami dicit are
sto. li. vegetabil. semen heleni. i. iusquia
mi qd est mortiferū apud ptes in hieru
salem est comestibile de quo patet ꝙ ei⁹
malicia ⁊ venenositas per bonitatē terre
vbi crescit vel maliciam diminuit vel au
getur. De iusquiamo dicit magister in
hist. super exo. ꝙ in tiara siue summi pō
tificis corona stabat flos erectus simi/
lis herbe quā greci iusquiamos vocant.
digiti vnius magnitudine. sub illo autē
flore in extremitate tiare circa frontem
et occiput erat circulus aureus triplici
ordine distinctus sup quā stabant flores
aurei similis plantagini a tmpe ad tim
pus ⁊c. vnde in hoc fuerūt priuilegiate
iste herbe ꝙ earū similitudo in cidari sa/
cerdotis summi figurari meruit.

Capi. LXXXVIII.

De castanea

Castanea est arbor magna ⁊ pcera
sic a grecis vocata. vt dicit Isid.
libro. xvij. eo ꝙ fructus eius ge/
mini in modū testiculoꝝ intra folliculuz
recōditi sunt. qui dū eiciunt castrant. ⁊
ideo tales arbores a castrando castanee
greco vocabulo nuncupant. hec arbor vt
excisa fuerit tanqʒ silua expullulare con
sueuit. vt dicit Isi. hec arbor est multum
vtilis. nam eius lignū valet ad edificio
rum structurā ad igniuz nutrimentū. ei⁹
fructus valet ad cibum ⁊ cortices ⁊ folia
ad medicinā. fructus siquidē eius ꝗuis
sub vili cortice aspero et duro in arbore
abscondat. tamen quādo maturus extra
hitur dulcis inuenit. potissime quādo de
coquit vel assatur. sicut autē subdit ysaac
in dietis. castanee sunt calide in medio
primi gradus. ⁊ sicce in secūdo. ⁊ ideo ra/
tione caloris habent dulcedinē. ratione
vero siccitatis habent ponticitatē. Casta
nee tamē nimis comeste sunt inflatiue ⁊
doloris capitis ꝓpter inclusum fumū ge/
neratiue. sed vt ab eis nocumentū aufe
ratur optet ꝙ assent vt corpulentia ear
et terrestreitas rarificetur vel vt i dulci
aqua decoquant vt ex aque humiditate
et mollicie tempent. ⁊ tunc bene nutriūt
et laudabiles humores generāt ⁊ corpo/
ris ac pectoris siccitatē generāt. ⁊ maxie
si cum zucara comedāt a colericis ⁊ fleu
maticis cū puro melle. valent etiaz ṡm
medicinā q2 abominatōis ⁊ vomit⁹ sunt
constrictiue ⁊ ieiuni intestini cōfortati
ue. Item castanee cū modico sale trite ⁊
cum melle pate rabidi canis vel homi/
nis morsus sunt optime sanatiue. Itez
cum farina ordei ⁊ cū aceto cataplasma/
te tumoris māmillaꝝ sunt efficaciter re
pressiue. Item earū cortices ⁊ folia vsta
et puluerizata ac cum vino pata adole
scentis capiti ad moduz cataplasmatis
apposita augmētant capillos ⁊ phibent
coꝝ casum. huc usqʒ ysa. in dietis.

Capitu. LXXXIX

De lauro

Laurus ē arbor victorialis digna
multis laudiuz pconijs propter
singularē gratie sue excellentiā
et ꝟtutis. ꝓpter qd ⁊ victores quōdā ob
tēta victoria sertis laureis coronati lau
reati dicebātur quam greci daphnē vo
cant cui⁹ ꝟtutes ⁊ singulares ꝓprietates
supra posuim⁹ in hoc eodē libro in litera
a. quere ibi ⁊ inuenies.

Capitulum. XC.

De lentisco

L Entiscus est arbor humilis ⁊ medicinalis que a grecis et hebreis scinus alio nomine nuncupatur vt dicit glo. sup dan. xiij. cuius foliorum succus sanat ⁊ conglutinat scissa labia siue alia vlcera vt dicitur ibidem. ⁊ dicitur lentiscus eo quod eius cuspis mollis sit ⁊ lentus. nam quod molle est ⁊ flexibile lentum dicere consueuimus vt dicit Isi. li. xvij. Istius arboris fructus oleum desudat ⁊ cortex resinam que mastix appellatur. ⁊ est melior que in chio insula generatur. vt dicit Isid. li. xvij. folia istius arboris secundum dyas. ⁊ plat. ⁊ pli. sicut et tota arbor calida sunt valde et sicca et habent virtutem constringendi ⁊ consolidandi ⁊ confortandi. ⁊ ideo valent contra vomitum ⁊ omnem fluxum tam sanguinis quam humorum aliorum. similes virtutes habet gummi eius. s. mastix que a masticando sic dicitur eo quod masticata efficitur glutinosa et dura ad modum cere circa dentes. et sic masticata gingiuas a putridis humoribus purgat dentes mobiles confirmat ⁊ dealbat ⁊ eorum radices roborat ⁊ confirmat malum anhelitum amputat et emendat Hec mastix ita colligitur in fine veris cortices scini siue lentisci inciduntur ⁊ mundificata terra vestes munde supponuntur ne liquor cadens in terram cadat. vnde que clara est et munda ac alba est eligenda. que vero habet terram admixtam ⁊ est obscura est abijcienda. cerebrum emundat ⁊ depurat ⁊ multum excreare facit. virtutem digestiuam confortat. ventositatem attenuat. liquefactum super tegulam calidam omnia fracta gemmas scilicet ⁊ alia miro modo consolidat. dicit etiam Pli. sic ⁊ Dyas. scinus arbor est spinosa multum cum radice alta. in plurimas partes diuisa fructum habens similem mirto. sed minorem rubeum interius quando est maturus ⁊ asperam lanam intus cuius succus sanat fluxum mulierum.

Capitulum. XCI.

De lilio

L Ilium vt dicit Isidorus est lactei floris herba cuius candor cum sit in folijs auri tamen species intus fulget. De lilio autem dicit Dyas. et Plat. lilium calidum est Et humidum ⁊ aliud est siluestre ⁊ aliud domesticum. et aliud gerit purpureum florem ⁊ aliud album quod est efficacius. ⁊ aliud croceum vel purpureum. Est autem virtus lilij maturatiua. vnde valet contra apostemata si cum axungia conteratur. Item ei inest virtus remollitiua. vnde valet contra splenis duriciam si eius succo oleo veteri admixto ⁊ bene incorporato splenis regio inungatur. Item ei inest vis mundificatiua. vnde valet ad faciem colorandam. si puluis eius cum aqua rosacea admisceatur ⁊ inde facies abluatur. Item mitigatiua ⁊ ideo folia eius decocta et imposita valent ad loca que sunt combusta. idem facit radix eius si trita cum oleo apponatur. Item virtus eius est apertiua ⁊ compactorum dissolutiua ⁊ ideo educit purgationem menstrualem. Item virtus inest ei tumoris repressiua. ⁊ ideo valet contra apostemata ex ventositate inflatiua si radix eius trita scilicet cum oleo sepius apponatur Hucusque dyas. De lilio autem sic dicit pli. Lilij radices multis modis nobilitant florem suum. nam potate cum vino serpentum ictus sanant. ⁊ valent contra fungorum maliciam ⁊ venenum decocte in vino oleo admixto clauos pedum ⁊ nodos soluunt. pilos quoque locis adustis reddunt. in vino etiam decocte addito melle venis vel neruis precisis subueniunt. folia eius cocta in vino vulnera sanant. semen eius contritum igni apponatur sacro. flos ⁊ folia subueniunt vlcerum necessitati. Hucusque Pli. libro. xx. ca. xx. Item in eodem libro ca. v. Lilium rose nobilitati primum est ex quadam vnguenti cognatione inde fit nobile vnguentum siue oleum quod liliorum appellatur. sicut ⁊ de rosis oleum rosaceum fieri consueuit. De radice eius procedit hasta interdum trium cubitorum. deinde dependet ab eius summitate flos declinis ab angustis in latitudinem se relaxans ⁊ dilatans ad modum campanelle resupinus et in circuitu labiorum intus habens quasi tenue filum continens in se semen stantibus in medio crocis. vnde lilio nihil gratiosius est. quo ad decentiam coloris odoris redolentiam

et efficaciam corꝑis ꝟtutis. eius color est triplex albꝰ rubeus ⁊ purpureus. huc usqꝫ pli. li. xx. ca. v. habet aũt liliũ radicẽ ex multis bullis cõsistentẽ sicut allium. vt dicit Aresto. li. vegetabiliũ ⁊ in singulis bullis est ꝟtus seminatiua. ⁊ ideo ex vnoquoqꝫ crescit planta qũ ꝑ se plantatur. de hoc quere supra eodẽ de allio in litera a. Dicit aũt ad ꝑdicta aresto. ꝙ hasta lilij que nodosa est si incuruat in terram et cooꝑiatur anteqꝫ aꝑiat semen eius et radix eius siue cepa nõ eradicet statim infra paucos dies inuenies ꝙ a quolibet nodo stipitis sui emittit cepulam ꝑuã q̃si esset illa de tunicis suis siue de bullis. cepulis scꝫ radicis ⁊ hoc ẽ mirũ valde. Itẽ ibidẽ sequit. flores lilij prius sunt virides post albescũt. et si stipes siue hasta a radice totaliter abscidat. qꝛ totꝰ humor stipitis est inclusus naturalis calor in medullã se cõuertit ad suꝑiorẽ ꝑtẽ stipitis ⁊ digerit materiã ipsius floris ⁊ tunc expãdit se flosculꝰ ⁊ albescit humore primitꝰ tunc digesto. ⁊ ideo vt dicit ibidem verificatores compauerũt liliũ intellectui humano q̇ in fine sollicitat de eternis. Item ibidẽ dicit ꝙ liliũ nõ habet rationẽ sementinã in semine ⁊ radice ⁊ in hoc differt a porro ⁊ allio que hñt rationẽ seminis in multis locis de hoc q̃re supra de allijs ⁊ cepis in litera a et c. Lilij insuꝑ hasta nouiter cum flore abscisa glebe argillose infixa in virore seruat diutius florem suũ. flos lilij quãdo integer est ⁊ intactus ꝑmanet multũ. suauiter redolet. cõfractus vero manibꝰ ⁊ confricatus multũ fetet ipsum quoqꝫ florez cum semine solũ pro fructu habet totam etiam ꝟtutem quã habet liliũ in stipite et radice totũ ostendit in capite scilicet et in flore ⁊ in semine. ⁊ quãto flos ipsiꝰ altius in hastuli erigit tanto caput submissius inclinat. flos insuꝑ eius exteriꝰ est planus suauis tactu ⁊ forma rotũdus aspectu delectabilis et iocũdus. interius autem granis aureis in sua concauitate est respersus que tingunt plus q̃ꝫ crocꝰ. et hec tingentia grana septem hastulis sustentãtur. vnde ex sex folijs candidissimis simul contiguis cõponitur. ⁊ ex seꝑtem granis aureis intrinsecꝰ decoratur in quoꝝ medio semẽ eius loco fructꝰ miro decore collocat et circũ expansi floris beneficio teneritudo seminis a lesione frigidi aeris custoditur.

Capitulum XCII

De lactuca

Lactuca vt dicit Isidorus ex lactei humoris exuberantia ẽ vocata. quia nutrientes mulieres lacte implet. hec in viris veneris motũ arcet cuiꝰ duplex est species. s. domestica et agrestis quã feraliam vocamus eo ꝙ dorsum eius aculeos habet duros ad modum serre. vt dicit Isid. li. xvij. ca. vltimo. de qua dicit ysa. in dictis. lactuca agrestis domestice in forma est similis sed longiores habet frondes subtiliores asperiores ⁊ minꝰ virides ꝓpter sue humiditatis ꝑuitatẽ. ⁊ ideo multe est amaritudinis ⁊ ponticitatis respectu illiꝰ que domestica est qꝛ maioris est caloris ⁊ siccitatis. ⁊ ideo multi dicunt ꝙ menstrua ꝓuocat ⁊ humores crudos expellit. vt dic dyas. lactuca vero domestica frigida est ⁊ humida sed tꝑate. ita ꝙ in neutra qualitate excedit modũ. ⁊ ideo eius vsus congruit vsui medicine. subtilẽ habet substantiã ⁊ maxime qñ erit recens. et ideo cito digerit ⁊ stomachi arsurã ⁊ morsurã ex colera rubea sedat. sanguinis ebulitõnem refrigerat. insomnietatẽ placat. capitis dolorem ex fumo colerico sanat lac in mulieribꝰ multiplicat ⁊ semen in viris generat ⁊ augmentat. ⁊ hoc accidit ꝓpter bonitatẽ sanguinis quem gignit in ꝑfecta quãtitate. ⁊ in ꝑfecta etiã qualitate sed quãdo antiquat ⁊ induratur minuitur eius humiditas ⁊ amaricatur. ex vsu eius sanguis ꝑssimus generat. virtus visiua inde deficit et debilitat. cuius causa est sensus animalis mortificatio. quia cuꝫ sua ponticitate sensum suffocat naturalez. ⁊ ideo talis lactuca generare volentibꝰ maxime est nociua. nã materiam cõgelat. coagulat seminalẽ. ⁊ ꝑcipue semẽ eius si in cibo aut in potu sepius assumat. Huculqꝫ ysa. in diet. Plinius autem li. xx. c. viij. de lactuca di. Est species

lactuce sponte nascentis quaȝ caprinam
vocant quia proiecta in mare protinus
necantur pisces qui sunt in vicino. cuius
lac cū aceto ꝛ aqua ꝛ vino ydropicis me-
detur. cuius caule et folijs cōtusis asperso
sale nerui incisi sanantur. alia est species
lactuce que nascitur in aruis cuius folia
trita cum polenta illita vlceribus sanāt
et hāc greci ysopon vocant. tercia species
est que crescit in siluis quā ysteraton vo/
cant. cuius folia trita cum polenta vul/
neribus prosunt. sanguinē sistunt et pu/
trescentia vulnera sanant. radice et fo/
lijs mitigant ignem sacrū. est ꝛ alia spe/
cies lactuce habens rotūda folia ꝛ breuia
quā multi heratiam vocant cuius succū
accipitres scalpendo herbam extrahunt
et inde tingentes oculos discutiunt ob/
scuritatem ꝛ caliginem cū senescunt. cu/
ius herbe succus sanat omnia vicia ocu/
lorum ꝛ maxime quādo ei lac mulieris
admiscetur. serpentū morsibus ꝛ scorpio
num ictibus medetur. si succus eius cuȝ
vino potetur ꝛ folia trita super vulnus
emplastrētur. omnē etiam inflationem
discutit ꝛ compescit. semen etiaȝ lactuce
tam siluestris ꝙ domestice libidinis ima
ginationes in somnis cōpescit. ꝛ corpus
pollui non ꝑmittit si in cibo frequēter as
sumat. frequēs tamē eius vsus ꝛ nimius
visus oculorū efficit obscuritatem. Mul
tas aľs laudes ei attribuit plinius in eo
dem ca. sed hec sufficiant.

Capitulū. XCIII.

De lappa

LAppa est herba habens folia la/
ta et spissa circa terram habens
in summitatibus hastularū que
dam capitella spinosa ꝛ aculeata sed re
curua que vestibus transeuntiū solēt ad
herere. Unde dicit Isidorus libro. xvij.
lappa est dicta eo ꝙ habeat caulem in/
gentem per terram dispositam que a gre
cis philantropos vocatur. eo ꝙ vestibus
hominum adhereat ob asperitatem sui ꝛ
nascitur iuxta muros. et dicitur philan-
tropos id est amans hominem quia qua
dam affectione videtur hominis adhe/
rere vestibus. Cuius species duplex. acu
ta et rotunda ad similitudinem pedis ca
balli disposita vnde et a multis vocatur
vngula caballina. et vtriusqȝ folia gra/
uis ꝛ horribilis sunt odoris pariter ꝛ sa/
poris. vt dicit Dyas. Sed pli. libro. xx
ca. xxij. lappe multe sunt species ꝛ omnes
sunt medicinales. nam ictibus scorpio
num medentur. nec feriunt hominē si in
unctus fuerit succo eius. decoctio eius ra/
dicis iuuat dentes ꝛ etiam confirmat si
tepida in ore teneatur. semen eius inex
tricabilia vicia stomachi curat. reijcien/
tibus sanguinē prodest dissenterijs sub
uenit. nam radix eius cū vino sistit aluū
sed folia adiecto sale soluūt. semen eius
potui datū adiuuat calculosos. tota her/
ba trita cum axungia valet contra stru/
mā huiusqȝ plinius. Scdm plat. lappa
siue lappaciū est herba calida ꝛ sicca ha/
bens virtutem dissoluēdi. relaxandi. ape
riendi ꝛ attenuandi. ꝛ ideo valet contra
scabiem. pruritū. serpiginem ꝛ impetigi/
nem. ꝛ intercutaneum consumit humo/
rem. apostematum dissoluit duriciem ꝛ
tumorem. valet contra frigidam ydropi
sim ꝛ splenis opilationē. succus eius cuȝ
succo tuthe admixtus cerebrum purgat
a fleumatica superfluitate si i modica quā
titate naribus in balneo vel in aere ca/
lido instilletur.

Capitulū. XCIIII.

De lappate

LAppates cibus est ex quibusdaȝ
herbis domesticis recentibus
lappacijs similibus compositus
aut confectus vt dicit glosa super iudicū
ca. xv. vnde alexander nequaȝ ait. Lap/
pates cibus est et olus componit eum/
dem. ßm alios lappates genus caulis ha
bens folia lata vt lappa. sed folia lappa
tis sunt mollia et crassa subalbida plana
inuoluta inter se mirabiliter ꝛ connexa
habens stipitem breuem ꝛ grossum no/
dosum exterius sed mollem interius et
carnosum. hec herba conuenit medicine
et esui. sed inde fit cibus bonus qui diu
seruari potest. si decocta cum aceto sinapi
et melle diligentius cōponatur. ꝛ talis ci
bus vulgariter cōpositū nūcupaľ. cuius

virt᷒e singularis scilicet resistere ebrie/
tati. vt dicit Pli. libro. xx. ca. x. nam ante
cibum comesta cauet ne ebrietas super/
ueniat. post crapulam sumpta compellit
crapulam vt recedat ⁊ vt clamat scola ra
sis al's erasistratis. hac herba nihil est vti
lius stomacho atq₃ neruis. ⁊ ideo parali
ticis ⁊ tremulis iubet eam dari ⁊ sangui
nem excreantibus. lactis vbertatem pre
bet pueris. valet etiam succus aduersus
venenum et serpentum ictibus occurrit
⁊ maxime semen eius similiter valet cō
tra morsum canis. vt dicit Isidorus li/
bro. xvij.

Capitulum. xcv.

De legumine

Legumina ab eligendo sunt di/
cta quasi electa. veteres eni me/
liora legebant et inde sibi ciba/
ria cōponebant. ⁊ dicuntur proprie que/
dam grana tritico ⁊ ordeo maiora ⁊ spis/
siora que non in folliculis sed potius in
quibusdam siliquis grossis ⁊ clausis ori
untur vt patet in pisis ciceribus atq₃ fa
bis. Differunt autem legumina in mag/
nitudine. colore et figura ⁊ sapore. Nā
inter legumina maiora sunt grana faba
rum et lupinorum mediocria cicerum ⁊
pisorum minima lenticulorum et vicia/
rum. in colore differunt. quia quedā al/
ba quedam nigra quedam rufa et que/
dam mixta. In figura quia quedam ro/
tunda quedam oblonga quedam trian/
gula quedam plana. Differunt etiā in
sapore. quia quedam sunt stiptica ⁊ du/
ra. sed per decoctionē fiunt molliora ⁊ ad
esum etiam meliora. quedam enim in se
sunt amara vt lupini. sed per adiectionē
in aqua ⁊ madefactionē efficiuntur dul/
ciora. et vt dicit Plinius legumīa quan
do incipiunt maturescere rapienda sunt
quoniam cito exiliunt. latentq₃ dum de/
cidunt vt lupini sicut dicit Plinius li/
bro. xviij. Est autem legumen substan/
tialiter grossum frigidum ⁊ siccum ad di
gerendū durum ⁊ cōpactum. vnde pro/
pter suam cōpactionem difficiles sunt
ad coquendum. nec etiam possunt bene
decoqui in aqua puteali imo ad pfectā
decoctionem indigent aqua fontana si/
ue fluuiali. Cibo itaq₃ rudis ⁊ grossus q̄
de leguminibus fit. est succus conueniēs
hominibus fortioris nature ⁊ cōplexio/
nis. nam leguminosa ex se ad digeren/
dum sunt dura. sed digesta multum nu
triunt ⁊ confortant sed naturaliter sunt
inflatiua. et ventositatis generatiua. sed
eorum ventositas diminuitur per corti/
cis decoctionē ⁊ assationem ⁊ per eorum
que ventositatis sunt exterminatiua ap/
positionem vel assationē vt ciminū ane/
tum ⁊ similia. vt dicit dyas.

Capitulum xcvi

De lente

Lens tis genus est leguminis vt
dicit Isidorus libro. xvij. sic di/
cta. quia humida est ⁊ lenta. po
tissime quando est in sua herba a qua di/
minutiue dicatur lenticula ⁊ debet scribi
per t ad differentiam vermis capitis qui
dicitur lens dis. et scribitur per d vnde
dixit quidam. Lens lendis capiti. lens
lentis cōuenit ori. Est itaq₃ lens vel len
ticula sicut dicit Isa. frigida ⁊ sicca ex cō
trarijs naturis composita. Nam vnam
virtutem habet in cortice ⁊ aliam in me/
dulla. nam in cortice habet quoddā acu
men ratione cuius mouet ventrem ad so
lutionem sed medulla stiptica est et sto/
machi confortatiua et operatur ad con/
strictionem. grossum et melancolicum
gignit sanguinem ⁊ cerebrū replet gros
so fumo. vnde est causa timidorū et hor
ribilium somniorum ventositate stoma
chum grauat ⁊ inflationē generat. omnes
meatus corporis ⁊ transitus opilat ⁊ ner
uorum ac pellicularū cerebri substantiā
desiccat ⁊ maxime nocet pelliculis oculoꝝ
quia eoꝝ humiditatē distemperat ac desic
cat. ⁊ vt dicit idem sanis nocet ocul' quā
to magis infirmis dessiccationis sue cau
sa ⁊ eius frequens vsus pessimas in corpe
generat passiones potissime si cū cortice
comedatur ⁊ corpus sicce fuerit cōplexio
nis. humidis tamē ⁊ calidis qn̄q₃ pdest
vñ valet ydropicis si sine cortice come
datur. sed cū cortice nocet. q2 multū ge
nerat inflationē et pelliculatum extensi

onem. Lens autē est eligēda que ē grossior ⁊ recentior ⁊ ad coquendū facilior ⁊ hoc tam ad escam ꝙ̄ ad medicinam. lentis malicia tpatur si deponatur cortex et eius medulla in dulci aqua decoquatur. et post abiecta cum oleo ⁊ pipere et cimino ⁊ similib' conditur. Hucusqꝫ ysaac in diet. Dicit autem pli. libro. xviij. ca. xij. lens amat terram tenuē ⁊ subtilem magis ꝙ̄ pinguē. ⁊ celum. i. aerem magis siccum omnia eni legumina diligunt aquā ante florem. sed postꝙ̄ floruerint diligūt siccitatem. ⁊c̄.

Capitulū. XCVII.

De lino.

Linum dicitur tam herba ꝙ̄ semen ⁊ est sic vocatum eo ꝙ molle sit atqꝫ lene ⁊ plurimū delicatum. vt dicit Ysido. libro. xix. Linū autem ſm pli. li. xix. ca. ij. seritur i locis planis ⁊ scrupulosis ⁊ hoc in vere et colligit in estate. Erumpit autem in stipitem siue culmē rectum producēs flores flauos quib' succedunt quedā capitella loco seminis ac fructus. ⁊ cum incipiunt capitella pallescere culmi integri euellūtur et euulsi a suis capitellis semē continentibus carpinātur. deinde partes lini in fasciculos colligātur ⁊ longo tpe in aqua madidant ⁊ extracti de aqua ad solē desiccātur. et post multis tūsionib' ⁊ carpinationib' a suis supfluis expurgant ⁊ sic ptes defecate in fila cōtorquētur ⁊ p multiplicem decoctionē ad albedinē deducūtur. non eni linum a suo virore terrestri potest spoliari et pfecto candore decorari nisi multotiēs cōtundat ⁊ decoquatur et soli appositū aqua iterū ⁊ iterū aspergat et cum sint multa genera lini illud pualet in decore qd̄ solet crescere in egipto. nam inde fit byssus niui cōpabilis in candore. vt dicit pli. li. xix. c. ij. minus tamen habet firmitatis hoc genus lini ⁊ plus lucri. quia inde fiunt vestes gratissime sacerdotū. Est autē linū necessariū ad vsus multos. nam ex lino fiunt vestimenta ad induendū. vela ad nauigandū retia ad venandū ⁊ piscandū. fila ad consuendū. funes ad ligandum. cordule ad sagittandū ligamina ad cōnectendum. linee ad mensurandū. lintheamina ad quiescendum. cortine ad ornandū. sacculi ⁊ bursule ad quodlibet necessariū reponendum. vnde nulla herba tam diuersis vsibus hominū est ita apta ⁊ necessaria sicut linū. cuius semen calidū est ⁊ humidū. vel inter humidum ⁊ siccum tpatum ⁊ vnctuosū. vnde inde fit oleum qd̄ alijs vsibus magis est necessarium ꝙ̄ ad esum. nam vt di. ysaac. semen lini parum nutrit ⁊ durum est digerere nociuū stomacho. ⁊ plurimū inflatiuū diureticū tamen est. assum tamen ⁊ cum melle acceptū melius est ⁊ valet contra tussim. comestū etiā cum melle ⁊ pipere venerem excitat ⁊ stimulat ad amorem valet ad apostemata quia maturat ea. habet eni vim mitigatiuā. subtiliatiuam. rarificatiuā. siue maturatiuam vnde soluit apostema matricis si patiens in eius decoctione sepius foueat vt dicit ysaac. in diet.

Capitulū XCVIII

De malo

Malus est arbor pomifera i se quitem mala. sed respectu lignorum quidem nemoris modica et submissa ligno solida rugosa cortice ⁊ nodosa frondium densitate vmbrosa. florum varietate decora. fructuum suauitate iocunda. vsui ⁊ gustui gratiosa in diuersis medicinis efficax et virtuosa. Dicit autem malū ipsum pomū siue fructus. sed hec malus dicitur arbor siue pomus. ⁊ est sic dicta eo ꝙ eius fructus sit rotundus. vnde et illa sunt vere mala que maxime sunt rotunda vt dicit Ysido. li. xvij. nam malō in greco rotundū in latino dicitur differt autē malus ab alijs arborib' silue vel nemoris. quia malus et maxie domestica duplicis est nature. nam truncū habet a terra productū. surculū autē aliūde venientē ipsi trunco insertū ⁊ vnitū. que duo quādo p insertionē pariter sunt vnita vnā arborē constituūt. surculus autem insertus trunco totam virtutem trunci in suam transmutat qualitatē sicut dicit alfre. sup finem primi libri vegetabiliū q̄ de supra eodē in tractatu de arborū inser

tione circa principiũ. Malus autem ni
si putetur et a superfluis ramis exonere/
tur sterilescit. vt dicit idem. quia humor
attractus a radice non sufficit ad produ
ctionem fructuũ. quia transit in ramorũ
sterilium nutrimentũ. quere supra de cau/
sa fructificationis arborum. malorum sunt
diuersa genera. nam quedam ferũt fru/
ctum ponticũ atque durum quedam aceto
sum quedã dulcem et iocundũ. et horum
fructuũ diuersitas ex diuersa qualitate
humoris procedit et debiliori vel fortiori
operatione caloris existentis in radice si
cut supra in principio tactum est.

Capitulũ. xcix

De malogranata

m alusgranata est arbor ferẽs ma
lagranata. arbor siquidem femi/
nini generis. fructus vero neutri
et dicitur malũgranatũ eo quod intra corti
cem rotunditatẽ contineat et multitudi/
nem granorũ. vt dicit Isido. libro. xvij
cuius cortex dicitur psidia flos vero ba/
laustia nuncupatur. Florum autem. alij
sunt albi alij purpurei. alij rosei reperiũ
tur. hec poma malapunica sunt dicta. quia
de regione punica primitus sunt delata
vt dicit Isido. Est autẽ arbor multũ du/
ra et nodosa et ramosa plus in latum quam al
tum se diffundens. et est frigoris impa/
tiens. vnde in pruina cito perescit flores
eius. Dicit autẽ Aresto. quod malusgrana
ta mutatur a malicia sua per culturã. que
re supra eodẽ. de arborũ cultura. Istius au
tem arboris sm Pli. multe sunt species.
sed de duabus iam loqui sufficiat. Nam
sm Dyas. et Ysa. in diet. malorũgrana/
torum duo sunt genera. alia enim ferũt
poma dulcia calida et humida. alia aceto
sa que frigida sunt et sicca et diutius pos/
sunt ceteris obseruari. dulcia magis cõ
ueniunt vsui medicine. nam tota arbor
medicinalis est et parum conuenit ciba
rijs fructus eius. Unde dicit Isido. li/
bro. xvij. negant inquit medici corpa no
stra malipunici cibo nutriri. sed putant
quod plus congruant medicamento quam cor/
poris alimento. habet siquidẽ tota arbor
sed potissime fructus eius virtutem con
stringendi et confortandi consolidandi et
humores fluidos desiccandi. et fluxũ san/
guinis intercipiendi. et vomitum coleri/
cum compescendi vt expresse docet ysaac
dyas. et pli. si tamen more cõgruo et ordi/
ne debito exhibeantur valent contra singu
las intrinsecas vel extrinsecas corporis
passiones. dulcia tamẽ magis sunt ven
tosa et inflatiua alijs. et etiam sitis minus
in febricitantibus sedatiua. et ideo minus
cõueniũt febricitãtibus quam acetosa. ex quo
rum succo fit potus qui dicitur oxizacra
qui calorem febrilem mitigat materiam
febrilem digerit et alterat. appetitũ pro/
uocat et naturã ex calore deficientẽ repat
mirabiliter et confortat. et valet contra epa
tis calefactionẽ et cordis defectum siue
cardiacã passionem. flores eius et fructus
ac cortices si puluerisent et in potu assu/
mantur vermes veteres necant. gingiuas
et dentes purgant optime et confirmant
et contra multas alias subueniũt passio
nes. vt dicit Dyasc. et ysa. malapunica in
omnibus predictis sunt efficacissima quam/
uis enim sunt crocea exterius in cortice.
et discolorata stiptica insipida et desicca/
ta. interius tamen sunt rubra humida et
mollia iocunda et sapida et miro ac incre/
dibili nature artificio per granulorum
cellulas ordinata. vt dicit Bern.

Capitulum C

De moro

m orus est arbor cuius fructus di
citur morum. vt dicit Pli. li. xvij
morus a grecis est vocata quam
latini rubum vocant. eo quod fructus eius
et virgula rubent. Est autem duplex mo
rus domestica. s. et siluestris. cuius fru/
ctus in deserto pastorum releuat famem
cuius folia superiecta serpentem ipsum in
terimũt. Item dicit Ambro. sup math.
xvij. fructus mori in flore albet. deinde
viret tercio rutilat siue rubet. vltimo ni
grescit atque liuet. nam quanto est matu/
rior tanto nigrior est. cuius fructus tin/
git manus et dentes comedentis sm au
tem Pli. et Dyasc. morus est arbor semẽ
habens ventrifluum id est solutiuum cu
ius succus expressus et ad ignem siue so

lem desiccatus fit stipticus & cōstrictiu⁹. ulcera oris & vulnera sanat faucium tumorem reprimit atq; sedat. corium radicis coctum & potatum ventrem laxat & lumbricos latos necat folia eius cōtusa et imposita oleo cōbustiones sanant decocta cum aqua pluuiali capillos denigrant. morsus palangionis & puncturas aranearū curant. dolorem dentiū placāt et putredinē mundificant gingiuarum mora immatura frigida sunt et stiptica et confortatiua stomachi et cōstrictiua. sed quanto plus maturātur tanto efficiuntur calidiora & etiam dulciora et humidiora comesta multum post prandiū in corruptionem conuertūtur. & stomacho ac capiti multū nocent. a ieiunis vero accepta bene digerūtur sed nutriunt valde parum. Folia mori celsi sunt valde magna & lata que erucis & brucis sunt obnoxia et a vermibus libentissime comeduntur. vnde & vermes sericum egerentes mori folijs optime nutriūtur. tota arbor medicinalis est precipue quo ad cortices fructus folia & radices. Nam si radix eius incisa fuerit gummi emanabit quod valet ad varias passiones. nam ventrem emollit dolorem dentium tollit. Hucusq; Dyas. et Plat. Ex moris fit potus optimus siue nobilis quem moretum vulgariter appellamus quem elephantes cū potant animosiores efficiuntur. vt dicit Rabanus supra libro ij. Mach. v. cap. fit inde electuariū diamoron dictum. quod valet contra squināciam & gutturis ac fauciū passiones vt dicit Plat.

Capitulum. CI.

De mirto

Mirtus fm Isidorum est dicta. eo q in litoribus maris solet sepius oriri. vnde virgilius. Litora mirtetis letissima. & alibi amantes litora mirti &c. hinc est q a grecis mirtetis dicitur. medicorū autem libri hanc arborem aptam scribunt multarū necessitatibus mulierū deputatā. hucusq; Isid. fm Pli. autē vel Dyas. mirtus est arbustum ad modū fruticis crescēs potissime iuxta mare. cui⁹ fructus flores & frōdes conueniūt medicine. meliores autē sunt fructus q flores. & habent diutius cōseruari. sed melius in solis calore q in aura vmbrosa habent talia cōseruari. & quāto sunt simpliciter fructus recentiores tanto sunt meliores. & habent omnia illius fruct⁹ substātialia virtutē ponticā & cōstrictiuā & ex aromaticitate cōfortatiuā etiā ex natura ꝓpria fluxus superflui restrictiuā & virtutis retentiue in corpe cooperatiuā. vnde valet contra fluxū reumatis ad spiritalia mēbra defluētis si decoquatur in aqua pluuiali & inde pectus fomētetur. vomitū etiam restringit si decocti ramusculi eius cū aceto sup stomachum apponātur. de ea puluis factus vlcera et vulnera suauiter cōsolidat. Item dicit pli. q mirt⁹ alia ē alba. alia nigra & vtraq stiptica. sed nigra magis. vnde cōtra fluxū sanguinis vtiliter exhibet. vrinam cōmouet & ꝓdest cōtra venenū & puncturam scorpionis si potetur. eius decoctio valet cōtra allopiciam et fluxū similiter capillor cū farina tritici mixta valet cōtra tumores oculor. Fit autē oleū mirtinū de folijs & baccis eius qd est lenitiuū. cōsolidatiuū & mūdificatiuū & valet ad omnia supradicta. aures autē mūdificat saniosas si tepefactū instillat. Hucusq; Pli. super ysa. aūt ca. pli. dicit hiero. Mirtus est aromatica et imputribilis fissa membra cōsolidat & reparat. & ideo consolatores san. eccle. signat est etiam tpatiue & mitigatiue virtutis ac refrigeratiue. vt dicit sup ysa. lv. ca.

Capitulum. CII.

De mirra

Mirra est arbor in arabia altitudinis quinq; cubitorū similis spine. quā achantū dicunt. cui⁹ gutta viridis est & multū aromatica & amara. vnde & nomen accepit mirra. vt dicit Isido. libro. xvi. cuius gutta p se manans preciosior est. que vero facto vulnere inciso cortice elicitur vilior iudicat. cuius sarmenta arabes igne fouent. quorū fumus est valde nociuus nisi odore storacis occurratur. aliter contrahūt homines. N

[illegible handwritten marginal note] super cantica. fol. 467.

morbos insanabiles tali fumo. Purior autem mirra et melior colligitur apud trogoditas in arabia. vt dicit Ysido. et Pli. libro. xvij. ca. xvij. vbi dicitur q mirra est arbor quinqȝ cubitorum in siluis quidem arabie crescens. cuius folia sunt similia folijs oliue. sed magis crispa ac aculeata. ramos habens similes iunipero. Inciduntur autem binis temporibus rami eius. sed prius sponte sudant anteqȝ incidantur. ⁊ gutta que sudando effluit stactē dicitur. et hec generibus omnibus mirre pfertur. ⁊ mirra electa a pluribus appellatur. Sunt autē septem genera vt dicit ibidem. idem ca. xviij. s. trogoditica et illa est magis electa. secūda gelbanitica. tercia dyantrides. quarta collaticia. qnta empratena. i. salbana ⁊ illa alijs mirtibus magis tenuis est. sexta quam duratum ⁊ odoraceā vocant. ⁊ hec ceteris magis candida. ⁊ hec adulterat gummi ⁊ glebis lentisci. septima est indica. ⁊ illa ceteris peior ē et. cū illa alie spēs mirte adulterātur. hucusqȝ pli. Mirra vt di. dyas. est gutta arboris circa ramos calore solis indurata. ⁊ est eligenda citrina ⁊ rufa interius aliquantulū lucida. ⁊ huius alia est minuta. alia est grossa que trogoditica appellat ab insula vbi crescit. calida est ⁊ sicca ⁊ habet virtutē cōfortandi et ex aromaticitate sua cōducendo partes in vnū habet vim dissoluendi ⁊ consumendi mediocriter ⁊ equaliter ex qualitatibus suis. vnde cōseruat corpa mortuorum quando ex mirte confectionibus condiūtur. reseruatur autem in optima efficacia mirra fere centum annis. valet contra omnes causas reumaticas et fluxus inordinatos. digestionem etiam confortat. ⁊ viscosos humores maxie in spiritualib membris purgat. oris fetorem emundat. ⁊ omnia gingiuarum vicia sanat ⁊ desiccat. vlcera labiorum putrida cōsolidat cōsumit ⁊ cōglutinat. cerebrum cōfortat ⁊ etiam matricem multum corroborat ⁊ confortat ⁊ omnē eius supfluitatem consumit ⁊ desiccat. ⁊ conceptum iuuat. vermes auris necat. carnem supfluam corrodit. ⁊ bonam ac viuā generat ⁊ conseruat.

Capitulum. CIII.

De mirro

m Irtum est vngentum de mirta ⁊ alijs speciebus aromaticis cōpositum ⁊ confectum. cuius virtute nerui ⁊ alia sensibilia membra confortantur. ⁊ humores in iuncturis ac articulis existentes cōsumūtur eius aromaticitate spiritus animales reparātur Interficiuntur vermes ac pediculi ei amaritudine. ⁊ prohibet ne nascātur sudores fetidi mirro compescūtur. conseruantur corpora integra in tumulis ne putredine dissoluātur.

Capitulū. CIIII.

De mandragora

m Andragora est dicta eo q habeat mala suauiter olentia in magnitudine mali maciani. vnde et latini malū vocāt terre. Hanc poete vocant antropomoros. eo q habeat radicē forme hois quodāmodo similē. cui cortex vino mixt porrigit ad bibendum his quorum corp est secandū vt dolorē nō sentiant soporati. hui spēs sunt due. vna est femina in folijs silis lactuce mala generās. alia est mascul cui folia sunt similima folijs bete. vt dicit Ysi. li. xvij. Dyas. aūt dicit mādragorā esse herbā somniferam cui folia sunt sup terrā sparsa. radices habet duas aut tres sibi inuicē coherentes de foris nigras intus vero albas cū corio grosso. mascul habet folia alba et tenuia ⁊ radicē similē alteri. poma nascuntur super folia sicut galla super folia quercus. ⁊ sunt colore crocea. odore suauia tamen cū quadā grauitate. in sapore autē sunt insipida. ⁊ ideo nō conueniunt esui. sed tantū medicine. Nam cortices eius decocti in vino dormire faciunt ⁊ omnes dolores compescūt. vnde et vix huncte mporis ferri sentiuntur passiones. Caute tamen mādragora est vtendum. quia si in nimia quātitate accipitur infert mortem vt dicit idē. nā vt dr in plat. virtutem habet infrigidandi et aliquātulum mortificandi ⁊ somnū prouocandi. ⁊ ideo succus ei cum lacte mu/

dictis temporibꝫ appositus somnũ prouocat etiam in pacutis, ⁊ quia est herba substantialiter frigida, dicit᷑ ꝙ fructus eius extinguit ignẽ sacrũ. compescit etiam colere impetum ⁊ ventris fluxum. hucusqꝫ plat᷑. ibi tamen ponit᷑ ꝙ ſm naturã similitudo hominis vel mulieris in radice ei⁹ nullatenus inuenitur. sed potius a rusticis vel maleficis sophistice sic formatur. Dicitur aũt habere vtutẽ prebitiuam mulieribꝫ cõcipiẽdo. qđ similiter abnuere videtur. Aug⁹. sup Gen̄. ij. ca. xix. di. Aug⁹. ꝙ occasione rachelis que mãdragoras desiderauerat. vidit philosophorũ libros qui de virtutibꝫ herbarũ tractant et de eis dicit se nihil talium in eoꝝ scriptis tunc temporis reperisse. salua tamẽ auctoritate beati augustini. Multi auctores dicunt mandragorã multotiens hanc habere virtutem. vnde dicit Constan. dyas. et pli. et plat. ꝙ mandragora sumpta mõ debito matrices disponit ad conceptionẽ qñ prime⁹ calor nimius ⁊ sicc⁹ cõceptionis materiã impediuit. mulieres itaqꝫ calidas ⁊ humidas disponit ad cõceptionẽ. cũ sit frigida ⁊ sicca vt dicit᷑ in plat᷑. ⁊ hoc dispositiue sed mulieres frigidas ⁊ naturaliter siccas impedit poti⁹ ab hmõi dispositione. Multas alias habet mãdragora vtutes. que vt di. Dyas. tumores corporis repcutit atqꝫ tollit morsibus venenosis occurrit. omnẽqꝫ fluxuꝫ corporis inferius et superius restringit. Omnia superius posita dicitur in libro pli. xxv. ca. xvi. vbi dicit᷑ ꝙ mãdragore duo sunt genera ⁊c. et sequitur. post multa cauent fossores mãdragore in ei⁹ fossura cõtrariũ ventũ. ⁊ tres circulos gladio circũscribunt. ⁊ post expectant effodere ad occasum. ⁊ ita credunt eius precipuas esse vires succus eius colligitur. ⁊ in sole desiccatur. mala eius matura hvmbra desiccantur. odor maloruꝫ est grauis et infert somnum. et ex odore solo vis ei somnifica est vt dicit idem.

Capitulum. CV.

De milio

Milium est herba habens hastam longam et nodosam ad modum canne, cuius semen valde est minutum, frigidum ⁊ siccum. vt dicitur in dietis. Et hoc attestatur eius lenitas ⁊ concauitas absentia viscositatis ⁊ vnctuositatis. ⁊ modici nutrimẽti. confortat tamẽ stomachum gratia sue siccitatis ⁊ constipat ventrem. Est autem ſm Dyas. diureticum. et afflatum sedat ventris torsionem sanguinem laudabilem non generat. infrigidat stomachum et desiccat vt dicitur in diet᷑.

Capitulum. CVI.

De menta

Menta est herba odorifera calida et sicca stomachi confortatiua. ⁊ est duplex eius species. s. ortensis ⁊ domestica. ⁊ siluestris seu montana et ista habet maiorem vim calefaciendi qꝫ prima. ⁊ dicitur grece collocasia. quã latini neptam siue calamentuꝫ vocant. vt dicit Isido. libro. xvij. ca. penul. ⁊ herba est multũ medicinalis. Alie sunt species mente que crescunt in paludibus et in pratis sed non sunt tante efficacie in virtute vel calore. sunt etiã grauioris odoris pariter ⁊ saporis qꝫ menta domestica vel ortensis. que est herba se multiplicans ⁊ cito de terra pullulans ⁊ ascẽdẽs cuius hastula in terrã reflexa ⁊ ab humo tecta conuertitur in radicem ⁊ cito ex se nouam producit prolem. Est aũt mẽta ortẽsis magne efficacie siue sit sicca siue viridis. habet enĩ virtutẽ dissoluendi ⁊ cõsumendi ex qualitatibꝫ suis. ex aromaticitate cõfortãdi ⁊ prouocãdi appetitũ. ex suo acumine decocta in aceto fetorẽ oris amputat. ⁊ gingiuas putridas et corruptas purgat. vomitum ex debilitate virtutis retentiue venientẽ cum aceto sedat odore suo ⁊ sapore contra sincopim ⁊ debilitatem spũuꝫ iuuat. matricẽ mundificat a supfluis ⁊ confortat. decocta in vino dolorem viscerũ ⁊ renum placat. cum vino ⁊ oleo decocta mãmillas ex coagulatione lactis induratas supposita sanat succus eius venenis obuiat ⁊ potatus lũbricos necat et vermes auris. in vino et oleo decocta frigida apostemata dissoluit ⁊ curat. tussim mitigat. hucusqꝫ dyas.

et Plat. similiter ysa. libro .ij. in dietis. dicit idem. addens quod abominationem amputat et singultum sedat. linguam lenit asperam si ex ea fricetur assuefacta in cibo venerem excitat.

Capitulum .CVII

De malua

Malua est mollis herba. a molliendo alui dicta. vt dicit Isi. libro xvij. sicut di. idem vna cum pli. si succo eius admixto oleo aliquis se inunxerit. a punctura apum ledi non poterit. membra etiam linita succo malue non patiuntur puncturam neque morsum ab aranea vel a scorpione. vt dicit Pli. Est autem eius species duplex. minor .s. et maior que altea dicitur. et est vtraque herba humida inter frigidum et calidum temperata. vt dicit in diet. et hoc patet per eius virtutem et actionem. quia digerit apostema et maturat. maxime radix eius et semen. cuius decoctio valet et contra fluxum sanguinis. quiddam enim habet viscositatis quod si cum vino potui detur dissoluit grossos humores renum et lapidem frangit. duriciem splenis mollificat atque laxat. decoctio eius prouocat somnum. si facies et extrema corporis inde abluantur semis sui decoctio valet ptisicis et contra tussim semen eius in oleo decoctum duricies soluit mollificat. mundificat et maturat. vt dicitur in plateario.

Capitulum .CVIII

De nuce

Nux est arbor cuius fructus simili nomine nuncupatur et est sic vocata eo quod vmbra eius vel stillicidia foliorum arboribus vicinis noceant. quam multi latini alio nomine iuglandem vocant. quasi iouis glandem. Fuit enim hec arbor quondam ioui consecrata cuius fructus habet tantam vim. vt missus inter fungos et cibos venenosos quicquid in eis virulentum est extrahat. rapiat et extinguat. vt dicit Isidor. libro xvij. Cuius fructus habet durum et amarum corticem. sed nucleum valde dulcem. vnde pomum omne corio vel cortice duro tectum dicitur nux vt dicit idem vt pince castanee auellane et huiusmodi. Est itaque nux arbor alta et procera habens ramos et nodos diffusos. et folia lata et neruosa piramidalia et acuta grauis odoris et saporis. quarum vmbra dormienti sub ea est nociua et diuersarum infirmitatum generatiua. Cuius tamen radix cortex fructus et folia conueniunt medicine nam vt dicit Dyas. succus radicis et corticis nucis maioris extractus et potui datus ad quantitatem vnius oxagij subuenit difficultati vrinandi. potatus etiam cum aceto repugnat febribus venientibus cum frigore et rigore. crines tingit et mundat et prohibet casus capillorum. Est autem multiplicis virtutis et efficacie. fructus eius conuenit etiam esui et medicine. et cum multiplex nux inueniatur. tamen de maioribus siue gallicanis et minoribus siue auellanis plus loquitur quo ad cibum et medicinam. Nux autem vsualis et domestica que a multis dicitur gallica variatur in substantia in virtute et etiam figura. nam in substantia. vt dicit ysa. in diet. aut consideratur vt viridis aut recens aut vt matura. In prima dispositione .s. viridi habet exterius corium siue corticem colorem quidem viridem sed in sapore ponticum et amarum. et manus constringentis inficientem. interius autem testam paulatim obtinet corio extrinseco duriorem. infra eius ambitum nucleum continet vnctuosum saporosum et multum dulcem. nuclei tamen medulla que infra testam est contenta. quadam pellicula velut quadam tunicula est vndique circumtecta. ne tenera nuclei substantia a teste rigiditate seu duricia lederetur. et illa quidem pellicula testa mollior est et medulla nuclei durior et amarior ab expertis inuenitur. et quanto nux plus ad maturitatem producitur. plus separatur illa corticula a substantia teste et medulle nuclei incorporatur fortius et vnitur. ita quod nux ab ea vlterius non diuiditur nisi quando per aque calide vel alterius humidi infusionem casu aliquo artificialiter emollitur. nux itaque viridis est minus calida et etiam sicca naturaliter quam antiqua et minus stomacho nociua. Et si cum ruta comesta fuerit ieiuno stomacho erit penitus cuilibet veneno inimica. nuces vero mature. vt dicit

ria. quedā sunt recētes. quedā antique. quedā inter has mediocres recētes sunt magis humorose. mediocres vero sūt magis sicce. sed antique consumpta humiditate p caloris intensionē humorisitatem digerentē magis sunt generaliter vnctuose. ⁊ ideo multū comeste in humores coléricos de facili cōuertunt. ⁊ maxime qñ a calidis cōplexionib in vsum sepius assumūtur. q2 in talib generāt adustionē ⁊ capiti vertiginē inferūt ⁊ dolorem. qui vero eas tpate comedūt et tpate sunt cōplexionis bene eas digerūt ⁊ eis cōgrue nutriūtur. virtus aūt eaꝝ attenditur penes effectū medicine. nam generaliter cōtra rem venenosam corpa conseruāt. q2 sua ventositate meat⁹ corporis opilant ⁊ vim veneni ad vitalia penetrare nō pmittūt. Itē nuces cū sale ⁊ ruta ⁊ allijs mixte eq̄liter addito melle morsui rabidi canis subueniunt si interi⁹ sumātur. ⁊ exteri⁹ sup locū vulneris apponātur. venenū enī ad exteriora trahunt potētialiter ⁊ cōsumūt. Itē cōtrite cum melle melācolica apostemata ⁊ fleumatica mire dissoluūt. Contrite insup et cathaplasmate sup vmbilicū interiora apostemata interi⁹ in corpe nascentia destruūt. vt di. ysa. in diet. Figura aūt nucis est varia. q2 alia est rotunda. alia piramidalis ⁊ oblonga. alia interi⁹ plana et cōcaua vt patet in auellanis ⁊ muscatis. alia lateraliter diuisa. sed in summitatib ad modū crucis tecta gnomalit. i. per formā trianguli distincta. vt patet ī nucib maiorib gallicanis. in quib generaliter forma crucis interi⁹ est impssa vt patet sensibiliter intuenti ⁊c̄.

Capitulum. CIX.

De nuce auellana

[n] Ux auellana respectu nucis gallicane a grestis ⁊ siluatica est. nā sine cultura crescit in corulis q̄ sunt arbores crescētes in nemore siue silua. vt dicit Isidor⁹. et ideo quia in loco publico crescens a transeūtib auellitur et colligitur. merito auellana nūcupaf. Auellane autē vt dicit ysaac. alijs nucibus sunt minus calide et in substantia magis pōtice atq3 grosse. min⁹ tamē ī substantia ⁊ vnctuose. ⁊ ideo ad digerendū sunt dure ⁊ ad exeundū de corpe magis tarde. tamē qñ digerunf multū sunt corporis nutritiue. si sumanf cum interiori pellicula multū sunt generatiue inflationis. ⁊ ideo vt eoꝝ nocumentū auferaf. ē vtile vt aqua calida pfundanf ⁊ exteriores pellicule auferanf. ⁊ sic erunt contra multas passiones vtiliter iuuatiue. quarū succus melli admixtus valet ɔtra alopiciā ⁊ fluxū capilloꝝ ⁊ facit pilos in corpore germinare. vt dicit ysa. ⁊ ɔstā. Sūt et alie nucū diuersitates que cōgruunt medicine. sicut nux muscata ⁊ nux indica ⁊ nux vomica ⁊ hmōi. Et est muscata fruct⁹ arboris in india nascētis. crescētis infra testam durā quodā3 corio sine folliculo tectā ad modū auellane. cuius cortex macis vocaf ⁊ est multū medicinalis. maxime enī confortat cor ⁊ depurgat in cerebro spūm animalē stomachū infrigidatū calefacit ⁊ cōfortat appetitū et est cortex ille subtusus habens saporē acutū ⁊ aliquātulū subamarū. qui autē niger est vel terreus nō habens acumē in sapore abijciēdus est. Nux autē muscata a cortice ⁊ teca extracta circūdaf quadā pellicula tenuissima ⁊ plana. que quanto est ponderosior ⁊ in odore suauior ⁊ sapore acutior. tanto melior. vnde eligenda est que grauis ⁊ solida est interi⁹. que cum frangitur nō puluerizatur. ⁊ subrubicundū colorem ptendit cum odore forti et suaui. virtutem habet confortandi et stomachū calefaciendi ⁊ extenuandi ventositatem ⁊ auferendi dolorem capitis ex frigida causa. applicata enī narib confortat cerebrū ⁊ membra spūalia. vt dicit pli. dyas. et plat.

Capitulum. CX.

De nardo

[n] Ardus est herba modica ⁊ spinosa calida et odorifera. vnde et a grecis nardi spica nardo stactes appellatur. vt dicit Isidorus libro. xvij. Est et eius species triplex. s. indica. syriaca ⁊ celtica. nō tamen crescit in syria. sed in quadam terra montuosa que in vno

latere tangit syriam ⁊ in alio indiã. me/
lior autẽ est illa que est leuis ⁊ fusca co/
mosa ⁊ sperica parua odoratissima ciprũ
similans. que masticata linguã desiccat.
Nardus aũt celtica a regione gallie vbi
crescit est dicta. ⁊ etiaʒ est similis nardo
siue spice nardi. sed est magis alba. Ha
bet autẽ vt di. dyas. ⁊ pla. vtutẽ cõfortã
di ex aromaticitate sua. valet contra sin
copim ⁊ defectũ cordis ⁊ cõtra stomachi
debilitatẽ. naribꝰ applicata cerebrũ cõfor
tat. frigidũ reuma cõpescit. cõtra surdi/
tatem valet et aurium apostemata malum
odorem oris amputat. ⁊ gingiuas putri
das mundat. opilationes splenis ⁊ epa/
tis soluit prouocat mẽstrua. ⁊ matricem
mũdificat ⁊ adiuuat cõceptionẽ. lapidẽ
frangit in renibꝰ ⁊ in vesica. Est enĩ her/
ba diuretica. vt dicit plat. scʒ incisiua et
diuisiua et vsqʒ ad intima penetratiua.
Item valet cõtra lingue palisim ⁊ con/
fortat neruos ⁊ consumit humorem lin/
gue organa occupantẽ. valere etiam di/
citur cõtra morbum epilenticũ si debito
modo patiẽtibꝰ ministretur. Ad multa
alia multũ valet. ex qua fit oleum nardi
num qđ ad omnia prius dicta ⁊ ad alia
maxime est necessarium.

Capitulum. CXI

De olea

Olea est arbor ſm Isido. cuiꝰ fru/
ctus dicit oliua. succus vo oleũ
nũcupatur. vt dicit Isido. libro
xvij. scpe tñ arbor oliua appellat. Est au/
tem arbor oliua pacis ⁊ insignis. vt dicit
idem. Nam vt dicit romanoꝝ historia.
sine oliuarũ ramis nõ mittebant legati
pro pace aliqua obtinẽda siue alijs offe
renda. Unde ſm remigiũ patet huiꝰ ar/
boris excellẽtia. qꝛ in signũ recõciliatio/
nis ⁊ federis dei cũ noe colũba nõ cũ alte
rius arboris ramusculo. sed solũ cũ oliue
intersigno ad arche fenestrã est reuersa.
Imo ſm pli. li. xv. victores apud athenas
quõdam olea coronabant. greci vo tãdẽ
oleastro suos coronari iudicabant. vt di
cit idem. Est itaqʒ olea arbor coma ⁊ vi/
rore ⁊ ramoꝝ multitudine speciosa. fron
des habens subalbidos ⁊ molles. viroris
pulcritudinẽ in estate ⁊ in hyeme retinẽ
tes. flores etiã habet minutos ⁊ multos
suauiter redolentes. durũ corticẽ ⁊ radi
cem amarã. fructum pinguẽ sapidũ atqʒ
dulcem. Nam vt dicit Isido. ex amari/
tudine radicis surgit oliua in pabulum
luminis ⁊ medelã vulneris ac in refectio/
nem esuriẽtis. In lucernis enĩ ponit ad
ignem nutriendũ. mẽbris languidis po/
nitur ad medendũ. in cibo apponit ad re/
ficiendũ ⁊ ad cõdiendũ. vt dicit idẽ. Est
enim oleũ ignis ⁊ luminariũ nutritiuuʒ
morboꝝ remediũ ⁊ cibarioꝝ suauissimũ
cõdimentũ. vt dicit Isido. Est ergo oli
ua siue olea arbor fructifera ⁊ medicina
lis. cuiꝰ cortices folia ⁊ fructus cõueniũt
medicine. cuius lignũ maxime est sol. di
tatis ⁊ cõpactionis ⁊ quasi imputribilis
puritatis qñuis sit multe duiciei in ex/
teriori substãtia. multũ tamẽ habet hu/
morositatis ⁊ vnctuositatis interius in
medulla. De oleis autẽ ⁊ de oliuis dicit
Pli. libro. xv. arboris oleatũ fructifera/
rum multa sunt genera in regionibꝰ nõ
multũ calidis. sicut ⁊ nec in regionibꝰ ni/
mis frigidis. sed potius in tẽpatis. magis
tamen se habentibꝰ ad calorẽ qͣ ad frigi/
ditatem. ⁊ ideo iubet catho vt dicit idem
pli. oliuas seri in solo calido non nimis
pingui nec nimis macro radijs solis op
posito. nam celi sicis maxime cõfert ⁊ mul
tum diligũt rorem celi ⁊ aeris serenita/
tem. vnde si fiunt copiosi ymbres quan/
do oliue maturescũt viciatur oleũ ⁊ con
sumitur. nisi sequat serenitas que exte/
nuet liquorẽ dicit Pli. ca. iij. nec indiget
olea falce vel rastro vt putet sicut putan
tur vites. sed soli et rori celesti cõmittit
verno gaudet tpe ⁊ incipit tunc florere.
cuiꝰ fructus primo circa hyemẽ colligunt
collectis fructibꝰ solent oliuantes terrã
apire circa radicẽ. ⁊ quasdam tuberosita
tes ⁊ adulterinos ramusculos circa veras
radices crescẽtes caute pscindere. ⁊ hu/
iusmodi supfluitates circa radicẽ solent
aliqui ytalici rustici podagrã olee appella
re. vnde pscisis illis radicibꝰ falsis meliꝰ
fructificat olea ⁊ mirabiliter emẽdat nec
vult olea percuti grauiter cũ pticis p suo
fructu colligẽdo. sicut faciũt aliq̃ minus

tanti, qz talis pcussio cedit ad iniuriam ipsi arboris z dānū anni subsequētis. mi nus enī fructificat sic pcussa. vt dic pli. Multe aūt sunt hui arboris spēs. que p diuersitatē fructuū discernūtur. Oliua itaqz fm Isid. arboris olee designat fru ctum. cui multiplex differētia inuenit. vt dicit ysa. oliue aūt alie sunt domestice et alie sunt siluestres. domestice fructus faciūt qñqz maturos qñqz imaturos qñ qz inter hos mediocres. Inter istos aūt fructus oliuares primi sunt terrestres pontici z virides. secūdi sunt subrubei vel fm dyas. iacinctini. vltimi vo videntur esse nigri. z quāto sunt nigriores exteri tanto sunt maturiores z interi vnctuo siores z ad exprimendū oleū aptiores. z sicut dicit Aresto. nunqz pfecte mature scunt in arbore etiā si p multos ānos ibi essent sed vt verā z cōpletā consequātur maturitatē. optet vt bacce collecte de ar bore p plures dies in vna cōgerie coacer uentur. z sic p cōpressionē mutuā ac ni miā cōfortato calore z reuocato ad inte riora ad plenā maturitatē pducent. fm vero ysa. in diet. oliue cum fuerint rubee nondū bene mature nec dū plurimū vn ctuose stomachi sunt valde cōfortatiue et cōstrictiue. z appetitus excitatiue. ma xime si cū aceto vel aqua salsa fuerint p parate. tamē dure z difficiles sūt ad di gerendū z min alijs nutritiue. Nigre ve ro que iam sunt quasi mature calide sūt et inter siccū z humidū tpate. multū qui dem nutritiue. sed stomachi mollificati ue. z ad digerendū magis dure. quia vn ctuositate sua in stomacho supenatant z ad decoctionis locū inferius nō descen dunt. z ideo in humorū corruptionē ci tius trāsducunt z minus laudabiles sūt alijs ad edendū. vtiles tū sunt in medi cina. qz z trite z posite supra loca q igne vel aqua calida sunt exusta vesicam repri munt ibi nasciturā. poros enī aperiunt et exalare faciūt fumositates que inclu se sub cute sunt causa vesice et tumoris. Hucusqz ysa. in diet. Dicit aūt pli. libro xv. ca. iiij. q bacce siue grana oliue qādiu sunt i arbore nō pereūt. z quāto diutius in arbore pmittunt. tanto meliores fiūt semp enim nouas vires resumūt z dif ficilius cadunt. Constant autē oliue vt dicit idem. ex nucleo carne oleo z amur ca que sanies siue fex oliue dicitur. z est amara vtilis tamē in medicinis. sed nu clei cum folliculis oleo eliquato vtiles sunt ad ignem nutriendū. porci etiā dicū tur inde impinguari.

Capitulum. CXII.

De oleo

Oleū succus ē oliue vt dicit Isi. et tanto est nobilius quāto rece tius z facili a suis folliculis eliq tur. vt dicit pli. li. xviij. ca. ij. vbi dicit q oleum p vetustatē viciat. z dicit ibidem q oleum in torcularib extorquendū me lius eliquat si oliue siue olee bacce prius cum molari lapide vel ex mētius contrite feruētissima aqua pfuse fuerint z resper se. nam p talem aquā calidam vnctuosi tas ab amurca z nucleis separat. que sur pnatās tandē ab ipsa aqua artificia liter sepatur. Et vt dicit idē. quāto ole um citius de torculari exit tāto oleū lau dabilius iudicat. nam pingui est z suaui us qd minus cū terrestri substantia ad miscetur. Preter hec di. pap. q siqs inter aquas mersus oleum in ore prius inclu sum in aquas emiserit clariora facit ola que in fundo aque cōtinent. z patēt ocu lis ipsius facilius ola que in aque infe rioribz abscondūtur. Cui natura est vt cibos condiat z fomentū luminū admi nistret. z corpa fessa recreet z confortet. neruos cōtractos z induratos ac spasma tos remollit z relaxat. apostemata dura mollificat z maturat. et maxime oleum lini. Multiplex enī est oleum z ex mul tis rerum generib est expssuz. aliud au tem est simplex. vt oleū oliuarū. oleū nu cum. oleū papauerū. oleū amigdalinū. oleū raphani. oleū lini. oleū canopi z hu iusmodi. aliud est cōpositū. z ex hoc gene re aliud est frigidū aliud calidū aliud est stipticū z cōstrictiuū aliud laxatiuū. Nā ex appositione calidorū efficitur calidū. et ex frigidis frigidū. z ex stipticis stipti cū. z ex laxatiuis laxatiuū. z iō fm diuer sas causas morboz sunt adhibēda diuer

sa genera olerus. vt oleũ laurinum nardi
num puleginũ in causis frigidis. oleum
vero rosaceũ siue violaceũ in calidis cau
sis apponat. Potest aũt oleũ ita fieri cali
dum vt febrẽ inducat si inde vene pulsa
tiles ⁊ nares ⁊ vole manuũ ac plante pe
dum inungant. vt oleũ in quo decoquit
caro leonina. vt dicit in compẽdio saler
nitani. Potest etiã fieri ita frigidũ ꝙ in
ducat mẽbro inde puncto stuporẽ ⁊ in/
sensibilitatẽ vt patet in oleo mãdrago/
rino qḋ fit ex oleo in quo poma mãdrago
re sunt decocta vel diutiꝰ reseruata. Sed
inter olea sic cõposita magis laudabilia
et magis in medicina vtilia sunt ꝓbata.
Simplex aũt oleũ quo ad medicinã et
quo ad cibuꝫ ꝑmũ locũ obtinet oleum
oliuarũ. deinde nucũ ⁊ amigdalarũ. ter/
cio oleũ papaueris. qḋ tamẽ alijs oleis
ꝓdictis est magis frigidũ atqꝫ siccũ. ma/
xime qḋ fit de semine eius nigro. ⁊ habet
virtutẽ inducẽdi somnũ. valet cõtra ca/
lida apostemata in principio. ⁊ cõtra epa
tis calefactionẽ. vt dicit Plat. alia autẽ
olea minus cõueniũt cibo propter odo/
ris grauitatẽ ⁊ saporis horribilitatẽ. con
gruũt tamẽ vtiliter medicine sicut dicit
ysa. in dietis. habet aũt omne oleũ gene
raliter multũ aereitatis ⁊ aeree leuitatis
et ideo omni liquori supfertur ⁊ alijs li
quoribꝫ subesse dedignat. penetratiue est
virtutis ⁊ sui diffusiue. ⁊ ideo in vasis vi
treis vel vitreatis vasculis melius ꝙ̃ in
ligneis vel porosis vasculis alijs custodi/
tur. vasa eciã qs tangit inficit ⁊ in eis odo
ris sui vestigiũ quasi inseꝑabiliter dere/
linquit. diffusum in aquaꝫ in suꝑficie in
guttulas orbiculares se recolligit ⁊ vt to
taliter quo ad pinguedinẽ ⁊ saporẽ seꝑe/
tur ab eius suꝑficie vix ꝑmittit. Oleuꝫ
autem sapore asperũ ⁊ odore horridũ cum
amurca siue fece mixtũ. ad cibũ non est
aptum. nauseã enĩ ⁊ vomitũ prouocat et
stomachi orificiũ corrũpit ⁊ imutat. ole/
um etiam apes ⁊ animalia anulosi corpo
ris interficit ⁊ extinguit si inde ꝑfundã
tur. vt dicit Aresto. sed aceto post infusa
reuiuiscũt. Item oleum purum ferrum
politum a rubigine seruat quãdo ferruꝫ
inde inungit. sed si fuerit corruptum vel
aquosum ⁊ cũ fece mixtũ destruit ferrum
et corrumpit. vt dicit pli. li. xv.

Capitulũ. CXIII

De oleastro

OLeaster est siluestris olea sic di/
cta. eo ꝙ in folijs similis sit oli/
ue. sed eius folia sunt latiora. et
est arbor inculta sterilis ⁊ amara. cui in
sertus oliue ramus vim mutat radicis ⁊
conuertit in propriã qualitatẽ. vt dicit
Ysidorꝰ libro. xvij. Cuius lacrima est du
plex. alia est similis gummi sine vllo q̃li
tatis morsu. alia est mordax seu similis
gutte ãmoniaci. vt dicit Ysido. Et ꝙ̃uis
oleaster arbor sit siluestris. tamẽ eius cor
tices gũmi ⁊ frondes cõueniũt medicīe
nam eius folia cũ sint stiptica ⁊ amara.
melle addito sanant vlcera capitis atqꝫ
oris. vt dicit dyas. succus corticis ⁊ frõ/
dium stipticus est ⁊ cõstrictiuꝰ. vnde va
let ad intercipiẽdũ humorꝫ omniũ fluxũ
vt dicit idem. Gũmi eius valet ad mul/
ta. et illud qḋ est mordax maxime. nam
vulnera mũdificat ⁊ sanat. gingiuas cor
rosas ⁊ corruptas adiuuat. ⁊ dentes mo/
tos roborat ⁊ cõfortat. Erisipilam. i. sa/
crum ignẽ ex colera furiosa carnẽ ⁊ ossa
corrodentẽ reprimit atqꝫ sanat. valet cõ
tra allopiciã ⁊ fluxum capillorum. et tin
git crines ⁊ caniciem vel palliat vel retar
dat vt dicit Pli.

Capitulũ. CXIIII

De olere

OLus ab alendo est dictum. eo ꝙ
ꝫm Ysido. homines primo oleri
bus alerentur antequã fruges et
carnes ad esum hominibus preberentur
pomis enim ⁊ oleribus nutriebantur ho
mines ante diluuiũ. sicut animalia gra/
minibus atqꝫ herbis vt dicit Ysidorꝰ li/
bro. xvij. et ꝙ̃uis omnia graminosa i ter/
ra nascẽtia que sunt coquibilia ⁊ esui ho
minũ apta generaliter olera dicantur.
tamen vulgariter caules olera dicũtur
quorꝫ frutices ⁊ tirsi ampliꝰ crescere cete
ris oleribus arbitrantur. vt dicit idem.
quorꝫ summitates dicunt time q̃si come
in quibꝫ maxime est vigens virtꝰ natural

lis.⁊ ideo in tunicis tam herbarū q̄ȝ olerū
maxime cōsistit efficacia medicine vt di
cit idem. Est autē herba frigida et sicca
turbidū quidem ⁊ melancolicū generās
sanguinē. horribilē etiā odorem facien/
tem. vt dicit ysa. in dietis. ⁊ sunt etiā q̄/
dam caules estiuales. ⁊ quidā hyemales
quorū herbe sunt composite ex cōtrarijs.
Nam substantia est grossa ⁊ dura ad di/
gerendū. Jus vero succus est colatiu⁹ et
inde desiccatiu⁹ ⁊ ventris humectatiuus
et laxatiuus sed substātia sine iure est cō
stipatiua. Tollitur autē eorū nocumen
tum si in aqua elixētur. ⁊ aqua proiecta
in alia decoquātur ⁊ cū pinguedine opti
me condiātur. vt dicit in diet. Est autē
herba que proficit ꝑ transplantationem
nam quādo in vno loco fuerit seminata.
si postq̄ȝ creuerit in plantā ad humū me/
liorem transferat. multum crescit. ⁊ tam
in quātitate q̄ȝ in qualitate seu vtute me
lioratur. Jn estate quoqȝ folia ei⁹ tenera
ab erucis ⁊ ab alijs vermib⁹ corrodūtur
in hyeme vero gelu ⁊ pruina cōstringunt
et sic efficiūtur magis tenera ad coquen
dum ⁊ ad comedendū meliora. nam reuo
cato calore ad interiora foliorū melius
digeritur substantia eorū. ⁊ sic efficiūtur
magis sapida et sunt molliora. Pli. vero
li. xx. ca. x. multis laudib⁹ extollit caules
quo ad vsum medicine ⁊ dicit ꝙ ei⁹ tri/
plex est species. quedā est crispa vtilis sto
macho aluū modice molliens. alia lata
habens folia spissa. ⁊ ista minus valet ad
medicinā. tercia tenuia habet folia ⁊ sim
plicia ⁊ ceteris amarior. sed vtilior me/
dicine folia eius trita et apposita bis in
die sanāt canū vulnera recentia. ⁊ inue/
terata mire sanant. caulis paruȝ coctus
soluit. multū coctus strīgit. vino ⁊ ebrie
tati resistit. neruos confortat ⁊ ideo vti/
lis est paliticis ⁊ tremulosis. lactis vber
tatem p̄bet puerperis. succus eius valet
contra venenū. dicit etiā idem ꝙ valet
contra morsum canis rabidi. odorē semi
nis eius cocti fugiunt serpentes. Mul/
tas numerat alias eius virtutes quas p̄
tedio hic omitto. dicit etiā ꝙ bractea sil
uestris scȝ caulis ꝑ se nascens habet effe
ctus fortiores ⁊c.

Capitulum. XCV.

De ordeo

O Rdeum est dictum eo ꝙ cito fit
aridum. vt dicit Jsido. vel ab or/
dine. eo ꝙ eius spica qn̄qȝ sex or
dines cōtinens inuenit. ⁊ illud gen⁹ or/
dei melius pascit aīalia q̄ȝ triticū. ⁊ salu
brius homines q̄ȝ malū triticū vel siligo
vt dicit Jsido. Aliud est genus ordei ha
bens duos ordines in spica sua. Terciū
dicitur trimense. eo ꝙ iactū in terra ver
no tempore celeriter recolligitur. vt di/
cit idem. De ordeo dicit Pli. li. xviij. ca.
vij. p̄rimū inter frumenta seritur ordeū
apud enī multas nationes panis inde
fit p̄cipuus. et polenta fit ex ordeo apud
grecos. et illi primo ordeum aqua ꝑfun/
dunt. quod postea desiccant ⁊ sic molis cō
fringunt et a cortice farinam purgant.
Alij vt ytalici ordeum siccū in subtilem
farinam molunt sine ꝑfusione aque pre
cedente. Ordeum frugum omniū mol/
lissimū est in medulla. ⁊ seri nō vult nisi
in sicca ⁊ solida terra. vnde ꝓpter sue sub
stantie molliciē multū cito rapit ad ma
turitatem. nec videtur aliq̄d semen mi/
nus calamitosum quo ad corruptionem
quia citius crescit ⁊ recolligitur. ⁊ ante/
q̄ȝ triticum inuadat corruptio vel rubi/
go. Jnter omnia vero crescentia frumē/
ta viliorem habet paleam ⁊ humiliorem
stipulam. sed multuȝ habet laudabilem
medullam quādo modo debito paratur
et farinam accuratissimā seu polentā. vt
dicit pli. Est autē vt dicit ysa. in die. or
deum granū frigidum et siccū virtutem
habens colatiuā ⁊ mundificatiuā ⁊ exic
catiuam. ⁊ parum habet ventositatis re/
spectu fabe. minus tamen nutrit faba q̄ȝ
ordeum. q̄uis etiam sit magis naturali
ter inflatiua. nec enī bene semꝑ corp⁹ nu/
triunt que ꝑ ventris folliculos siue cor/
poris se extendūt. vt dicit idem. Multi
autem sunt vt dicit Pli. qui plus vtūtur
ordeo in medicina q̄ȝ in cib⁹. Jnde tamē
fit potus mūdificans. corpus nutriens
et restaurās. spūalia mēbra recreans et
mūdificans. de ordeo etiā cōtuso de cor/
tice mundato ⁊ cum aqua mūda decocto

sit medicinalis potus. qu phisici ptisanam vocant. cuius virtus est sitis extinctiua. sanitatis custoditiua. febrilis caloris alteratiua. sed de ptisano quere infra in litera t.

Capitulū. CXVI

De palma

Palma est arbor victorialis. sic dicta vt dicit Isido. libro. xvij. quia manus victricis siue obtinentis victoriam est ornatus. vel quia est ad modum palme hominis habens ramos. Est autem arbor nobilis et insignis sempiterne pulcritudinis et viroris. diuturnus vestita frondibus sine vlla successione cōseruans folia sua tempore hyemis et estatis. et quia est arbor annosa durans in virtute et virore permulta tempora. ideo ad similitudinē auis fenicis que multis viuit annis. palma a grecis fenix est vocata et cum sit arbor fructifera fructus ferens delectabiles et suaues. non tamen in omnibus locis vbi crescit percipit fructus maturitatē. frequēter tamen in syria et in egipto fructus eius dactili a similitudine digitorum sunt vocati. quorum nomina variantur. nam alij vocantur palmule similes miraboланis in forme dispositione. differunt tamen penitus in sapore cum isti sint saporis dulcissimi et iocundi. mirabolani vero saporis sunt horribilis et amari. alij vocantur thebaici qui et nicholani. alij mutales quos greci canathos vocant. hec in scilicet Isidorus. Est autē palma vt tangit glosa super psalmistam arbor magne proceritatis et altitudinis. sed tamen ad cedri altitudinē non pertingit. Cuius radix est aspera et rotunda. in profundo ipsius terre valde firma. Truncus autem eius solidus est et cōpactus et imputribilis firmitatis. cortex eius circa truncū durus et rugosus. et quodāmodo pungitiuus et maxime versus terram. et ideo difficilis est ad scandendū et cum difficultate pertingitur ad eius fructum. Folia eius piramidalē habent formam ad modum gladij. Quamuis autem palma dura sit circa stipitem et aspera. in superioribus tamen iocūdi est aspectus in ramorum pulcritudine et in coma. in summitate ramorū portat fructus suos et nō in medio foliorum. vt dicit Pli. libro. xvij. Cuius fructus est tanto vnctuosior dulcior et sapidior quāto immediatius solis radijs appropinquat. In multis siquidē regionibus crescit. sed non ita fructificat sicut in regione feruida solis spiculis cōtinue repercussa et leui terra sabulosa et nitrosa. et ideo palmis iudea est inclita. vt dicit Pli. libro. xviij. ca. v. Item idem. palmarū duplex est species. masculus et femina. masculus primo floret. femina post in germen prorumpit. nec fructificat femina nisi ita sit propinqua masculo vt saltem mediante vento odore masculi femina perfundatur. Idem etiā dicit Aresto. libro vegetabiliū. Et quando seminātur oportet vt masculi et femine semina pariter seminētur et bina et bina sint cōposita et ex singulis erūpit planta. vnde quatuor plantule ex eis coalescūt que ad inuicem tandem coadhereant. et ad modū alicuius rethis mutuo miro nature artificio se connectūt. nec bene crescit nec etiam fructificat femina sine masculo. imo si arbor abscidatur mascula femina post biduum sterilescit. sed aspersis folijs et floribus masculi circa radices femine. femina ex vicinitate masculi quasi ex coitu iterum vires recipit et resumit nec diligit huiusmodi plantari a locū humidū pinguē et fimosum. imo potius locū salsum et arenosum et ideo vbi nō est tale solū. oportet aspergi salē nō iuxta radicē sed aliquātulū in vicino. vt salis siccitate humorosa terre superfluitas consumatur. Et di. pli. quedā est species palme in meridiano orbe que traditur esse vna et non multiplicatur alia ex ipsa. sed quādo pre vetustate omnino perit et deficit iterū ex se renascitur ac reuiuiscit. et ideo putatur fenix auis arabie ex huius palme argumēto nomē accepisse. quia moritur et renascitur ex seipsa sicut facit palma supradicta. vt di. pli. ibidē. Item ibidē di. idem In ethiopia sunt varie palmarum species. nō raritate magis quam suauitate mirabiles. inter quas sūt ille que dicūtur catiace meliores et succo et cibo. nā ex earum fructus succo sunt vberrimi. vnde et ex eis vina precipua exprimuntur

minuitur. hucusque Pli. li. xviij. c. v. Est igitur palma arbor singularis gracilis stipite et hirsuta respectu folii a quo exit. pulcra autem est dilatata in ramis et comis respectu celi ad quod superius in cacumine se extendit. cuius folia sunt longa in superficie quidem plana ac spissa et flexibilia. diuersis connexionibus utputa sportulis valde apta. ut dicit hiero. nihilominus in angulis lateralibus sunt incidentia et pacuta. cuius rami dicuntur elate se scilicet eleuantes sursum seruantes virorem continuum et se nunquam ad infima inclinantes. Et secundum hoc media huius dictionis elate in penultima produci habet. ut canticorum. v. ubi dicitur come tue elate palmarum. elate tamen siue elates grece. dicitur abies latine. et secundum hoc penultima corripitur. et sic videtur ponere alia littera que di. cant. v. crines eius sicut abietes. et sic media corripi habet non produci. Variatur autem fructus palme tam in forma quam in virtute secundum diuersitatem ligni a quo exit. et secundum diuersitatem soli in quo palma crescit et secundum variam receptionem caloris celestis qui diuersimode secundum diuersos situs ad palmarum cacumina se diffundit. ut di. pli. libro. xviij. Primum patet. nam in multis palmis raro vel nunquam inuenitur fructus propter malam vel minus sufficientem dispositionem ipsius arboris. ut patet in palmis ytalicis. in quibus raro vel nunquam fructus aliquis inuenitur. et si crescat nunquam tamen pertingere ad maturitatem et completionem debitam reperitur. ut dicit pli. Secundum patet ex predictis quare in humo siue solo nimis frigido et humido pingui vel fumoso de facili non proficiunt. immo sine remedio nullatenus conualescunt. ut dicit idem. Tercium autem patet quia in locis umbrosis a radiorum solarium presentia absolutis. nec crescere possunt palme et si forte alicubi creuerint. nullatenus tamen poterunt fructificando ad palmarum gloriam peruenire. et hoc est quod tangit ysa. in diet. dactili inquit fructus scilicet palmiferi calidi sunt et humidi in secundo gradu et diuersas habent actiones secundum regionum varias qualitates. nam quidam nascuntur in regione frigida. i. remisse calida. quidam in feruida. et quidam inter hec parata. qui vero in regione feruida ubi sol continuus est fructus sunt dulcissimi sapidi et pre viscositate quadam aliquantulum unctuosi. et tamen cum sint dulces valde. si quis eis nimis utatur aliquando poterunt sic utentibus inferre corporis lesiones. nam tumores et inflationes generant dolorem oris et stomachi et etiam capitis prestant. splenis et epatis meatus obstruunt et oppilant. ex quo patet quod omnibus dulcibus uti continue non est bonum. immo sepius anime et corpori est nociuum. Fructus vero crescentes in terra frigida siue remisse calida ad maturitatem non perueniunt. et ideo in sua ponticitate et siccitate permanentes velut crudi corporis non multum nutriunt. quoniam potius obsunt multum. quia sunt ad digerendum duri quamuis aliquantulum stomachum confortent. tamen de stomacho de facili non recedunt. unde diutius ibi facientes moram torsiones ibi generant sepius ac inducunt. ut dicit idem. In crescentibus vero in regione mediocriter calida quamuis sint maturi tamen tanta inest eis aquosa humiditas superflua quod non possunt in maturitate conseruari. unde et corpora replent crudis humoribus qui sunt materia diuturne febris. ut dicit ysa. in dietis. Est autem fructus palme compositus ex molli substantia et carnosa. ex nucleo duro et quasi lapidoso in cuius medio semen continetur. tamen aliqui dactili inueniuntur in syria et in egipto omnino sine nucleo et tales spadones nuncupantur. quia in eorum substantia non est ratio sementina. ut dicit Plinius. Quanto autem palma natura et genere annosior. tanto fructus eius melior est. non enim fructificat ante centum annos. et tunc primo habet completas vires et perfectas. valet et fructus palme secundum Dyas. utiliter in medicina. habent enim virtutem leniendi asperitatem arteriarum. et clarificandi vocem. et maxime quando lene sunt mature. nam virides sunt stiptice. ut di. pli. quosdam milites alexandri fuisse palmis viridibus strangulatos. unde quando omnino sunt virides non conueniunt cibo. sed solummodo medicine. valent etiam contra dissenteriam et alios fluxus quando more debito apponuntur.

Capitulũ. CXVII

De palmite

Palmes tis. dicitur proprie ramus vitis. vnde dicit Ysid. libro xvij. palmes est vitis materia mollis qui per nouella brachia emissus fructus affert. cuius foliũ pampinus dicitur. eius enĩ subsidio palmes ab ardore ꝛ frigore defendit atq; aduersus omnem iniuriã ꝓmunit. Qui ideo alicubi intercisus est. vt solem ad maturandum fructus admittat ꝛ faciat. vt dicit Ysid. totam autẽ virtutẽ suam et nutrimentũ attrahit a radice. ꝛ quia propter inclusum calorem in substantie sue porositate fortis est attractõnis multũ attrahit humoris quem transmutat in substantiam ipsius palmitis ꝛ qđ residuũ est cõuertitur in materiã germinis frondis fruct⁹ atq; floris. vt dicit Pli. libro xiij. qualis autem fuerit humor nutrimẽtalis in radice. talis ostendit in palmite. vnde docet cõpendiũ salernitani facere vuas diuersi coloris ex eadem vite. Si enĩ diuꝫ vitis inseritur. viti in marcio fiat insertio in tribus ramis procedentib⁹ ex vno stipite ipsius vitis. si cum vno surculo insertionis loco apposueris colorem rubeũ et in alio colorem blauiũ. et in tercio colorem croceum. singuli palmites ex predictis ramis procedentes. tales proferunt fructus quales in inserendo appositi sunt colores. sed quia in his partibus raro vitis viti inseritur. q̃uis aliquotiens palmes vitis alijs arboribus inseratur. ideo solet fieri fructus mutatio isto modo. In marcio quãdo incipit humor ascendere de radice. aperitur cortex vitis caute circa radicem. quo aperto fit coloris intermissio in circuitu inter lignum et corticẽ. ꝛ tunc diligent⁹ custoditur ne humor ascendens de radice exeat in scissuram vnde humor quẽ paulatim attrahit palmes a radice mutatur transiens ꝑ colorem. cui⁹ pars vnctuosior transiens in fructum. in fructu ipso coloris vestigium dereliquit. Eodẽ artificio potest immutari quelibet plãtula in sapore ꝛ colore. ꝛ sic fiunt arbores que naturalr̃ sunt cõstrictiue artificialiter laxatiue. ꝛ econuerso. vt dicit idem. hoc idem dicit etiã alfre. super li. v. plantarum. s̃m q̃ species varie carũ corticibus insertionis seu plãtationis tempore artificiosius supponuntur. Palmes autẽ vitis vt dicit Ysidor⁹ quedam ex se emittit vimina siue vincula quibus arborib⁹ se vinciunt et connectunt. quorum adminiculo freti ventis ꝛ turbinib⁹ resistunt ne laxati palmites ventorũ flatibus dissipentur ꝛ vt sine lapsus periculo suos fructus sustineant ꝛ vaga proceritate se diffundãt. multum enĩ in principio sunt fragiles ꝛ ideo talibus indigent tenaculis quousq; efficiuntur successiue solis beneficio fortiores. singulis annis indigent palmites resecatione a supfluorum debita expurgatione sic enim plus fructificant ꝛ diffusius se dilatant. non amputati autẽ degenerant ꝛ in labruste speciem se transmutãt. Dinoscitur autẽ palmes generosus per nodorum et germinuꝫ vicinitatẽ. Nam vt dicit Plini⁹ libro. xx. ca. xxv. palmes raros habens nodos ꝛ distantes. signuꝫ est infecunditatis. densitas vero germinum fertilitatis indiciũ est. quere infra de natura vitis.

Capitulũ. CXVIII

De propagine

Propago propaginis est nouellus ramusculus ꝑrumpens ꝛ surgens ex flagello prius terre infixo ꝛ immerso sicut dicit Ysido. Dicuntur autẽ flagella vitium summitates siue extremitates. eo q̃ ventoruꝫ flatibus agitentur que vel ꝓpter vitis dilatatõeꝫ vel ꝓpter renouationẽ terre immerguntur ex quib⁹ noue plãtule egrediunt. ꝛ vitis propagines appellant. Propaginare est idem qđ flagellũ terre imersuꝫ sternere et inde nouas vites producere. et sic vineam dilatare. Nam propagare. extendere ꝛ producere idem est vt dicit Ysido. palmites itaq; vinee siue rami ad terre cõcauitatem incuruati ꝛ in quibusdaꝫ foueis a terra cooperti quandam concipiunt vim germinandi et nouas propagines ꝑducendi. vnde virtus germinatiua

existēs in flagellis sursum vi caloris erūpens paulatim transmutat exterius in propagines pars vero eiusdem virtutis depressa inferius admiscetur terre et convertitur in radices a quibus novelle propagines attrahunt nutrimentum et tandem radices totaliter efficiūtur a quibus propagate vites velut filie a matre continuo nutriuntur. et sic fit quod primo a nutrice scz radice nutriebatur conversum per propagationis artificium in radicē. habet vt viceversa nutricis officio fungatur. quia palmes sive flagellū quod primo nutrimentum a radice hausit. nunc per conversionem in radicem omnes alios a se crescentes veluti mater nutrit. vt dicit Gregorius.

Capitulū. CXIX.

De platano

Platanus est arbor a latitudine foliorum sic dicta. eo quod patula sint et ampla. nam platos greci patulum vocant. vt dicit Isido. li. xvij. cuius pulcritudinem exprimit scriptura dicens quasi platanus exaltata sum Eccle. xxiiij. Mollia quidem habet folia et tenera vitis folio similia vt dicit idem. Dyas. ad ista addit quod platanus est arbor frigida et sicca. cuius folia in causis calidis et humidis sunt vtilia. nam vt dicitur reuma compescunt et tumorē calidum oculorū. decoctio corticum eius et foliorum reprimit dolorem dentium et vt dicitur ossium aliorum. virtutem dicitur habere leniendi et acutos dolores mitigandi. vnde valere dicitur contra cōbustiones si cum alijs lenitiuis apponatur. et etiam decoctio in vino valere dicitur contra venenū. hanc arborem laudat plinius libro. xij. ca. iij.

Capitulum. CXX.

De populo

Populus est arbor a multitudine dicta. eo quod ex eius calce. id est fine vel radice multiplex ramorum densitas oriatur. vt dicit Isidorus libro xvij. Cuius genus duplex est. nam altera est alba altera autem nigra. alba quidem habet folia ex vna parte alba ex altera viridia. et hic est bicolor habens quasi diei et noctis notas. nam alio modo variat colorem in solis ortu. et modo alio in occasu. vt dicit idem. ab hac autem arbore. vt dicit idē effluit resina iuxta eridanum fluuium in ytalia. et etiam in syria. et hec resina a Dyas. et ab alijs iudicatur medicinalis. nam sanguinē stringit. sudores et alios fluxus noxios compescit. ex eius siquidem summitatibus et comis solet fieri vnguentum frigidum opilatiuum et caloris mitigatiuū. tumoris repressiuū. somni prouocatiuū. et hoc vnguentum populeon a medicis nūcupatur. et in multis causis necessariū iudicatur. Dixit etiam Isido. quod populus et platanus et salix mollis sunt materie et ad sculpturam apte. et tales arbores precisis ramis plus crescunt et in latum et in longum amplius se extendunt.

Capitulū. CXXI.

De pino

Pinus est arbor picea a foliorum acumine sic vocata. pinum enim antiqui acutum appellabant. hec arbor dicitur picea. eo quod desudat picem vt dicit Isidorus libro. xvij. Ex pino in insulis germanie gignitur lacrima sive gutta que defluens frigore vel calore indurescit et gemmā facit. et dicitur electrum. vt dicit Isidorus ibidem. hoc autem electrum alio nomine dicimus succum eo quod arboris sit succus. Dicitur etiam ibidem pinus prodesse cunctis que sub ea seruntur sicut omnibus dicitur nocere ficus. Est autem pinus arbor procera et valde recta levis et porosa. et tamen multum fortis. cum sit nodosa. et ideo ex pino optimi in nauibus fiunt mali. pini etiam edificijs sunt valde apti. de facili tamen inflamātur et incendūtur quādo igni casu aliquo applicantur. et hoc accidit quia multum habent pinguedinis et vnctuositatis. quia picem desudat. Hec arbor corticem habet durum extrinsecus et rugosum. sed interius habet humorem pinguem et viscosum. qui a calore solis attractus exterius in estate cō

uertit in resinam que quidem primo ex se est subalbida et per decoctionē quando pix efficitur reddit valde nigra. Est autem valde odorifera et odoriferum facit fumum. sed per multam decoctionē diminuitur odor eius. folia habet multa sed gracilia et acuta. et viret hyeme et estate. Et cum sit arbor pinguissima. in locis tamen crescit montuosis valde aridis et lapidosis. et cum sit arbor multe pullulationis tanto plus in altum crescit quāto inferius plures ramos perdit. vnde ramis precisis versus terram plus se dilatat in coma versus celum. lente crescit propter viscositatem humoris et grossiciem qui cito se digeri nō permittit. a suis corticibus spoliatur et nudatur vt plus duret. nam inter corticem et lignum generātur vermes quādo incipit desiccari. et illi vermiculi corrodūt lignum et ideo cortices extrahunt ne ex corrupto humore generentur vermes ad ligni conseruationem dicitur esse precipua medicina. Dicit autem plinius libro. xvi. quod pinus sicut et alnus sub terra profunde cooptus diu durat. et ideo si caueatur pinus ad aqueductus et obturatur profunde in terra multis durat annis. et super terrā iacens et in loco humido ac pluuioso corrūpitur citius et senescit que totaliter in aqua occultata sub terra ex aque fluxu indurescit. diu itaque durat sub tecto nec de facili admittit cariem nec teredinem nisi per stillantem pluuiam corrūpatur. sed sub terra profunda diutissime ab omni putredine conseruatur. Econuerso autem abies sub terra in aqua cito putrescit. firmissima vero est infra tectū. vt dicit plinius libro. xxi. cap. x.

Capitulū. CXXII

De pinea

Pinea dicitur pini fructus. vt dicit Plinius. in imo iuxta stipitem grossius et rotundus. in summo vero piramidalis et acutus. in principio est viridis. sed quando bene maturus est alterius coloris efficitur et colore castanee coloratur. Et est pinea nux maxima continens in se pro fructu grana multa. que in testis durissimis sunt inclusa. que quidē per ordinē sibi inuicem sunt connexa. et tamen ne vnum tangat aliud testatum seruatū folliculis quasi quibusdam parietibus miro nature artificio sunt distincta. Sunt autem sic ordinata grana. vt maiora maiorem et grossiorem partem occupent. et minora minorem teneant ordinatissime et ad graciliorem locum et acutiorem sub maiori ponere sese inclinent. nam pars grossior superius per quādam caudulam adherens arbori depresso ad terram acumine inferius aliquātulum se inclinat. et est pinea fortis adherentie et magne conglutinatis quādiu recens est. et a sua pingui humorositate nōdum vetustate aliqua desiccatur. cōsumpta pinguedine siue humore viscoso desiccata pinea dissoluitur. et sic pars a parte et nucleus a nucleo separatur. Et ideo secundum Dyas. et Plat. quādo est vtendum nucleis pinee oportet vt integra pinea ponatur supra carbones et leniter exuratur. et sic duplex cortex eius: interior scilicet et exterior auferatur. et tunc valde medicinalia sunt grana ista. habent enim virtutē leniendi et humectandi et aliquātulum aperiendi et mundificandi membra spiritualia. et tussim mitigandi. ethicis et consumptis subueniendi et sanguinem augmentandi. Cortices etiam eius sunt medicinales. habent etiam sua stipticitate virtutem sistendi sanguinem maxime menstrualem. et etiam dissentericum fluxum ventris restringendi vt dicit platearius et plinius libro. xv.

Capitulū CXXIII

De pice

Pix pini lacrima est per coctionē ignis cum nigredine indurata. vt dicit Ysidorus. Picis autem duplex est species. scilicet naualis qua naues inde liniuntur. et earum rime ne subintret aqua picis beneficio obstruitur. et liquida et vtraque calida est atque sicca. Alio tamen modo componitur dura. et alio modo liquida. et a multis colophonia vel pix greca dicitur. quia in grecia in quantitate maxima inuenitur. Vtraque est medi-

cinalis. virtutem enĩ habet dissoluendi et consumendi. vnde valet contra vicia splenis ⁊ eius opilationem. et in multis alijs ponitur malagmatib⁹ ⁊ emplastris Et dicit etiam Dyasc. q valet contra venenũ ⁊ morsibus venaticis succurrit cũ sale trita. pix autẽ ignem inflamat manum tangentis inquinat maxime calefacta. vestes mundas ⁊ cãdidas sordidat et maculat cui⁹ macula quo ad colorem et odorem vix a vestib⁹ deletur.

Capitulũ. CXXIIII.

De piro

Pirus est arbor fructifera, sic dicta quia in specie ignis est formata. nam eius fructus a lato incipit et ad modum ignis in angustum finit. vt dicit Isidor⁹ libro. xvij. Pirus dicitur arbor sed pirum eius fructus est. ⁊ fructus eius est ceteris fructibus ponderosior. vt dicit idem. vnde pauca pira videntur ponderosiora esse q̃ multa poma vt dicit idem. etiam si dorso iumenti apponantur. De piris autem sic loquitur ysa. in dietis. dicit enim. Pirorum due sunt species alia est siluatica seu agrestis. alia domestica et ortensis. vtriusq; autem piri frondes ⁊ rami sunt stiptici et constrictiui. sed fructus inter se multum differunt. Nam pira agrestia magis sunt pontica ⁊ terrestria magis frigida ⁊ sicca q̃ domestica. magis insipida ⁊ dura gustui quia plus generaliter indigesta. ⁊ ideo cibo non conueniũt sed solũ modo medicine quia vehementer constringunt ventris fluxum ⁊ reprimũt colericum vomitum si decocta in aqua fluuiali super stomachum apponantur. Domestica vero pira imatura sunt pontica grossa ⁊ dura ⁊ ad esum insipida atq; mala tamen per citationem ⁊ decoctionez in aqua dulci ⁊ mellis seu alterius dulcis appositionem eorum potest terrestreitas aliquãtulum digeri ⁊ asperitas temperari. nec sic tamen multum conueniunt cibo sed potius medicine. Pira domestica matura frigida sunt ⁊ sicca. quorum stiptica substantia cum aquosa dulcedine est admixta Et ideo conueniunt cibo ⁊ medicine. melius tamen conueniunt vtroq; modo post cibum q̃ ante. naz post cibum laxant ⁊ comprimendo cibaria depellunt ad locum decoctionis. ⁊ neruos orificij stomachi confortant. añ prandium vero sumpta constipant. ⁊ si in multa quantitate a ieiunis sepius assumantur vermes in ventre generant ⁊ colericã duram ⁊ intolerabilem alias incurabilem prouocãt passionem. ⁊ illa pira que sunt dulcia temperatioris sunt cõplexionis ⁊ minus sunt frigida alijs. ideo frigidis ⁊ siccis plus conueniunt. Hoc autẽ pira habent proprium q cocta cum fungis maliciosis omnem ab eis auferunt lesionẽ. ⁊ maxime siluestria propter sue ponticitatis intensionem. vt dicit ysaac Puluis siue cinis piri siluestris valet bibitus cõtra fungos. vt dicit idem. Semper autem post esum piri debet subsequi vsus vini. nam vt dicit quidam sine vino sunt pira virus.

Capitulũ. CXXV

De pruno

Prinus est arbor quã latini prunum vocant. et cum illius arboris multa sunt genera. melior est damascena a damasco opido primitus asportata. vt dicit Isido. cuius fruct⁹ stomacho conuenit ⁊ medetur. Hec sola arbor gũmi glutinosum ⁊ compactũ distillat. quo vtuntur medici et scriptores. vt dicit Isidor⁹ libro. xvij. Fructus autez pruni dicuntur pruna. quorum quedam sunt alba. quedam rubea. quedam nigra que nigra sunt ⁊ aliquãtulum dura ⁊ acida sunt stomacho vtiliora. qualia sũt damascena. frigida sunt enĩ et humida. qñ bene sunt matura humectant ac infrigidant ⁊ dantur contra febrilem calorem et siccam ventris constipationẽ. Papias tamen dicit q prunus est arbor idem q lentiscus. Sed glosa super dañ. dicit q prunus et lentiscus sunt eadem arbor sz cum ex lentisco nõ fiat prunus. non erit eadem arbor prunus ⁊ lentiscus.

Capitulũ. CXXVI

De papiro

Papirus dicitur quidam iuncus qui desiccatus ad nutrimentum ignium in lucernis et lampadibus est valde aptus. et dicitur quasi pabulum ignis. pir enim ignis dicitur. quia in cereis ponitur ad ardendum. et est herba viridis et rotunda et exterius valde plana. interius habens mollem medullam albam siccam bibulam et porosam. decorticatur autem papirus usque ad medullam et sic desiccatur. parum tamen derelinquitur de cortice in uno latere unde medulla tenera sustentetur. et quanto minus habet de cortice tanto clarius ardet in lampade. et facilius inflamatur. Locus autem ubi crescit in palustribus et pratis et aquarum ripis. hic papirio omnis nuncupatur. ut dicit Ysidorus. et dicitur hec papirus. De papiro autem fiunt vasa papiria nam papirium est quicquid potest fieri de papiro. tante autem sunt magnitudinis papiri circa memphim et in india ut ex eis fiant naues sicut dicit glosa super .xviij. cap. ysa. et hoc testatur Plinius. et idem testatur historia alexandri. De papiris etiam fiunt carte in quibus scribebatur epistole que per legatos mittebantur. fiunt etiam sportule pixides et capse de papiris in quibus litere et alia reponuntur. sicut dicit glosa. Secundum plinium autem multum valet medulla papiri ad aquam de auro extrahendam. illam enim naturaliter imbibit et ad se trahit. et ideo aqua extrahitur a vino cum papiro. De papiris dicit plinius libro .xiij. cap. papiri inquit crescit in palustribus egipti et alijs quiescentibus nili aquis. ubi aque in altitudine duos cubitos non transcendunt. habent autem radices papirorum in illis stagnis crescentia spissitudinem unius brachij. et sunt triangulares in lateribus ex quibus crescunt iunci non amplius in altitudine decem cubitorum. et illis radicibus incole pro lignis utuntur ad comburendum. et ex ipso papiro fiunt varia utensilia et ex eis nauigia texunt. et nauium vela funes et etiam vestimenta. et inde faciunt usum carte huiusque plinius.

De paliuro

Capitu. CXXVII.

Paliurus est carduus asperrimus et spinosus crescens in terra aspera et inculta ut dicit Ysidorus. habens quedam capitella spinosa et ad tangendum difficilia. nam manum ledunt tangentis. et in illis capitellis continetur semen diureticum valens. ut dicit Dyasc. morbis venenatis et ad calculum confringendum. Paliurus itaque est herba aculeata pedes vulnerans transeuntis. cuius hastule ita sunt spinose quod etiam pre asperitate contingi se vel comedi ab asinis non permittunt.

Capitu. CXXVIII

De papauere

Papauer est herba somnifera. soporem enim languentibus facit. Et est duplex. scilicet visualis et agrestis ex qua fluit succus quem phisici opium dicunt. visuale autem aliud album quod est frigidum et humidum. aliud nigrum quod est frigidum et siccum. aliud est rubeum et agnoscitur hec species per flores altos purpureos siue roseos et subalbidos. Capita habent magna ad modum maligranati in quibus recolligitur semen suum. semen autem est unctuosum. unde ex eo fit oleum ad usus multos ex succo foliorum et capitellorum fit opium. unde somnus febricitantibus prouocatur debet dari cum cautela quia multum opilat et infrigidat et mortificat. et maxime papauer nigrum in multis antidotis et medicinis salubriter adhibetur. ut dicit Plat., Plini. Dyascorides et Macer.

Capitulum. CXXIX

De plantagine

Plantago est herba frigida et sicca que a grecis dicitur arnoglossa. id est agni lingua. ut dicit Ysidorus libro .xvij. Eius enim folia sunt plana et aliquantulum neruosa sunt sicut lingua. et cum rotunditate sunt oblonga in quorum medio surgit una hastula fortis et angulosa in cuius summi

tate recolligitur eius semen in modum claue. Et ad huius herbe similitudinem formatus erat ornatus in infula summi sacerdotis sicut dicit magister super exodum historia. Et est herba maxime conueniens medicine. nam vulnera sanat etiam canis rabidi et eius tumores sedat. ydropicos iuuat. veneno repugnat et maxime aranearum. eius succus lumbricos necat et vehementem dolorem ventris mitigat vulnera saniosa mundat et desiccat. sanguinis fluxum et menstruorum amputat tumores apostematum in principio repercutit et dissipat. masticata gingiuas tumidas et sanguifluas reprimit atque mundat. vt dicit dyascorides qui multiformiter laudat virtutes magnificas arnoglosse.

Capitulum. CXXX

De petrosilino

Petrosilinum est herba ortensis odorata. sic dicta eo quod in petris et locis petrosis sepe oriatur. Cuius species sunt plures sed optimum est macedonicum suaue gustu et odore aromaticum. vt dicit Isidorus. cuius vsus conuenit esui et etiam medicine. Est enim herba calida et sicca et multum diuretica apertiua diuisiua et consumptiua. ac humorum grossorum subtiliatiua stomachi confortatiua et appetitus excitatiua. et ideo lapidem frangit. menstrua educit. ydropicis subuenit. opilationes splenis et epatis aperit. et multas alias passiones. vt dicit pli. dyas. et plat.

Capitulum CXXXI

De pipere

Piper est semen vel fructus arboris aut fruticis in meridionali parte caucasi montis crescentis contra feruidum estum solis. vt dicit Isidorus libro. xvij. cuius folia iunipero sunt similia. Cuius siluas serpentes custodiunt sed incole regionis illius cum silue mature fuerint eas incendunt et serpentes ignis violentia effugantur et ex huius combustione grana piperis que naturaliter erant prius alba efficiuntur nigra accidentaliter et rugosa. Cuius triplex est species vt dicit idem. nam est piper longum scilicet quod est imaturum. et piper album scilicet quod ab igne est incorruptum. et piper nigrum quod scilicet torrido calore ignis nigrum est superficie et rugosum. Piper autem nigrum efficacius est longiori tempore quam aliud potest in magna efficacia custodiri. et quanto est ponderosius tanto est recentius et etiam melius. vt dicit idem. sophisticatur autem mercatorum fraude. nam vetustissimo piperi humefacto superaspergunt spumam argenti vel plumbi vt sic videatur ratione ponderis esse recens. hucusque Isido. plini⁹ autem libro. xij. ca. viij. dicit quod piper per longam adustionem solis nigrum redditur et rugosum. et hoc non sine piperis iniuria cum deberet esse album. sed ex celi intemperie sic nigrescit. hoc etiam permittunt incole vt possit diutius et melius conseruari. sed Dyas. dicit quod sarraceni quando de nouo colligitur illud ponunt in clibano et sic torrent vt virtus germinatiua a pipere auferatur in alijs partibus valeat fructificare aut iterum pullulare. Est autem piper calidum et siccum in quarto gradu. vt dicitur in Plat. habet autem virtutem dissoluendi consumendi et attrahendi. cuius puluis habet vim sternutationem prouocandi et cerebrum a superfluitate fleumatica expurgandi et carnem superfluam corrodendi et pannum in oculo consumendi. et spiritualia membra a frigidis et viscosis superfluitatibus emundandi. maxime si cum ficubus siccis assumatur. habet insuper vim calefaciendi stomachum et confortandi. et appetitum prouocandi. sanguineis tamen et colericis non est vtilis vsus piperis. nam sanguinem dissoluit et desiccat et exurit. et tandem lepram et alias passiones pessimas generat et inducit. vt dicitur in plat. Piper itaque granum est vile in aspectu exterius atque nigrum interius album sapore acutum. odore aromaticum. in quantitate modicum in virtute maximum. actu frigidum potentia calidissimum. cuius virtus non sentitur quamdiu est inte-

grum. sed cum masticatum fuerit vel cō
tritum. Cuius virtutes dicere ad ple
num esset longum et quamuis sit multū pon
derosum apud nos preciosumque propter
eius caritatem ⁊ efficaciam apud indos
tamen propter eius copiam pulegio vi
lius reputatur. vt dicit Isidorus. et etiam
platearius.

Capitu. CXXXII.

De pulegio

P Ulegium est herba multum aro
matica a pullulando dicta que
vt dicit Isidorus. apud indos pi
pere preciosior est. Est autem secundum Plat.
pulegium herba calida et sicca in tercio
gradu. cuius virtus consistit in folijs et
in flore. et debet colligi quando est in flo
re. et est duplex scilicet domesticū quod
vocatur sisinbrium ⁊ agreste. ⁊ vtrumque est
multum vtile ⁊ medicinale. virtutem ei
habet dissoluendi consumendi ⁊ confor-
tandi ⁊ reuma frigidum constringendi ⁊
desiccandi ⁊ tussim frigidam amputandi
et matricem mundificandi et coartandi
ventris valuam. menstrua educendi cō
fortandi stomachum. et appetitum exci-
tandi ventositatem extenuandi. ⁊ dolorē
interiorum scilicet intestinorum ex fri-
giditate mirabiliter mitigandi frangē-
di calculum et conceptum adiuuandi vt
dicit Plinius.

Capitu. CXXXIII

De porro

P Orrum nomen est eteroclitum
quod in singulari dicitur hoc por
rum et in plurali porri. versus.
Dat rastrum rastros porrumque facit ti-
bi porros. et etiam in libro numerorum. xi.
ca. dicitur. In memoriam nobis veniūt
porri cepe et allia ⁊c. Porrorum autem duo
sunt genera scilicet capitatum et sectile.
Sectile autem dicitur paruulum non-
dum transplantatū. capitatum vero ma
ius quod de loco ad locum translatum est
vt dicit Isidorus libro. xvij. porrum se-
ctile plus conuenit medicine quam esui. ca-
pitatum vero econuerso. Est autem ca-
put album carnosum. pelliculis siue tu-
niculis circumuestitū habens in fine plu-
res radices loco capillorum quibus ter-
re adheret et suscipit nutrimentum. de
medio autem capitis erumpit planta vt
dicitur in libro vegetabilium. habens in
stipitis superficie caput in quo semina col
liguntur ⁊ habent singula grana singulos
pediculos. per quos adherent plante. nō
facit semen primo anno sed secūdo sicut
etiam dicitur in li. dyas. ⁊ macri. ypocras
in multis medicaminibus porro vteba-
tur. nam illius succus dedit solum ille bi
bendum contra vomitum sanguinis vn
de valet cōtra sterilitatem si a puellis se
pius comedatur. succus eius cū vino bi-
bitus valet contra morsum serpentis et
cuiuslibet venenosi animalis. contritum
cum melle sanat vulnera si super ea em-
plastretur. succus eius cum lacte mixtus
vetustam sanat tussim. ⁊ etiam sanat vi-
cia pulmonis. succus eius cum felle ca-
pre mixtus addita tercia parte mellis
auri infusus tepidus eius sanat dolorem
et iuuat contra surditatem. cum vino bi-
bitus soluit lumborum dolorem vulnera
recentia cum sale mixtū porrum cito clau
dit ⁊ sanat. duricias relaxat. ⁊ fracturas
cito consolidat. porrum etiam crudū co-
mestum valet contra ebrietatem. stimu
lat venerem. ⁊ mollit durum ventrē. hec
omnia dicit Plinius libro. xx. cap. vij. vbi
multa iam dictis superaddit. dicit etiam
quod odore solo scorpiones abicit et serpen
tes. sanat morsum canis cum melle. va-
let etiam contra dentium dolorem et co-
rum vermes interficit. somnum prouo-
cat morbum regium interficit et ydropi
sim curat. habet tamen quedam vicia. quia
aciem oculorum hebetat et inflationem
generat. grauat stomachum sitim pro-
uocat sanguinem incendit et inflamat si
frequenter et nimium comedatur. Hec
usque plinius.

Capi. CXXXIIII.

De quercu

Q Uercus est arbor glandifera. an
nosa solida ⁊ compacta duri cor
ticis. medullam modicam ha-

bens interius siue nullam. super folia generans quandam stipticam et insipidaz materiam quam medici vocant gallum portans fructus qui vocantur glandes quibus porci et etiam aprioli in nemoribus saginantur. radicem habet fortem et tortuosam. in terra multum se profundantem et ei fixione fortissima adherentem cuius cortices fructus et frondes cum sint frigidi stiptici et sicci. sunt vtiles medicine. dicitur quoque quercus a querendo eo quod in ea solebant dij gentium responsa dare. vt dicit Isidorus libro. xvij. vel ideo quia in ea solebant antiqui querere glandes ad edendum sicuti etiam dicit poeta. Mortales primi ructabant gutture glandes. Fuit autem hec arbor ioui antiquitus consecrata. Unde dicit ouidius. Et que desiderant patula iouis arbore glandes. Crescunt autem quercus in locis montuosis et saltuosis et maxime in terra basan. vnde quercus glandifere in magnitudine duricia et fortitudine alias arbores precellunt vt dicit glosa hiero. super amos ca. ij. Est autem quercus idem quod ilex quere supra eodem in litera J. quercuum fructus glandes dicuntur que crescunt inter folia nullo flore penitus precedente et sunt glandes rotunde exterius et oblonge et multum plane et speculares aliquantulum sublucide sicut vnguis. et sicut dicitur in diet. glandes frigide sunt et sicce. et ideo difficiles sunt digestioni et molestientes et ventrem constipantes. et tarde de stomacho descendentes. et dolorem capitis generantes. propter fumos grossos ex glandibus resolutos de stomacho ad cerebrum ascendentes. Sunt autem in principio virides sed efficiuntur quasi fulue ad maturitatem pertingentes. crescentes in quibusdam capsulis rotundissimis planis interius. sed callosis exterius aliquantulum et hirsutis. Habent autem interius medullam spissam et plenam quadam pellicula circundatam que diuidit inter corticem et medullam et est cortex cum medulla et capsula sua magne stipticitatis et siccitatis. et non boni saporis maxime adhuc viridis. sed quando bene maturantur et assantur in igne vel in dulci aqua elixantur meliorantur in sapore ex aqua dulcedine et calore. valent enim contra venenum quia opilant poros ne ad cor venenositas se diffundat. humores putridos desiccant. et fluxum menstrualem valde cohibent atque sedant. vt dicit ysa. in diet.

Capitu. CXXXV.

De quisquilijs

Quisquilie dicuntur purgamenta frumenti sicut dicitur amos capitulo. viij. que cadunt quando frumentum purgatur. que quidem inutiles sunt hominibus ad comedendum porcis tamen et alalibus prebent cibum admixte frumento ipsum inficiunt et ei nihil afferunt nisi pondus. Quisquiliarum tamen grana leuia sunt et vacua cauata a vermibus et corrosa. quorum medulla interius consumitur. ideo ipsorum teca vacua inuenitur propter quod non tantum ventrem satiant quam aggrauant atque inflant.

Capitu. CXXXVI.

De rosa

Rosa vt dicit Plinius est arbor spinosa et parua. cuius virtus maxima est in flore. secundario vero est in folijs et semine. Nam arbor est medicinalis quo ad florem quo ad folia. quo ad semen. Est autem rosa duplex quia quedam est domestica siue ortensis et quedam est siluestris. Ortensis plantatur et colitur sicut vitis. que si remanserit inculta et a superfluis non purgata degenerat in siluestrem. agrestis vero rosa per frequentem mutationem et culturam efficitur vera rosa. differt autem rosa ortensis a siluestri in florum multitudine in odore in colore et in virtute. quia folia siluestrium sunt plana lata subalbida. pauco rubore admixta. minus odorifera et minus operantia in medicina. Folia autem ortensis rose sunt multa mutuo coherentia et conexa. omnino rubea vel om

mino albissima mire redolentia in sapo/
re stiptica ⁊ quodāmodo mordicantia ⁊
magne efficacie in medicina. quāto ma/
gis cōteruntur ⁊ cōfringuntur tanto magis
efficacia ⁊ aromatica sentiuntur. de spina
quadā dura ⁊ aspera oriuntur. sed tamē spi
neam naturā nullaten⁹ imitantur. decore ⁊
odore nobilitant spinā suā quādo autem
primo germināt includitur flos in grano
so cortice viridi seu virēte. quo tumescē
te erumpūt quedā folia dura ⁊ acuta. in
quorum medio erūpunt alia folia mollia ⁊
se mutuo cōplectentia ⁊ paulatim ruben
tia. que cōplecta cōtra solis ortum se ex
pandunt. ⁊ quia tenera sunt ⁊ adherētie de
bilis in principio. ideo illis paruis fo/
lijs virentibus inferius rubea folia tene/
ra ⁊ mollia in circuitu muniuntur vel muni
untur. in quorum medio apparet semen mi
nutū croceū ⁊ valde odoriferū qd̄ adhe/
ret sup rose fructū. primo aūt formatur
rose fructus anteq̄ folia ad plenū se ex
pandant. Et eius fruct⁹ sunt quidā no/
duli pui duricū quadā villositate q̄busi
dam granulis pleni qui primo sunt viri
des. sed post casum seminis ⁊ foliorum in autū
no rubescūt q̄n plene sunt maturi molle
scunt circa hyemē ⁊ nigrescunt. ⁊ corū sa
por stipticus est ⁊ aliquātulū acetosus si
cut sapor mespilorum. sed inutiles sunt ad
manducandū ꝓpter villaginē interius la
titantē. ⁊ comedētis guttur interi⁹ offen
dentē. nascitur aūt arbor rose q̄nq̄ p semi/
nationē. q̄nq̄ p plantationē. q̄nq̄ p in
sertionē ⁊ ꝓficiūt rose p translocationem
et precincionē. hucusq̄ Pli. libro. xx. ca.
iiij. flos rose inter flores obtinet princi
patum. ⁊ ideo solet principalis pars ho
minis. s. caput rosarū floribus coronari.
vt dicit Pli. ⁊ hoc ratione decoris odoris
suauitatis ⁊ virtutis. nam sua pulcritu
dine aspectū reficit. suo odore olfactum
afficit. suauitatis mollicie tactum deli/
nit. sua ꝟtute multis languoribus ⁊ mor/
bis obuiat ⁊ succurrit. vt dicit idem viri
dis enim ⁊ sicca competit medicine. De
viridibus autē folijs rosarū fiunt multa
vt dicitur in Plat. nam rose minutatim
incise decocte in despūato melle mel red
dunt aromaticū et medicinale. Istud est

mel cōfortat ⁊ mūdificat ⁊ mūdificādo
dissoluit. et digerit humores viscosos
fleumaticos atq̄ grossos. cum frigida
aqua stringit et constipat. cum calida la
xat. De rosis aūt bene cōtritis ⁊ cum zu
cara bene incorpatis fit zucara rosacea.
que habet virtutem cōfortandi ⁊ cōstrin
gendi. valet etiā contra fluxū dissente
rie ⁊ contra vomitū colericū ⁊ contra sin
copim ⁊ cardiacā passionē. De rosis eti
am in oleo maceratis fit oleū rosaceum
in multis causis necessariū: valet enī cō
tra calefactionē epatis si inde epatis re
gio inungatur. valet contra dolorē capitis
ex calida causa si inde frons ⁊ timpora li
niantur. ⁊ valet contra caloris distempe
rantiā in acutis etiā somnū prouocat et
inducit. Ex rosis etiam viridibus fit aqua
rosacea per decoctionē ignis siue solis. et
hec aqua valet ad supradicta omnia. va
let etiā in collirijs oculorum ꝯ in vnguētis
dn̄arū. quia pannū superfluum ⁊ maculas
faciei abstergit ⁊ cutem subtiliat. Ex ro
sis etiā siccis fiūt plurime medicine. nā
odor siccarū rosarū cerebrū repat ⁊ con
fortat. eius decoctio in aqua celesti oēm
fluxū ex calida causa sedat. puluis earū
sanguinē sistit de naribus profluentē. desic
cat ⁊ cōsumit putridū humorē gingiuas
et radices dentium corrūpentem. confor
tat dentem mobilem casum cōminantem
puluis eius cum croco contritus et albu
gini oui mixtus sanat efficaciter dolorē
oculorum et stringit humorem ⁊ sangui
nem ad oculorum venas defluentem rep
mit tumorem vulue et ipsam releuat de
scendentē. Has et multas alias rose vir
tutes tangit pli. li. xx. ca. xix.

Capitu. CXXVII.

De radice

Adix a radio dicitur quia qua/
r si quibusdam radijs fixa terre de
mergitur in profundum Vel di
citur a rado dis. quia si eradatur non re
pullulat. Est ergo radix tam principium
herbe q̄ arboris et est mollis in substan
tia porosa villosa tortuosa. mollis siqui
dem ⁊ pinguis est substantie propter fa
liorē humiditatis attracte incōpatōem

porosa est ꝓpter faciliorem ⁊ copiosiorem
humoris ad nutrimentū foliorū et fron
dium transmissionē. villosa est ꝓpter ha/
bundātis nutrimenti attractionem. qḋ
enim facit os in animalis corpore hoc fa
cit radix in corpore arboris siue herbe. per
villos enī adheret terre. ⁊ qḋ sibi cōueni
ens est attrahit de humore. ⁊ attractum
per poros quasi ꝑ venas trāsmittit ad nu
trimentū plāte. tortuosa est ꝓpter fortio
rem adherentiā ⁊ in terra fixionē. varia
tur autem radix in figura ⁊ dispositione
ſm diuersam actionem caloris operantis
in substantiali materia radicis. que ali/
quādo est subtilis aliquādo grossa. ali/
quādo mediocris. sicut di. cōmentū al.
sup li. de plantis. nam si fuerit materia
aquosa aerea subtilis ⁊ calor fortis erit
radix oblonga ⁊ recta in figura ⁊ acuta ⁊
si humiditas nutrimentalis fuerit gros/
sa ⁊ terrestris erit radix dura et sicca. qꝛ
talis humor vi caloris fortius coagulaꝛ
si vero fuerit materia mediocris ⁊ calor
fortis equaliter ab omnib⁹ partib⁹ a ca/
lore attrahitur et propter ptium equa/
lium coadunationē rotundatur. ⁊ sic fit
radix rotūda in figura. Si vero fuerit ca
lor debilis ⁊ materia viscosa nō pōt mul
tum materiā eleuare nec etiam dilatare
tamen eleuat partes eius leuiores. gra
uiores proprio pōdere. hincinde diffun
duntur. Et sic etiam in eis relinquitur
forma inequalis cū quadā nodositate ⁊
asperitate. radix ab humore terre actōe
caloris generaꝛ. a calore celesti penetraꝛ.
cui⁹ ꝟtute nutrimentū cōueniens sibi at
trahitur ⁊ incorporaꝛ. ex situ ⁊ dispositione
terre radix dispositionē consequiꝛ ⁊ com
plexionē. nā que in terra dulci ⁊ medio/
criter sicca nascūtur ⁊ aqua nutriunꝛ plu
uiali sunt meliores ⁊ ceteris laudabilio
res. que vero nutriūtur in terra molli et
palustri vbi aqua stans est ⁊ putrida de
qua hauriūt nutrimentū. propter mali/
gnitatē ⁊ corruptionē aque ceteris sunt
deteriores ⁊ minus salubres tam in cibo
ꝙ̄ in medicina. vt dicit ysa. Radix occul
tatur sub terra ⁊ latitat ab aspectu. ⁊ suā
ꝟtutē ⁊ efficaciā manifestat in fronde et
in flore ⁊ in fructu. in terra occulta ra vi/
uit ꝓficit ⁊ melioraꝛ. que extracta a ter/
ra moriꝛ. deficit ⁊ desiccaꝛ. Totius arbo/
ris siue plante pars despectior est ipa ra
dix. ⁊ tamē sicut vtriusqꝫ mater est ⁊ pri
cipium. sic vtriusqꝫ nutrix est ⁊ maxime
necessariū sustētamentū. ⁊ quāto ꝓfun/
dius terre visceribꝫ se infigit tāto effici
tur solidius ⁊ firmi⁹ arboris fundamen
tum. Radix cū sit in sua substātia valde
mollis. virtute tñ ⁊ subtilitate innati ca
loris lapides duros penetrat et vsqꝫ ad
eor intima se ꝓfundat. tpe hyemali ca/
lor naturalis fugiens frigiditatē aeris
ad interiora radicis se recolligit ⁊ ibi mł
tiplicaꝛ. ad sui tꝑamentū ⁊ nutrimentū
a ramis exterioribꝫ ad se attrahit humo
rem. ⁊ tūc hyeme ex attracto humore ra
dix materiā accipit quā pturiendo fron
des ⁊ flores verno tpe post emittit. vnde
herbe que prius erant aride ⁊ sicce ⁊ qua/
si mortue in hyeme humore euaporante
ad supiora in vere reuiuiscūt. Item qua
litas scilicet bonitas vel malignitas ra/
dicis ad ramos deriuaꝛ ⁊ sepe ostenditur
in fructu ⁊ flore. quid ꝟtutis vel vicij la
teat in radice. sepius tamē ponticitas si/
ue amaritudo humoris radicis digeri/
tur ⁊ dulcoraꝛ beneficio aeris subtilian/
tis ⁊ caloris celestis materiā depurātis
vnde frequenter accidit ꝙ radix amara
fructū dulcem pcreat ⁊ ꝓducit qḋ patet
in radice vitis ⁊ oliue. huc vsqꝫ ysa. i diet
vniuersalib⁹. Dicit etiam Aresto. ꝙ ar/
bores qñ infirmanꝛ ⁊ nō fructificāt solet
eis mederi in radice. qꝛ inciditꝛ radix et
lapis ponitur in scissura et sic effluit gros/
sus humor ⁊ corruptus veluti de coctura
et sic post humore extracto ⁊ aere nouo
radicem interius subintrāte renouatur
arbor ⁊ sanaꝛ. Item dicit ysaac ⁊ galien⁹
et musa als misticū atheniensem dixis/
se. omnis herba cui⁹ radix est multi nutri
menti eius semen nō est nutrimentū vt
patet in pastinaca in rapa ⁊ hmōi. ⁊ ecō/
uerso quātū semē nutrit radices eius nō
sunt nutritiue. Est autē quedā herba cui
radicis nomen appropriatur. que calida
est ⁊ sicca. ⁊ est similis raphano in ꝟtute
habet autē ꝟtutē incidendi ⁊ dissoluēdi
et consumendi ⁊ aperiendi poros. Unde

valet contra febres que ex causa frigi/da procreātur splenis opilationē aperit. et eius etiam duriciem soluit. ydrop. cis subuenit ꝛ succurrit. redarguentē ꝛ acrē habet saporem. ꝛ ideo plus cōuenit me/dicine ꝙ̄ cibo. sicut rapa econuerso plus cōuenit cibo ꝙ̄ medicine. Est enī calida et humida ꝛ ceteris herbis et radicibus plus nutrit. vt dicit ysa. in dief. mollem ac dulcem ꝛ inflatam carnem facit ꝓpter sui ventositatē ꝛ inflationem. vnde cocta melius nutrit. cruda vel male cocta diffi/cile digeritur ꝛ in venis ꝛ in poris facit opilationē. valet etiam sm medicinam nam in iure eius pedes podagricoꝝ ꝛ ar/teticoꝝ loti. doloris recipiunt mitigatio nem. De semine autē rape sicut raphani fit oleum vsibus multis necessariū ꝛ ma xime in lucernis. nō tamen licitū fuit ta le oleum apponere in lucernis candela/bri in domo dñi. vt patet in glo. sup exo. xxvij. vbi dicitur cum distinctione iube/tur offerri oleum nō raphaninū nō mir teum vel mirtinū sed purissimum de li/gnis oliuarū. quia illud offerre non erat licitum. sicut nec accendere ignem alie num ꝙ̄ qui de celo descendit ꝛc.

Capi. CXXXVIII.

De rampno

Rampnus est arbor multū dura ꝛ nodosa ramosa ꝛ spinosa. Nam folia habet aculeata. spinis acu tissimis consita in lateribꝫ et munita et ideo suis aculeis solet manū ledere con tingentis. ꝛ pedes pungere ipsa folia cō/culcantis. in principio quādo nascit̃ fo/lia habet mollia ꝛ lenia ꝛ quāto plus cre scit tanto asperior efficitur ꝛ in acutiores aculeū indurescit. vt. magister in hysto/ria sup iudic. xx. ꝙ testāte iosepho ramp nus habet singulariter hanc ꝟtutē ignē ex se proferendi. Nam eius folia quādo cadunt ꝛ desiccant̃ multe dicunt̃ esse sic/citatis ꝛ cuiusdam lente vnctuositatis. ꝛ ideo quādo adest ignis vel fortis in cali dis regionibꝫ impressio caloris solaris folia illa disposita inflamationi ad mo/dicū calidi ꝛ sicci venti flatū incendūtur cuiꝰ incensionis occasione aliqñ vicina nemora mirabiliter exurunt̃ de rampno etiam dicit pli. li. xxiiij. Inter genera ar borum frutex spinosus est rampnus. ha/bens ramos et folia in quibꝫ sunt aculei recti nō adunci habens in ramis quosdā folliculos ferentes siue fructus in quibꝫ est semen habens ꝟtutem attractiuam. nam ꝛ secūdinas ab vtero trahit. Est au tem arbor magne amaritudinis tā in ra dice ꝙ̄ in folijs ꝛ in ramis. est tamen vti lis medicine. Nam ex succo radicis ꝛ fo/liorum p decoctionē fit medicamē qđ me dici licium vocant. ꝛ in quibusdam acu leis lucidum dicitur. quia oculos reddit claros. nam maculam oculi delet ꝛ valet contra lippitudinē ꝛ alia vicia palpebra/rum ꝛ ad aures purulentas et gingiuas putridas ꝛ sanguinis excreationis ꝛ cō/tra mulierum profluuium quādo abun dant humores supflui in matrice quam optime purgat ꝛ inanit. ꝛ vt dicit Plini us sanat vlcera labiorum ꝛ valet ad fis/suras lingue. vt dicit idem.

Capitu. CXXXIX

De resina

Resina vt dicit Plinꝰ libro. xxiiij est lacrima sudore lignorum ex/alata vt balsami ferule pini ꝛ len tisci ꝛ arborum ꝛ etiam virgultorū que sudare ꝓhibentur. reyn enī grece emana re dicitur vel sudare sicut ligna odorife ra orientis sicut gutta balsami aut feru/larum. quarum gutta durescit in gem/mam scilicet in electrum. Prima autem resina dicitur therebintina ꝛ est pstātissi ma pre alijs ꝛ defertur de arabia iudea si ria cipro ꝛ affrica ꝛ ab insulis maris. Se cunda est lentiscina que mastix vocatur hec de chyo insula deportat̃. Tercia est pi nealis ꝛ hec nūc est liquida nūc dura in uenitur. hucusqꝫ Isido. Resina igit̃ dici tur quodlibet gūmi liquidū vel aridum. liquida resina vt balsami ꝛ therebintina dura vt mastix thus ꝛ mirra ꝛ huiusmōi Omnis autē resina primo est mollis et liquida vel viscosa. in prima sui emana/tione ꝛ aliqua remanet liquida ꝛ aliqua calore vel frigore indurat̃. Omnis autē resina est vtilis in medicina. ꝛ ideo ponit̃

in nobilibus antidotis & vnguetis. Na-turas autem et virtutes singulorũ quere in locis suis.

Capitulum. CXL.

De rubo

Rubus est densitas spinarũ vepriũ & aliorũ fruticũ aculeos habentiũ quando in aliquo loco crescunt simul. vt dicit Ysido. & est rubetum siue rubus nomen appropriatũ spinoso frutici ferenti mora agrestia. quibus pastores releuant famē suam. Cui⁹ fructus primo est rubeus: & ideo a rubore fructuũ est dictus rubus. in ramos longos graciles & rotũdos spinosos & densatos subrubeos et in se reflexos se diffundit. cuius folia sunt breuia & in lateribus sunt scissa aliquãtulũ & acuta. habentia exterius quosdã aculeos puulos. parũ curuos et aduncos valde pungitiuos. Unde totus rubus a radice vsq; ad summitatē aculeatus est & spinosus cui⁹ aculei versus terrã parum recurui ad similitudinē dentiũ sunt formati. cui⁹ fructus primo est viridis durus & valde stipticus deinde fit rubeus parũ acetosus vltimo efficitur niger & dulcis quãdo penitus est maturus. Cui⁹ succus est rubeus & inficit sicut sanguis. & est fructus exteri⁹ tenuissima pellicula & molli circũdatus folliculis quibusdã distinctus & cum quadam rotũditate parum eleuatus sed plenus est quadã carnositate humida interius & granosus. & est arbor medicinalis cũ fructu suo. Est enĩ rubus frigidus et siccus sm̄ Plat. vt dicit idem. Dicit etiã constan. summitates esse eius stipticas et valere contra calida apostemata & vstu-ras. & contra rubores oculorũ si cime ei⁹ cum albugine oui cõterãtur & apponantur. succus etiam turionũ eius & cimarũ valet etiam contra dissenteriã cũ aqua ordei. Huc usq; plat. de fructus autē ei⁹ vtilitate quere supra in litera m. de moris agrestibus. in terra quidē sterili crescat et est optimũ circa ortos & etiam vineas munimentũ. Nam sua spissitudine bestias & transeũtes homines arcet ab ingressu. lepores & huiõi minutores aliũ est receptaculũ. auiũ in eo nidificantiũ defensaculũ & latibulum. nam ad hoc data sunt ei aculei a natura vt eis quasi cũ mucronibus se defendat. & ideo manus inuadentiũ fructus suos vulnerat & pungit. & ad sua interiora aduersarios ingredi nõ permittit. Rubus etiam vmbrosus est et obscurus sua densitate soli non puius. & ideo colubris & aliis venenatis reptilibus est amicus. & ideo a rubo dicitur rubeta quedam rana venenosa que rubos inhabitat et frequentat. vnde iuxta rubos dormire non est tutum propter eius venenosa. vt dicitur in historia super exo.

Capitulum. CXLI

De ruta

Ruta est medicinalis herba dicta eo q᷑ sit feruentissima cuius duplex est species scilicet agrestis & domestica. et vtraq; est fetuida sed agrestis magis vt dicit Ysidorus libro. xvij. cap. vltimo. hanc venenis contrariari & repugnare docent mustele. que primo rutam comedunt & eius odore se muniunt et virtute anteq̃ dimicent cum serpente vt dicit idem. immo mustela vim rute noscens post ipsius esum inuadit secure et interficit basilisci. vt dicit pli. dyas. et constanti. Multis siquidem laudib; eã extollit. pli. libro. xx. ca. xxviij. fere p̄ cũctis herbis. dicit enĩ virtutem habere calidam sc; et siccam. stomachi cõfortatiuam si sepe potetur. Item vim habet partus mortui expulsiuam. et imundiciarũ matricis eductiuam & cõsumptiuã & per consequens purgatiuã. Item virtutem habet humoris venerei cõsumptiuam. & ipsius appetitus in masculis repssiuam quia in eis intendit siccitatem & calorē cõplexionalē in masculis dominantē. ex quarum qualitatũ intensione desiccatur humor & consumitur qui solet esse in vitis causa venerei appetitus. in mulieribus autem frigidis & humidis opatur ex causa cõtraria cõtrarium supradictis. decoctio etiã rute sedat dura tormẽta ventris si potet. hec herba calida si super ventris regionē cathaplasmet mũdat et re

uat pulmonē ⁊ pectora ab omni causa hu
mida ⁊ frigida membrorū spiritualiū in/
fectiua. decocta cū oleo vermes ventris
necat. cruda comesta acuit visum. oculo/
rum caliginē dissipat atq3 curat. fluxum
sanguinis p nares eius succus naribꝰ in
stillatus desiccat ⁊ sedat. comesta vel pota
ta venenis omnibꝰ potēter obuiat. ⁊ om/
nium venenatoꝝ morsibꝰ cū allijs sale et
nucibꝰ contritis pariter curat. nitre succꝰ
eius naribꝰ instillatus a fleumate caput
purgat. ⁊ epilenticos multū iuuat. dolo/
rem dentiū eius decoctio releuat. mēbra
paralitica ad sensuz reuocat ⁊ poros prius
clausos deoppilat. ventositatē intestino/
rum potenter extenuat. ⁊ omnē interio/
rem dolorē sedat. lippitudinē oculoꝝ ⁊ ru
borem cuz cimino in aqua rosacea ruta
mixta mūdat mirabiliter atq3 sanat. Cu
ius odor omnia venenosa de ortis fugat.
et ideo plantaf circa saluiā quā serpen/
tes diligunt ⁊ bufones vt eos fuget. De
ruta quoq3 dicit pli. libro. xix. ca. ix. ruta
vult seri in equinoctio autūnali. odit hye/
mē fimū ⁊ humorē. siccis gaudet tempo/
ribus. terra latericia ac cinere vult nu/
triri. ⁊ cinis eius semini debet misceri vt
careat erucis. multū rutatū bibebāt an/
tiqui romani cōtra venenū ⁊ alias mul/
tas passiones. Uim seminatiuam habet
in semine in stipite in surculo ⁊ in radice
nam incuruato rami alicuiꝰ cacumine, sta/
tim fixa i terra radicaf ⁊ difficilime are
scit. amicicia est ei cū fico intantū vt nus
q3 letior cōualescat q3 sub fico vel iuxta
ficum. Itē dicit idem li. xx. Errauit pita
goras qui putauit oculis noxiā esse rutā
quia sculptores ⁊ pictores comedūt ru/
tam causa oculoꝝ ⁊ acuif eoꝝ visus. pca/
ueant aūt grauide ne comedāt rutaz. qꝛ
ptus interficitur cibo tali. cōtra pfluui/
um genitale datur. ⁊ venerem crebro per
somnia imaginantibꝰ. succo rute inuncti
a scorpionibꝰ ⁊ arancis ab apibꝰ ⁊ vespis
nō pungūtur neca succo cicute qui est ve
nenum venenorū inficiuntur. Hucusq3
pli. libro. xx. ca. xiij.

Capitulū. CXLII

De saltu et eius proprietatibꝰ

Altus est vastus ⁊ siluestris lo/
s cus vbi arbores in altū exiliunt
et crescunt. vt dicit Isido. libro
xiiij. Dicit etiā idem li. xiiij. saltꝰ est den
sitas arboꝝ alta. vocata hoc nomine eo q
exiliat in altū ⁊ cōsurgat ⁊ differt a silua.
nam in silua crescūt arbores plures ⁊ bre
uiores ⁊ spissius ⁊ vicinius sibiinuicē p/
pinquantes. In saltu vero arbores sunt
pauciores sed altiores sunt et maiores.
vnde silua est spissum nemus ⁊ breue et
dicitur a silen qđ est lignum quia multa
ligna ibi cedunf ⁊ nascunf. ⁊ est idem sil/
ua nemus ⁊ lucus. sed silua dicif a sylen
qđ est vastitas vel silentiū. qꝛ silua est vbi
loca sunt vasta ⁊ deserta ⁊ silentio plena
Nemus vo a numine nuncupaf. qꝛ ibi
scilicet in siluis ydola statuebāf ⁊ p nu/
mine adorabant. Sunt aūt nemora ar/
bores maiores vmbrose frondibus. Lu/
cus autē dicitur densitas arborū solis lu
men detrahens et dicitur p antifrasim a
luceo ces. lucus quasi lucens minime. sicut
piscina dicitur quasi minime pisces habēs
vt dicit Isido. libro. xvij. Saltus ⁊ silue
siue nemora sunt loca vasta ⁊ deserta vbi
crescunt ligna infructuosa multa ⁊ fru/
ctuosa pauca ⁊ sunt infructuosa maiora
et altiora generaliter q3 fructuosa pau/
cis exceptis scz quercubꝰ atq3 fagis. a fe
ris et auibus siluestribꝰ frequētanf. gra
mina ⁊ pascua in siluis ⁊ saltibꝰ generā/
tur. herbe medicinales in nemoribꝰ ⁊ sil
uis precipue montuosis repiunf. in esta
te virore frondium ⁊ graminū decorant/
tur. in siluis est locus deductionis et ve/
nationis. nam venātur in eis fere. ⁊ i eis
multiplices insidie a canibꝰ et venatori
bus prepanf. Idem est locus occultatio
nis. nam in siluis sepius pdones ⁊ latrū
culi occultanf in quorū incidentes insi/
dias transeūtes spolianf sepius aut iu/
gulātur. Item in siluis ppter viarū mul
titudinē et semitarū incertitudinē sepiꝰ
deuiant ignoti. ⁊ viam incertā ⁊ ignotaz
pre cognita eligentes sepe ad latronū la/
tibula nō sine periculo deducūtur. ⁊ ideo
fiunt nodi ⁊ signa in arbustis siue arboꝝ
ramis vt vie tute ⁊ certe viatoribꝰ osten
dantur. a latronibus autē in biuijs ali/

quando immutantur hmõi nodi siue signa. et sic per signoꝝ falsitatem multi deuiant ⁊ a rectitudine vie abducunt. Itē ad siluas aues cōfugiūt ⁊ apes. ille vt nidificent. iste vt mellificēt. aues vt ab aucupe tueantur. apes vt mellis fauos l arboꝝ cōcauitatibus componentes secretius abscondant. Item cum silue ꝓpter earum densitatem sint frigide cōsite et vmbrose viatores estu solis fatigati in vmbroso vacare refrigerio delectant. Ex siluarum aūt multitudine vel magnitudine regionū termini ab inuicē distiguūtur et p arboꝝ mutuas cōpssiones ⁊ indagines ab hostibus defensatur.

Capitulū CXLIII

De salice

Salix arbor est quedam sic dicta eo ꝙ celeriter saliat postꝗ in aliquo loco figit vel plantat. vt di. Isi. li. xvij. arbor quedam lenta est ⁊ mollis viabus. i. pineatū palmitibus vinciendis apta ⁊ colligendis vt dicit idē. hec arbor fructum non habet sed solū semē siue florem. Cuius seminis dicūt hāc esse virtutem vt si quis illud in poculo hauserit filios nō generet. imo etiam filias efficit infecūdas. Huc usꝗ Isid. li. xvij De salice aūt dicit Pli. li. xvi. ca. xxxvi salicum diuersa sunt genera. nam ꝗdā in magnam ꝓceritatem virgas emittūt cresciunt quoꝗ in altū ⁊ patiūt perticas vineaꝝ quaꝝ cortices longi sunt ⁊ spissi ac fortes interius albi et exterius virides. ex quibus vincula cōponunt. ⁊ tales salices ꝗuis sint fortes nō tamē sūt ita flexibiles vt minores ⁊ iō citius confringūtur ꝗ ad ligandū circūtorqueant. Sunt et salices minores ⁊ ceteris gratiores ductiles sup᷑a modū ac flexibles ita ꝙ p circūflexiōem nō rumpitur. immo adinstar fili torti fortificant. ⁊ inde fiunt vimina ad vites ⁊ ad dolia colliganda. Est et tertia species salicis inter duas palmas. et est in ꝗtitate ⁊ in flexibilitate mediocris. nam maior inflexibilior cortice ⁊ rigidior est minori. imo et illius rami cortice detracto sunt colore candidi et cōtactu lenes atꝗ plani. non nodosi et quib⁹ fiunt varia suppellectilia vt sedes sportule ⁊ canistra. p cōplexionem autem ⁊ tonsuram densior fit in ramis. Omnis eni salix ꝗuis sit quoad fructū sterilis tñ in frondibus ⁊ ramis fertilis est. et maxime si tpe debito scilꝫ in marcio vel aprili tondeat vt di. idem In li. ast. xvij. ca. xx. di. idem. Inter acciduas arbores que plantant ꝓpter alias salices obtinent pricipatū. que si binis pedibus a terra putentur coercent ne in altū crescant sed in latitudinem se diffundant vt vlterius sine scala tondeant ⁊c. Omnis vero salix tanto in ramis est fecundior ꝗto quidem terre est ꝓpinquior. Processu quoꝗ temporis qn̄ multū antiquatur salix deficit paulatim ⁊ putrescat. et eius putredo et corruptio incipit interius a medulla. et iō remanet interius sepe tota cōcaua ⁊ vacua. ⁊ tñ naturaliter exterius viridis atꝗ pulcra. In cuius cōcauitate sepe latent venenosi vermes vt colubri et serpentes. et iō dormire sub aliqua salice non est tutum. Huc usꝗ Pli. ꝗuis autē inutilis arbor sit salix quo ad fructum. vtilis tamen est medicine. Est eni frigida ⁊ sicca vt dicit in Plat. et habet vim cōstringendi ⁊ cōsolidandi. et febrilem calorem mitigandi si detur in potu succus folioꝝ eius. valꝫ etiam cōtra dissenteriam puluis cortic eius combusti et in potu sumptus. Idem etiam puluis cōsolidat vulnera vlcerosa. Idem etiam puluis curat verrucas interius in potu sumptus et exterius cathaplasmatus. rami ⁊ folia aspersa aqua aerem infrigidant. circa febricitātes ⁊ eos recreant et cōfortant ⁊ somnum ꝓuocāt Huc usꝗ Plate.

Capitulū CXLIIII

De sambuco

Sambucus vel sambuca ē arbor mollis et pua ex qua componit quedam species simphonie ꝗ dicitur tibia vel sambuca vt di. Isi. lib. xij in tractatu de musicis instrumentis. Arbor eni est habens longos ramos rotundos et planos. exterius valde solidos et cōpactos. intus vero valde ꝯcauos ꝗdā

molli medull'a plenos, cuius folia sunt plana et crassa ac grauis odoris. flores aũt habet multos candidas valde aromaticos 7 minutos, corticem etiam hz du/plicem exteriorem fuluũ 7 interiorẽ viridem. 7 ille cortex viridis valde humi/dus est actualiter. et eius succus conue/nit medicine plures in anno flores 7 fructus facit. nigri est coloris 7 odoris horribilis 7 saporis. 7 iõ inutilis est ad comedendũ. Est autem sambuca arbor calida et sicca. cuius cortices 7 folia 7 flores cõueniunt medicine. vt dicit in Plate. di/ureticam habet virtutem 7 diuisiuam 7 attractiuam 7 fleumatis purgatiuam. 7 iõ valet cõtra quotidianam febrem ex fleumate pcedentem. succus eius p se vl' cũ melle lumbricos interficit. decoctio cor/ticis mediani cũ vino duriciem splenis et epatis soluit. Item faciũt folia i oleo decocta 7 cathaplasmata. folia eius 7 cortices ac fructus decocti in aqua salsa tũorem pedũ dissoluũt si pedes inde fomententur. succus valet cõtra ydropisim ex frigida cã. decoctio etiam flor 7 fructuũ in vino fortissimo multum cõfert cõtra lepram ex fleumate si frequẽter fiat. nã fleumaticos humores corruptos vel corruptioni dispositos mire purgat. Mirũ aũt est videre in sambuco. nam si cortex medianus stipitis vel radicis tadat' ver/sus superius p regionem superiorem purgabit. et si inferius p partes inferiores soluet. vt dicit Plinius Dyascorides et Platea.

Capitulũ CXLV

De salinnca

Salinnca est herba fm Hug. spinosa 7 modica a saliendo dicta eo q facit saltare se calcantes et ideo dicit' gallice cauthetrape. qz capit 7 ledit pedem se calcantem. Et hoc vr' dicere virgilius dicẽs. puniceis cẽtũ saliunca rosetis. 7 fm hoc est herba cuius radix est magna 7 longa. pinguis mollis 7 car/nosa sicut pastinaca 7 solet poni i electu/arijs 7 dicit alio noie yringis. et emittit quasdam hastulas duras 7 angulosas in quaz summitatibus crescunt quedaz capitella circumquaqz aculeata sicut calcatria et crescit in terra sicca sterili 7 areno/sa 7 ab aliquibus scorpio vocatur. qz admodũ scorpionis pungit se tangentẽ secundũ Plini. aũt li. xx. ca. vij. saliunca ẽ breuis 7 modica foliosa 7 ramosa et densa quasi manu pressa. multũ aromatica fere vt nardi spica. et quibusdam radicibus minutis adheret terre. In pano/nia regione nascitur in locis duris et lapidosis et est herba calida 7 sicca subtilis in substantia 7 multũ diuretica. cui' radix decocta in vino sistit vomitum et stomachũ multum confortat vt dicit Pli. li. xxi. ca. xx.

Capitu. CXLVI

De stacte.

Stacte dicit' gutta mirre arbor et est idem qd ipa mirra vt dicit glo. super Geñ. xxxvij. Et declinatur hec stacte huius stactes. inuenit' aũt stacten indeclinabile. Uñ Esa. c. iij. vbi loquit' de odoribus dicit' stactẽ est incẽ/sum qd ex pfluira manat. 7 est grecum nomen. quere supra de mirra in lra M.

Capitulũ CXLVII

De storace

Storax vt di. Isi. lib. xvij. est arbor arabie similis malo citonio cuius virgule circa canicule or/tum cauernatim 7 lacrimatim lacrimã fluunt. cuius distillatio in terram cadẽs mũda nõ est. sed cum cortice pprio seruat' Illa autem que virgis et calamis inhe/serit albida est atqz mũda. sed primo efficitur fulua calore solis quedam aũt ei' spẽs dicit' calamites que est pinguis et resinosa humecta 7 velut mellosum odoris iocundi liquorem mittens. cui' gut/ta pfluens 7 coagulata simili noie appellatur. nam greci stiriam dicũt guttã grece vero stirax latine storax appellat' vt dicit Isi. idez dicit glo. sup Eccl. xxiiij. storax itaqz arboris stiracis est gutta et est multum efficax in medicina. Nam secũdũ Dyascor. 7 Plat. calida est et sicca subãm habens glutinosam. 7 virtutẽ habet attractiuam cuius triplex est manie/

ties scz calamita.i.bona gutta et prima. que prius ab arbore effluit et emanat alia est storax rubra que fluit post primaz que est purior. tertia est storax liquida in colore rufa. in odore suauis. in sapore pontica. in substantia magna. et in manibus malaxari potest. Que autem dulcem habet saporem sophisticata est. discernitur autem sophisticata. quia si vetus est dum malaxatur puluerisatur et in frusta cadit. si recens est humectatur nimium inde manus et non satis inuiscatur et plus habet dulcedinis quam deberet. liquida non sophisticatur. Inter has tres species calamita magis est virtutis. cerebrum mire confortat. fumus eius omnem reumaticum fluxum sedat. Caphala ex ea facta gingiuas et dentes motos roborat et confirmat. menstruis imperat. contra tussim et raucedinem bene iuuat. vtiliter vero ponitur storax in emplastris contra tineam et postulas capitis et multas alias passiones. Hucusque dyasco. et plate. fumus storacis vt di. Isido. purgat aerem corruptum et fugat omnem vaporem et fumum pestilentem.

Capi. CXLVIII

De sicomoro

Sicomorus est ficus fatua in folijs moro similis in alijs fic' speciem tenet. vt di. magister in histo rijs li. xxvij. Sicomorus et morus greca nomina sunt. Et dicta est sicomorus quia folijs moro est similis. Hanc latini celsaz vocant. moro enim longe proceror et maior est. Uel sm alios dicitur a sile quod est ficus et moros quod est fatuitas quasi fatua ficus sicut di. glo. sup Lu. xix. Est est secundum Dyas. sicomorus ficus siluestris fructus quosdam proferens subdulces si numquam peruenuint ad maturitatem sicut de caprifico. dicit Pli. li. xv. ca. xix. siluestris ficus numquam maturescat aliqui tamen comedunt tales fructus. dicit etiaz Dyasco. quod sicomorus lapide contusus emittit lacrimam ad modum gummi. et idem est medicinale. nam succurrit morsibus venenatis si bibatur. tumorescz splenis compescit. dolorem stomachi tollit.

De spina Capi. cxlix.

Spina dicitur arbor aculeata sic dicta. quia spinarum acumine velut quibusdam spiculis contra tangentium iniurias est armata vt di. Isi. a cuius similitudine dicitur spina dorsi propter radiolos ossium que sunt acuta sicut spine. Spina autem proprie dicitur ipse aculeus quia stipite exiens spissius et grossius in sua extremitate piramidalis efficitur et acutius. Cuius rōem potes inuenire supra eodem libro vt dicatur de arbore in generali et dispositione arbor. vbi dicitur quod non est de intentione nature quod arbores sint spinose sed accidit ex ruditate plante per quam attrahitur humor frigidus parum coctus qui per poros ad exteriora attractus a calore solis ad spinam coagulatur. et propter paucitatem materie que attrahitur in fine acuitur et piramidaliter figuratur. et hoc aliquando cum quadam inclinatione. vt est videre in rubis et in rosetis. aliquando in erecto acumine ad moduz spiculi siue teli. Spinarum autem frequentia signum est terre sterilis vel inculte. et est quasi generale quod omnes frutices et arbores que multum sunt spinose mutuo se connectuunt et alterutrum se muniunt et defendunt et contra manus sibi resistentiuz pugnant et vulnerant. numquam tamen inuicem sese ledunt. propter suam densitatem radios solares intercipiunt et densuas celi guttas ad ea que sub eis sunt descendere non permittunt. et ideo que iuxta spinas vel intra seminantur non de facili conualescunt spinarum punctura manus vel pedes sepius vulnerantur et non cessat dolor nisi de locis lesis totaliter extrahantur propter sui acuitatem et puncturam vix sine falce vel sarculo ferreo euelluntur. et cum fuerint auulse. alligate per fasciculos in clibano exuruntur. sepe etiam inter spinas apparent flores et etiam fructus multi. Sed propter florum mollicem non mollificantur spine. immo deficientibus folijs remanent spine et amplius indurantur propter connaturalem siccitatem de facili in igne accendunt et vehementer inflamantur et scintillantes ac crepitantes sonitum non modicum faciunt. sed

statim postmodum adulbilantur. sicut dicit glo. super Eccl. vij. ca. non tamen spine penitus inutiles sunt. Imo multis usibus cogruentes. nam ex spinis fiunt sepes quibus homines se et sua muniunt. multiplices etiam generant fructus utiles quos defendunt. quere supra de rubo in littera R.

Capitulum CL

De lignis sethim

L Igna sethim esse dicunt quidam arbores spinose leues imputribiles similes albe spine que grece achantis dicitur. sicut dicitur sup Exod. xxv. ubi dicitur. Sethim nomen est regionis montis et arboris. que albe spine folijs est similis et est leuissimum lignum imputribile incremabile. Unde dicitur in aurora. ligna sethim torpent nulla putredine iustos. Signant in celis qui sine fine nitent. Spinaz sethim vocant quia vi quia penis acerbis. Et quia tormentis itur ad astra dei. Secundum Dyasc. et Pli. virtus eius est stiptica et constrictiua et fluxus sanguinis sedatiua. folia habet aspera spinosa et albida. florem habet purpureum et virgulas longas ad grossitudinem manus digiti in quarum summitatibus habet capitella spinosa semine rotunda plena et valet contra venenum et fugiunt serpentes odore eius et potatum valet quia putrida membra fouet et iuuat etc.

Capitulum CLI

De sentice

S Entix cis. genus est herbe vel fruticis habentis aspera folia pinguia et diuisa ut eruca virgas habet duorum cubitorum. et dicitur sentix a situ ubi crescit quia inter dura et inculta crescunt sentices sicut spine ut di. Isid. capitella habet ut carduus cuius radix est rufa longa pinguis. et est etiam medicinalis et subuenit combustum ut di. dyasc. et valet contra intrinsecam compuncturam cum alij habent. contra venatum intrinseca urcompactionem

Capitulum CLII

De sepe

S Epes pis est genus munitionis facte ex sentibus spinis atque lignis. nam sudes siue pali in terra figuntur circa quos spine et virgule circumnectuntur. et sic domus vel segetes sepis beneficio muniuntur. et dicitur hic sepes huius sepis. Unde Eccl. xxvi. ubi non est sepes diripiet possessio. Circa sepes etiam latitant venenosi vermes ut rane colubri et serpentes. unde a sepi dicitur seps serpens cuius venenum non solum corpus. verum etiam ossa destruit et consumit. unde Lucanus Ossaque dissoluens cum pectore tabificus seps etc. et ideo iuxta sepem dormire periculosum est propter latentia venenosa. Sepes ymbribus et caumatibus exponuntur cito deficiunt nisi renouentur. et dum res alienas custodiunt soli expositi paulatim se consumunt. et tandem exiccati et putre facti non nisi incendium promerentur. A sepi autem siue a sepio sepis dicitur septum septi. i. ambitus. locus scilicet circumclusus dicitur enim intra septum templi id est intra ambitum seu clausuram.

Capitulum CLIII

De sude

S Udes sudis est palus utraque extremitate exacutus a suo situs dictus. quia sepes quasi consuta sudibus videtur. eo quod sudes per eam ex transuerso figuntur ut di. Isi. secundum Hug. vero sudes dicitur a sudo dis. vel a sudus da. dum. quod est mundus et putus eo quod sudes mundantur et purificantur priusquam terre infigantur que tanto fortiorem faciunt sepem quanto plus in terra profundantur. et virgis eas consuentibus fortius constringuntur. et est sudes feminini generis. et dicitur hec sudes huius sudis. ut dicit Hug. et ouidius met. dicit. que coniuncta est humeris ceruix sude figitur combusta etc.

Capitulum CLIIII

De siliqua

S Iliqua est genus leguminis sonoris follibus et vacuis quod magis onerat quam reficit ut di. glo. super Lu. xv. secundum Hug. siliqua dicitur soli.

culus cuiuscumq3 leguminis et purgamē
tum ex quo porci nutriuntur. Isid. autē
li.xvij. dicit siliquon quam latini incor/
rupte siliquam vocant. ideo tale nomē
a grecis accepit. q2 est arbor cuius fruct⁹
est dulcis. Xilon quippe lignum dicunt
liquon dulce 7 huic sententie cōcordat
glo. sup Exo.c.xxiiij. vbi dicit q fructus
silique sunt pdulces et habent longitudi
nem vnius digiti 7 pollicarem latitudi/
nem quoq3 cortex manducatur. vt di. idē
li.xiij.ca.xx. q aliqui dixerunt eam esse
ficum egiptiā. sed hoc ē error manifestus
q2 in egipto non crescit sed in siria.

Capitulū CLV

De sinapi

Sinapis dicitur a sin qd est sil' 7
napus eo q folijs napo sit simi
lis vt dicit Isi.li.xvij. De sina
pi dicit Pli.li.xx.c.xxiij. Inter has qs
pitagoras laudauerat herbas asserit pri/
mam laudem tribuisse sinapi et dicit eam
inter herbas obtinere principatum. ca
lida est et sicca in quarto gradu humo/
res grossos 7 viscosos extenuat atq3 pur
gat. serpentum et scorpionum ictus ad/
dito aceto sanat. fungorum venena superat
dentium dolorem mitigat ad cerebrū pe
netrat et ipm mirabiliter purgat. cōstrin
git lapidem et menstruis impat. appeti
tum puocat et stomachum cōfortat. epi
lenticos iuuat. et ydropicos curat litargi
cos excitat. 7 eos m'ltū iuuat. capillos mū
dat 7 eorum casū cōpescit. icōgruos aūt sonos
aurium et tinnitus tollit. oculorum caligi/
nem detergit et asperitatem palpebrarū
lenit. paraliticis subuenit. q2 poros aperit
et humorem infundentem neruos et la
xantem et insensibilitatem inducentē
dissoluit et inducit et cōsumit. has 7 m'l
tas alias ipsius laudes pdicat Pli. 7 vir
tutes. et dicit q maior est virt⁹ in semi/
ne. semen tamen minimū in qntitate et
maximum in potestate. multū enī est ca/
lefactiuum aptiuum 7 cōsumptiuum et
sui multiplicatiuū. ex vno enī grano mi
nimo maxima planta pducitur que frō
de flore et germine i immensum dilatat
semen eius in quibusdā folliculis siue
teris oblongis et rotundis crescit. 7 illa
tecarum beneficio vsq3 ad maturitatem
conseruatur. flores autem sunt multum
crocei 7 odoriferi. et cum tota herbe sub/
stantia feruida sit et austera. flores eius
maxime ab apibus diligunt et frequen
tantur vt dicit Pli. et tamen nunq3 cō
tingunt flores oliuarū vt dicit Pli. lib.
xx.ca.xij. ita etiam se multiplicat vt vbi
semel seminat vix locus inde vlterius
liberatur et vbi semel cadit, ptinus virz
vt di. idem li.xix.ca.ix.

Capi. CLVI

De semine

Semen est quod in agro spargi
tur ad gignendum fructum q3/
uis per quandam appropriatio
nem dicatur animalium qd emittit ad
pcreandum fetum. vt dicit Isi. Semē
tis vero est semen frugum quādo est tps
seminandi sc3 actus seminationis. a m'l
tis etiam dicebatur quōdam tera vel to/
mina seminationū. seminariū vo est vni
uscuiusq3 rei exordium vel vas in quo se/
men ponitur seminandū. sed seminiū di
citur qd a semine est lucratum. ita dicit
Hug. et ponunt versus differentiales in
grecismo. Est animator semen campisq3
sator. Sementis ppie sementinū q i
archa. Clauditur atq3 suo spargit tem/
pore in agro. Seminium cuiusq3 rei di
catur origo. Semen autem vt dicit Pli
nius li.xviij.ca.xxiiij. Semen bonū est
anniculum bimū vel trimum. Sed vl/
terius parum valet et ideo illud granū
quod in area subsedit semini seruādū
est. est enim optimum quoniam grauis/
simum. et est illud semen optimum qd
est magis ponderosum et interius ma/
gis album. sm qualitatem autem terre
est semen densius vel rarius seminandū.
similiter citius vel tardius. nam in locis
humidis celerius ne semē ymbre putre
scat. in siccis vero tardius vt pluuie se/
quantur. nec ḋ in iacēs semen vltro enā
nescat. Est autem serendum minus ḋ se
mine in terra pingui et humida q3 i ma
cra. q2 in terra pingui i principio nimis
crescit et per sui multiplicatiōē nimiā

in fine mutuo se destruit opprimit et con
fundit. Quod celerius et citius seminatur
debet esse densius quam quod tardius solo cō/
mendatur. semen enim serotinum debet es
se ratum ne nimia densitate necet. Artis
quoque est semen equaliter spargere. nam
manus cōgruere debet cum gressu semp
quod cum dextro pede. nec est transferendū
semen de locis frigidis ad calidiora: nec
econuerso. nihilque in contrarium precipien
dum est. Semen seminatum in macro so
lo raro facit culmum. spicam minutā ge
nerat et manem. pinguia vero arua ex vna
seminis radice fundant segetem nume/
rosam. In autumno vero circa equino/
ctium est tempus cōgruum seminationi. si
militer et in vere. sed in recta bruma se/
renduum non est. quod patet per hiberna semina
cum ante brumam seminantur septima
die erumpunt. sed post brumam vix in/
fra quadraginta. Huiusque Pli. ca. xxiiij.
Semen itaque est granum modicum et ro
tundum habens in se virtutem sue speci
ei multiplicatiuam et cōseruatiuam. vnde
cum semen terre cōmittitur ex humore
turgescit. et ex calore terre incluso partes
rarificante et humores circūstantis ter
re ad sui temperamentum attrahente in/
ualescit et grandescit. et sic cuticula semi
nis scissa germen paulatim emittit. et ra
dices inferius in terra figit quibus con
tinue nutrimentum sibi haurit et sic tan
dem vi caloris terram insensibiliter ape
rit et erumpit. ex se producens culmū frō
dem florem semen et fructum. et quamuis mo
dicum sit quod seminatur. maximum tamen
est quod ex semine generatur. a stultis pu/
tatur perdi semen quando seritur. et tamē
meliori modo quam per seminatiōem nulla/
tenus custoditur. In semini etiam vigit
seminalis ratio in qua operatur calor na/
turalis et ad eius augmentum pariter et
nutrimentum humor nutrimētalis at/
trahitur vi caloris. De semine autem me/
diante culmo surgit spica que secundum Ysid.
li. xvij. a spiculo dicta est eo quod in spica pro
ducantur aristarum culmina que ad modū
spiculorum sunt acuta. ad hoc enim facit na/
tura aculeos in ipsis spicis vt cōtra subi
tos auium minutarum et vermiculorum

morsus in spicarum summitatibus essent
arma: vt dicit idem. Spica autem se/
cundū diuersorum seminū naturā se diuer
sificat in figura. nam quandoque est lata vt in
ordeo. quandoque triangula vt in spelta. quan/
doque tetragona seu quadrangula vt est in
tritico. aliquando est rotunda. vt dicit Pli. et
Arest. Est autem spica in culmi summi
tate multis folliculis circūdata in quibus
velut in matrice grana seminalia nutriū
tur et vsque ad maturitatis tempora cōser
uantur. Qui quidem folliculi erumpen
tes cum grano primitus manent clausi.
deinde paulatim turgescentibus granis
maxime in tritico fiunt scissi vt dicit su/
per li. Arest. de plantis. Spicarum capi
ta generaliter in principio calore eleuā
te sursum eleuantur. sed quādo tendūt
ad maturitatem ex granorum pondere infe
rius aliquantulū inclinantur. preterea
quando sunt spice in virore ex corrupto
aere et rore perfuse in corruptelam et au
ruginem cōuertūtur. ymbre vero et rore
congruo perfuse et calore celesti modo de/
bito circūfote citius maturescunt et pro/
pter roris humectationem grana sua de
folliculis cadere non permittunt. vt di.
Plinius li. xvij. Item dicit Constan. et
ysa. et alfre. Ex bonitate autem terre co
gnoscitur bonitas spice quia in terra bona
et pingui generatur spica bona. quan/
titate magna et granorum nūerositate mul
tiplex ac referta. in terra vero sicca et ma
cra econuerso. vt dicit Plinius libro eo
dem.

Capitu. CLVII

De stipula

Stipula ab vsto est dicta quasi
vstipula. collecta enim messe sti/
pula vritur propter culturam agri
vt dicit Ysi. li. xvij. vel stipula dicitur a sti/
pulo siue a stipo pas quia stipula facit culo
mum quem stipat vt dicit Hug. Est pro
prie stipula idem quod stramen vel pa/
lea cum folijs et vaginis quod relinquitur in
agro spicarum multitudine precisa falci
bus et a messoribus collecta. et hec stipu
la a multis recolligitur ad diuersos vsus.
Nam quidam inde domos tegunt. quidam

loco straminis stipulam sibi sternunt. alii palcatum vice animalia inde reficiūt alij vero stipula ignes nutriunt ꝛ panes et cibaria inde coquunt. vt dicit Plini⁹ li. xviij. ca. xix. q̄re supra de palea in littera p. stipula quidem est res leuis et concaua et sicca et hispida. et vento subdita et ab igne facilime inflamata. vt di. idē

Capitu. CLVIII

De simila

Simila tritici est medulla. farina scʒ purissima ꝛ delicata vnde fit panis nobilium qui similago ꝓprie nuncupatur. et est flos tenuissime forme mūdissime ꝛ albissime ꝛ mollissime ac diuersis cibis apte ꝛ etiam medicinis. quere supra de farina in littera f et de polenta in littera p.

Capitulum CLIX

De scopa

Scopa est arbor a scopando dc̄a a scopo pis vel a scopo pas. quod idem est ꝙ purgo as. eo sic dc̄a. ꝙ ex eo scopentur tecta vt dicit Isid. li. xvij. hec a multis dicitur birck et habet folia leuia sicut tremulus eo ꝙ eius folia cum sint tenuissima leuissimo ventorum agitatu tremere videntur. multas habet virgulas duras ꝛ nodosas. quibꝫ pueri dorsis denudatis sepius castigant. Ex eius etiam ramusculis fiunt scole quibus purgantur domos a puluere ꝛ alijs sordibus euacuantur. semina quedaʒ facit vacua ad modum quisquiliarūʒ siue siliquarum quibus vtuntur homines siluestres loco panis. habet auteʒ hec arbor multum de succo acido aliquantulū pūgitiuo. vnde solent homines in vere et in autumno cortices incidere et humoreʒ effluentem recolligere quem bibunt loco vini. talis siquidem potus sitim sedat et compescat multum inflat. vt dicūt sed non reficit nec inebriat: neqʒ nutrit Idē etiam succus ī aliquo vase sub diuo diu a calore solis decoctus corrumpitur ꝛ putrescit. et conuertitur in pinguedinem ꝛ efficitur vt vnguentum. Multi etiam extrahunt per ignis decoctionem ad modum picis et q̄ꝫuis sit horribile ꝛ nigrum fetidumqꝫ. tamen multis vsibus est necessarium. et ideo siluam homines in desertis semine et succo istius arboris vtuntur pro annona ꝑ vinea et etiam ꝑ oliua vt tangit Plinius vbi agit de arborū succis. li. xx.

Capitulum CLX

De stuppa

Stuppa est purgamentum canopi siue lini. Et dicitur secundum antiquos stipa. eo ꝙ ex ea rime nauium stipentur. vnde etiam et stipatores dicuntur qui eam preparant in vallibus et componunt. vt dicit Isidorus libro. xix. vbi agit de lanis. per multas autem carpinationes ꝛ pectinatiōes stuppa a lini vel canopi substantia separatur. separata grossior nodosior hispidior et breuior inuenitur. et ideo ad vendendum et filum componendum nō est multuʒ apta. fiunt tamen inde fila multum grossa ꝛ inequalia et nodis plena ex quibus fiunt licinia necessaria vsibus candelarum. Nam cuʒ sit magne siccitatis de facili inflamatur vnde subito accēditur et citissime redigitur in cinerem ꝛ fauillam. et quando extinguitur amaruʒ reddit fumum. tetrum oculis et naribꝫ nociuum. vtilis autem est stupa medicine quando a suis hastulis est bene purgata. valet enim ad vulnera desiccanda et sananda ad mitigandum arsuram et deprimendum tumorem oculorum. vt di. Plinius li. xix. ca. x.

Capitulū CLXI

De taxo

Taxus est arbor venenata. ex cuius succo venena toxica exprimuntur. Arbor est fortis ꝛ procera habens ramos grossos flexibiles ꝛ lōgos ex quibus faciunt parthi arcus. sicut dicit Isidorus libro. xvij. vnde poeta. taxi torquentur in arcus eius vmbra ē nociua et dormientibus sub ea mortifera. Cuius succus nimis laxat. cuius carbo ignem grecum seruat inextinguibilem:

vt dicit Dyasco.

Capitulū CLXII

De tabula

Tabula a teneo nes est dicta. et est in vna significatione mensa diuitum quasi tenabula. eo q bolos teneat et vasa et mensalia que desuper apponuntur. sup pedes erigitur et quodam limbo circūducitur et ambitur. alio modo dicitur tabula alea in qua luditur et hec duplicatur et diuersis coloribus distinguitur. tertio modo dicit lignum planum et tenue in quo posito colore littere inscribuntur. Quidocz complanantur breues asseruli et attenuātur atqz cōcauantur ex vtraqz parte patum. et artificialiter compaginantur et replent cera nigra viridi vel rubea ad scribendum. Et dicitur tales asseres tabule. eo q teneant litteras. que in eisdem tabulis sunt conscripte. Tabule autem tanto sūt meliores q̄to ex ligno planiori et leniori et duriori componunt. Alio modo dicit tabula a tegendo quasi tegula asser lōgus latus serris diuisus et sectus cum securibus vel dolatus. nam hmōi ligna ad domos tecta sunt et vtilia. qz ex eis fiunt tabulata. s. laquearia et alia edificia ex talibus tabulis artificialiter composita et compacta. arte mira et multiplici castratura disponitur post multiplicem supfluorum resectionem. vt tales tabule inuicem equaliter cōiungantur. Domos ornant et tamen posite in solarijs cū omnibus deseruiant. ab eisdem tamen quibus seruiunt cōtinue cōculcantur. trabes q̄dem p latum sibi inuicem habent q̄si equali distātia suppositas quarum sustentaculo se defendant vt minus incuruētur quādo a pauimento vel alijs rebus suppositis ipa tabula nimiū onerant. nam in bus componendis. pontibus construendis cistis et alijs vtensilibus fabricādis tabule necessario reparantur et dolātur clauiculis et alijs artificijs compaginātur. ad tabulas etiam cōfugiunt naufragantes et a piculo sepius liberantur.

Capitulū CLXIII

De trabe

Trabs est lignum transuersale qd ponitur per latitudinem domus ex vtraqz extremitate parietes tangens et tenens. ne lapsum vl incuruationem ppter suam altitudinem patiantur. Et dicitur hec trabes vel trabs a trabo bis. qz ab vno pariete ad alium trahitur cui infigitur. et vnitur. vt dicit Hugui. Oportet autem vt trabs sit longa fortis et spissa et maxime circa mediū ne forte si fuerit nimis gracilis i medio incuruetur. vnde ppter incuruatiōis periculum sepe oportet vt columna vel statua sustentetur. Nam lignum si ponitur per transuersum sustentaculo indigz. qd erectum alia sibi superposita de facili sustineret.

Capitu. LCXIIII

De therebinto

Therebintus vt dicit Ysidorus li. xvij. arbor est resinam sudans omnibus alijs prestantiorem. cuius resina dicitur therebintina. et est multum medicinalis. Nam sm Dyas. eius folia fructus cortices et semina stiptica sunt et simili diligentia colligūtur sicut tini. et sunt contraria morsibus venenosis. Eius resina est bona que est munda limpida et aromatica. in colore rufa. et habet virtutem dissoluendi et laxandi et maturandi. et ideo pdest contra apostemata dura et alias collectiones tā in capite q̄z in membris. De therebinto autem dicit Plinius libro xiij. Siria inquit therebintum habet. et est species eius duplex. s. mascula et illa que est sine fructu scz femina. et hec est duplex. vna habet fructum rufum magnitudine lenticule. alia pallidum magnitudine fabe. et est fructus odore iocundus et tactu pinguis et resinosus. Et est in siria arbor magna et ē ei materies lenta ad modum et durabilis quando vetustate nigrescit et splēdescit. Eius folia sunt densa et hz quosdam folliculos quedam animalia vt culices emittentes que corticem terebant et sic cortice perforato gutte resinose effluunt et emanant. Item Pli. li. xxiiij.

a.vi.therebintina radix et folia in vino decocta stomachum confortant. cōtra dolorem capitis iuuant. placet therebintina odoratissima tam siriaca q̄ cypria pura ꝑlucida et subalbida cum aliquo rubore. et illa que est montana potius q̄ cāpestris vulnera sanat et purgat.

Capitu. CLXV

De thyna

Thyna sunt ligna quedam ꝑciosissima ad modum hebeni ex quibus salomon fecit gradus et fulcra in domo domini. vnde dicit glosa. iij Regum. x. ca. super illum locum. Attulit autem hyram ex ophir ligna thyna. et ligna thyna sunt imputribilia et spinosa in similitudine albe spine rotunda et candida et valde fulgentia et polita instar speculi siue vnguis. vn̄ in eis resultāt imagines sicut in vngue. in igne non comburuntur. neq̄ in aqua resoluūtur sic̄ nec ligna sethim et multi crediderunt eadem esse ligna.

Capitu CLXVI

De tirso

Tirsus est tam arborū q̄ olerum et herbaꝝ frutex mediūs sic dc̄us eo q̄ de terra sursum est erectus vt di. Papias. Est itaq̄ pars plante superior tenerior viridior et mollior ac pulcrior. cel o vicinior. a terra remotior. rore celi ꝑfusior. folijs et ramusculus tenertimus plenior. et est melior in medicina. nam in tirsis maxime viget virtus herbe.

Capitulū CLXVII

De tigno

Tigna sunt ligna que a parietibꝫ vel muris vsq̄ ad cacumen edificij sunt erecta supportantia totū tectū ad modū coni vel piramidis sursum tendunt et paulatim se inclinantia ad alterutrū in cacumine montuose cōtingūt. Et dicūt tigna a tegendo vel a tegula. q2 tegulis ad sustentatiōem tecti supponunt. tegule aūt dicūtur ligna quedam longa valde et aliq̄ tulum lata p ex na et tenua que ex transuerso tignis miꝰtis clauiculis affiguntur et in eis etiā asseres vel lateres suspendūtur. Sunt aūt tigna fortia dolata et quadrata et cōplanata. sunt autem tigna fortiora et grossiora versus domū et exiliora et minus fortia versus tectum. exterius lateribus et asseribus vel straminibus onerant. interius vero pulcris laqueatibus decorant et in ipsis laqueant et figuntur. Et dicūtur laquearia asseres que interius ad decorem camere tignis cōiungunt. et a tignis dicitur tignatiꝰ qui tectoria tignis inducit. vt dicit Papias.

Capitu. CLXVIII

De tritico

Triticum a tritura est dictum. vt purissimum in horreo seu granario recondatur. vel quia granum eius commolitur vel teritur vt edatur. vt dicit Isid. li. xvij. Est autem duplex triticum scilicet rubeum exterius in vtraq̄ extremitate acutum. in latere scissū interꝰ albissimum graue et ponderosum et illud genus est optimum. vt dicit Pliniꝰ. Aliud est colore croceum exterius. interius vero album. in superficie lucidum et leue frangi difficile. De ꝓprietatibꝫ autem et generibus eius quere supra d frumento in littera F. Sicut dicit ysa. in diet. diuersificatur triticum ex diuersitate soli in quo seminatur. nam quod crescit in terra pingui atq̄ putribili crassius ē et pinguius atq̄ ponderosius et nutribilius q̄ id quod crescit in terra macra siue sicca. vnde bonitas tritici intenditur ex bonitate soli et econuerso. Triticum autem ex diuersitate temporis variatur. nam quod nascitur tempore moderato in quantitate et qualitate erit perfectum ac medulle multe et corticis valde pauci et optimi nutrimenti. Immoderato vero tempore exortū imperfectū. Item differt ꝯm vetustatem et nouitatem vnde diocritatem. nam quādo est vetustū longo tempe cōseruatū nimis efficitur siccū et durum ad digerendum et modice nutritiuum. q2 tunc eius humiditas subāt a calore aeris minuitur et nimiū desiccat

Nouum vero paruo tempore reseruatum
ꝑ humiditate superflua ꝛ viscositate ter
re humidum est ac viscosum densum ad
digerendum durum et inflatiuum ven/
tositatis et rugitus ventris generatiuũ
Mediũ vero inter nimis nouũ et vetu/
stum᷑ inter multam humiditatem ꝛ pau
cam tꝑatũ magis laudabile ẽ ꝛ amplius
nutritiuum. nam ex hausta humiditate
accidentali subãlem humiditatem in ꝑ
te calor aeris tempat. et ideo tale triti/
cum magis est laudabile et meliꝰ nutrit
et bene digeritur. ꝑditq₃ viscositatē ter
re et densitatem. Est aũt triticum vt dicit
ysa. calidũ et inter humidum et siccum
temꝑatum. sed panis ex eo factus est ca
lidior ꝓpter calorem ignis ꝛ coctionem.
Intenditur enĩ in eo calor naturalis ꝑ
calorem ignis actualem. Item hãc ꝓpri
etatem habet triticũ ꝑ cũctis granis q
nutribilius est ceteris. et hoc ꝓpter simili
tudinem humane cõplexionis vt di. idẽ
Item triticum est colatiuũ et mũdifica
tiuum ꝛ lauatiuũ. et ideo ius de eius fa/
rina factum purgatiuũ est pectoris ꝛ pul
monis. Idem facit tysanũ de eo factũ si
cut de ordeo. qꝛ mũdificat ꝛ plusq₃ de or
deo. valet etiam cõtra tussim et sanguis
fluxum. Item triticũ coctum cũ oleo et
positum sup durum apostema dissoluit
illud. Item coctum triticũ in succo rute
dissoluit coagulatiõem lactis si mamil/
le inde liniant. Item temꝑatũ cũ succo
iusquiami et positũ sup neruos prohib₃
humores noxios ne descendant. Itẽ eiꝰ
granũ masticatũ valet cõtra morsum ra
bidi canis. nam venenũ extrahit. vt di.
idem. De tritico autem fit oleũ qḋ val₃
ad multa. s. ad maxime cõtra pruritum ꝛ
serpiginem et impetiginem si cũ panno
albo bene cõfricetur qḋ fit vt virtus olei
possit melius subintrare. Itẽ cortex tri/
tici siue furfur habet virtutem colatiuã₃
eiꝰ mundificatiuam plusq₃ farina eius s₃
modicum vel nullum exhibet nutrimen/
tum. Item vt dicit idem. Triticum re/
cens et nouum parui est nutrimenti et
quando comeditur crudum flegmaticũ
est et inflatiuum et in lateribus dolorẽ
cõmouet et rugitum. cito etiam conuer/
titur in putredinem. et ideo lumbrici et
alij vermes nociui ex tali cibo sepius ge/
nerantur. Assatum autem magis nutrit
et minus ventositatem facit et multum
constipat et constringit. In aqua coctũ
grauissimum est et multum inflatiuum
et viscosi humoris generatiuum. Huc
usq₃ ysa. in diet.

Capitulũ CLXIX

De tysana

Tisana sicut dicit glosa super. ij.
t Regum. i. ordeum dicitur sic/
catum pila tunsum et decortica
tum et fit inde cibus aptꝰ illis q̃ carẽt dẽ
tibus. ex tisanis fit etiam potus vtilis pa
tientibus febres et alias calidas passi
ones quere supra de ordeo in littera O.
Calorem mitigat et alterat sitim sedat.
Et declinatur hec tisana huius tisane. ꝛ
penultima est producta. Unde alexãder
nequam sic ait. Cortice nudato tisanas
ordea dicas. et dicitur a tipson quod est
percussio. quia percutitur in pila dum de/
corticatur. potus autem inde factus ti/
sanum dicit ab ysa. in diet.

Capitulũ CLXX

De tribulo

Tribulus est frutex spinosus q̃
t mollior est q₃ sit arbor et durior
q₃ sit herba. cuius due sunt spe/
cies. s. maior que crescit iuxta sepes. vt
dicit pli. li. xxi. ca. xvi. Tribulus dura
res est septa villarũ obtinet. in altũ cre
scit sed cũ nõ habeat vires vt directe se
extollat incuruat et versus terram se re/
flectit. dentes habet acutissimos acule/
os acutos et dentatos. ꝛ singule eius vir
gule a summo vsq₃ deorsum ad radicem
aculeis sunt munite. Alia est spẽs tribu
li minor ꝛ crescit in locis palustribꝰ et in
cãpis et est minor in longitudine ꝛ gros
situdine q₃ sit maior. Folia h₃ minuta ꝛ
rotunda. hastulas ꝓijcit longas teneras
tubras sparsas ꝑ terrã diffusas aculeatas ꝑ
totũ ꝛ spinosas. Florem faciunt album
et fructum primo viridem deinde rubrũ
tandem nigrũ et hũc fructũ diligũt ser
pẽtes colubri et bufones. ꝛ nõ talẽ fructũ

comedere bobo nō est tutū et cui ipm comedere libuerit eligere dʒ illū qui a terra magis ē eleuat᷒ ꝛ nō nimis matur᷒ q̄ integer est et intactus a muscis vel a vermibus non corrosus Tribulus aūt campestris vt di. Pli. aratro ꝛ frugibus est inimicus. viuax eni est et multū se multiplicat. ꝛ vix eradicari potest quando in aliquo radicatur agro. et ideo messeȝ cōprimit ꝛ cōfundit pedes ꝛ crura transeūtium et manus se tangentiū multum ledit. et transeūtes sepe cadere vel cespitare facit. vestes hoim dilaniat ꝛ discerpit et ouium iuxta se pascua querentiū lanā rapit. et ideo dicit̄ tribulus a tribulādo q: tribulat ꝛ ledit sibi appropinquantes

Capitulū CLXXI

De thimo

Thimus est herba valde aromatica vn̄ Uirgilius redolentqʒ thimo fragrantia mella cuius flos dicit̄ epithimū. et est flos medicinalis. habet eni virtutem melancoliam purgādi et flegma. et ideo valet cōtra quartanam ꝛ alias melancolicas passiones.

Capitu CLXXII

De thimiamate

Thimiama est quedam confectio pciosissima ex onica ꝛ stacte galbano et thure pparata sicut dicitur Exo. xxx. et est dicta a thimo flore odorifero q: olet suauiter sicut thim᷒ sicut dicit Ysi. li. iiij. vbi tractat de odoribus. talis autem cōfectio in vsus hominum non debuit fieri q: dominus offerre in templo supra altare thimiamatio hāc precepit. et ideo in ecclesia non decȝ spōsus et sponsa thurificari odore thuris. Unde etiā est q allato thure benedictio super altare. si descendat thuribulum ad chorum aliud thus sine benedictione apponendum est et offerendū hoibus.

Capitu CLXXIII

De thure

Thus est nomen arboris et etiā gummi inde emanantis. vnde Pli. li. xvij. dicit. thus est arbor arabie immensa atqȝ ramosa leuissime corticis ad aceris quantitatem. succum aromaticum et album modo amigdale generans et effundens et masticatione in puluerem resolutum est intus pigue et igni appositum facile ardens. et appellatur apud nos mascul᷒ eo q natura sit rotundum ad modum testiculorum. reliquum vero est planum et plene scabiosum. et est masculo minus bonum adulteratur autem admixtum resine albe siue gūmi sed sua cognoscit ur ꝓpria qualitate. nam thus igni appositum ardescit. resina vero fumescit. gummi autem calefactum resoluitur et liquescit. Arbor autem vnde fluit thus dicitur libanus. et ei᷒ gūma a naturalibus ac medicis olibanum nuncupatur a monte arabie sic vocato sed a libano arbore fluens olibanum libanus nuncupatur. vt dicit Ysidor᷒ Et dicit glo. super Eccl. xxiiij. super illum locum, Ego quasi libanus non incisus ꝛc. Libanus vt aiunt arbor est in arabia cortice et folio lauro similis fructum emittens bis in anno scilicet in vere et in autumno. sed qđ p se fluit i principio estatis melius est. quod vero in estate cortice inciso paulatiȝ exire cogit̄. in autūno vero nec ita candidum est nec ita purum sed hoc quod primo adheret ramis ꝛ corticibus in estate induratur et a ramis ferro recolligitur. Thus optimuȝ est qđ album solidum et mūdum odoriferum et rotundum ad modum testiculi ac oblongum. et ideo dicitur masculinum. thus vero quod apertis corticibus in autumno vel hyemis principio effluit non est alteri simile in virtute nec etiam in colore. quia illud album est et transluciduū odoriferum valde atqȝ mundum. thus vero secundarium et rufum est tenue et scabiosum. vt supra dicit Ysidorus. Regio autem vbi crescunt thura ē montuosa et pre altitudine rupium et scopulorum quasi inuia et inaccessa. vt dicit glosa super Ecclesia. supradicta. Hec omnia dicit Plini. li. xv. ca. x. et dicit glosa q arabia est regio thura gignens saltem ei᷒dem regionis puintia maxime thurifera. et est terra ex vna pte mari ꝛ scoplis

ex altera vero montibus et rupibus vix accessa vbi thuris arbor sine cultura cre/scit et terram argillosam diligit. Dicunt autem arabes quod thus non debet recolligi nec eius arbor incidi, nisi a sacris et religiosis tempore collectionis sue cōtactu mulierū nō pollutis. et sic putatur per religionis obseruantiam merces augeri. Iterum idem ibidem ca. xvi. prima naturalis vindemia est circa canis ortum in feruentissimo estu. nam tunc eius cortex tenuissimus laxatur et prosilit inde spuma pinguis que cōcreta densatur vbi loci natura poscit hoc purissimū est et candidū. Secunda vindemia est vsus hyemē corticibus incisis rufum hoc exit nec compabile est priori. Creditur autem nouelle arboris gūmi esse candidius sed veteris efficacius et quidam putant in insulis melius gūmi. alij negant in insulis nasci. Collectū thus in camelis defertur in ciuitatem que salo/triam dicitur. porta ad hoc patente nec per aliam viam digredi licet ibique decimant deo quem inuocāt. ibique in mensura et pondere accipiunt sacerdotes. nec ante inde licet mercari nisi prius deo debita portio offeratur. candore probatur et carbone si statim ardeat et inflametur. si dentem non recipit sed statim frangitur vel redigitur in puluerem vel in micam. Huiusque Pli. secundum Dyasco. vero et Plate. Thus est gūmi cuiusdam arboris in alexandria. et dicitur olibanum alexandrinū. quod est purius et melius. aliud inuenitur iuxta damascum. et dicitur damascenū et non est ita bonū nec ita purum sicut primū. Est autem calidum et siccum. multū aromaticū; multum pingue et glutinosum virtutem habet cōfortandi ex aromaticitate sua cōsolidandi et cōstringendi et cōglutinandi ex gūmositate sua. potenter stringit lacrimas et fluxum humorum descendentiū de capite. precipue quando fluunt per venas exteriores faciei si circa tempora eius ponatur cū vino allo et cum albugine oui emplastretur sic etiam sedat dolorem dentiū et gingiuarum. masticatum thus prohibet fluxū humorū a capite ad membra spiritualia ad pectus videlicet et pulmonem. cōtra indigestionem et acidam eructuatiōem multū valet vinum in quo fuerit thus decoctum. matricem cōfortat et mūdificat et cōceptum iuuat fumus eius mixtus puluis eius cum aceto graciliat et attenuat mamillas turgidas puellarum. cōquassationibus cum pice subuenit. dolorem auritum mitigat. mixtum cū vino tumoribus intestinorum subuenit si cum vino bibatur Huiusque Dyasc. et Plate. Dicitur autem thus secundum Isi. a theos quod est deus. quia in deorum sacrificijs adoletur. et secundum hoc habet aspiratiōem vel dicitur a tundo dis. quia habile ad tundendū et sepe tunditur. et quanto plus tunditur tanto plus redolet et facilius inflamatur. et tūc caret aspiratione. ex thure incenso procedit aromaticus fumus ad modum virgule. et est inferius gracilis multum mobilis multis circūuolutionibus anfractuosus. et se ad partes oppositas motu leuissimo circūuoluens. versus superiora se dilatans immutans aera et obumbrans odoris sui fragrantia fetores cadauerum auferens. ad cerebrū directe penetrans spiritum animalem confortat et recreat per cerebri ventriculos se diffūdēs

Capitu CLXXIIII

De vimine

Vimen vīminis dicitur virga mollis. et dicitur vimen eo quod habeat vim multam viroris. nam eius natura est talis vt etiam arefactū si in aqua abluatur iterum reuirescat. et di. Isido. li. xvij. ex viminibus fiunt necessaria vitibus vinciendis et doleis religandis liganine. vt patet supra eodem in littera s. querere de salice.

Capitulū CLXXV

De virga

Virga proprie est que de ramis nascitur. et dicitur a virtute eo quod in se vim multam habeat. et dicitur a virore. nam virtus que latitat in radice se prodit in virore virge. Et dicitur virga quasi vi regens. virga enim vtuntur magi ad placandos serpentes et ideirco in virga sustinent hos alligatos. virga etiā vtūtur philosophi reges et magistri. vt di. Isi. li. xvij. virga etiam vtuntur viatores

agroꝝ et areatum seu pratoꝝ dimēsores legati ⁊ nuncij ac pastores. Uirga siquidem ex triplici cōponitur substātia scʒ ex cortice ligno ⁊ medulla. mediāte medulla nutritur ⁊ vegetatur. mediāte ligno erigitur ⁊ sustentat᷑. corticis vero bn̄ficio tegit᷑. et ab exterioris aeris iniuria defēsatur. Nam vt di. cōmentator supra lib. de plantis. Corticem habet ꝓ pelle arbor lignū ꝓ osse. medullam in loco vene. Nā calor naturalis exn̄s potissime in medulla virge mediante ramo a quo pullulat humorem attrahit a stipite ⁊ radice ⁊ quod grossius ⁊ terrestrius est in attracto humore transmutat᷑ in lignū et in corticem qđ vero aquosius est cōuertit in frondium multitudinē. ⁊ qđ vnctuosius est et purius transmutat ad virge sup̄ficiē; vt inde ꝓducat florem vt tandem fructū generet atqʒ semen. Nascit᷑ aūt taʒ flos q̄ꝫ fructus de substātia virge sine ipius corruptione ⁊ aliqua violatione. nam flos i sensibilit᷑ d' vga egrediēs ⁊ erūpēs vgā nō violat nec deflorat. sed fecūdat eam potitius ac ꝑficit et decorat. virga itaqʒ non ꝑcipit fecūdatiōis gratiaʒ nec potētiam generādi ex cōmixtione semīs sicut aīantia sed ex rore celesti p̄ter et calore solis Uirga aūt ex quo ascēdit sursum semper tendit ⁊ suam summitatem v'sus celum erigit quousqʒ ꝑueniat ad ꝑfectū incrementū. et est media inter ramū ⁊ stipitē seu radicem a qua cōcipit fructum. ⁊ inter fructū quē ꝓducit ex substātie sue teneritudine flexibilis est valde ⁊ de facili inclinabilis in q̄uis ꝑtem. Item virga extrinsecus est arida ⁊ sicca ⁊ aspera ⁊ nodosa sed interius mollis est in medulla. et sub cortice humorosa. q̄to aūt virga plus crescit tanto a terra plus recedit. ⁊ q̄to sursum altius sustollit᷑ tanto i ei' acumine gracilior ⁊ acutior inuenit᷑ Itē virga ex se debet esse erecta. sed q̄n est nouella si casu aliquo ad terram incuruet᷑ difficile est vt indurata in illa curuitate ad rectitudinem reuocet᷑. imo sepe facilius frangit᷑ q̄ rectificet᷑. q̄n vero virga inuenitur curua in igne ponit᷑ ⁊ ꝑ calorem eius rigorem ⁊ duriciem resoluētē ⁊ remollientem ad formam rectitudinis facilius reducitur. Item virga canibus ē odiosa et paruulis quia virga eoꝝ insolētia coercetur.

Capitu. CLXXVI

De virgulto

Virgultum a virga est dictū ſm Hug. est enī locus vbi multitudo crescit virgarū. ſm aūt Isi. li. xvij. virgultū est ramus q̄ de robore ipsius arboris pullulat. Sed vga dr̄ q̄ de ramis oritur ⁊ ꝓcedit. Uirgultū aūt sine cōmixtione seminū ꝓcedit. In hyeme vilescit. in vere vero placet. qr tunc virescit ⁊ florescit ꝑcisum rursum pullulat et reuiuiscit a terra in suo ortu elongatur. et q̄to plus crescit tanto plus v'sus celum eleuat᷑. Aliq̄n dicit᷑ virgultū viridariū vel virectū locus scʒ viridis et amenus. plantis ⁊ herbis virentibus cōsit' sicut supra de orto ptʒ. q̄re in lr̄a O.

Capitu CLXXVII

De vite

Vitis dicit᷑ a vinciendo qr vincitur ⁊ ligatur. ſm Isi. aūt vitis est dicta. eo q vim habeat citius radicandi. vel iđ di. sunt vites eo q vim habeant vt inuicem vittis se innectāt vicinisqʒ arboribus reptando religentur. Est enī eaꝝ natura flexibilis quasi scilicet brachijs quibusdam quicquid cōprehenderint vi teneant ⁊ constringant ⁊ illa ligamina quibus arbores vel palos capiunt. capreoli dicuntur sic dicti eo q arbores capiunt vel mutuo se ꝯnectūt quorum adminiculo freti palmites ventos sustinent et turbines ne frangant᷑. Dicuntur etiam corimbi. qr sunt sicut anuli quibus ꝓxima queqʒ ligant ne longi' laxati palmites ventoꝝ flatibus dissipētur et sine periculo fructus suos sustineant. Uitibus autem ista maxime cōueniunt oblaqueatio. Oblaqueāi aūt ē terram circa radicem aperire ⁊ velut lac' efficere vt radix humore abundantius humectetur et caloris solaris radio facili' penetretur. Item conuenit eis putatio ⁊ est putare virgam ex vite superuacuā resecare. cuius flagellum luxuriat. Itē eis

conuenit ꝓpaginatio. et est ꝓpaginare fla
gellum vitis supsternere et quasi porro
pangere et hinc ꝓpagines dicunt̄ prime
scilicet vitis extensiones Item eis con
uenit fossio. et est fodere terram moue/
re fossorio vel ligone. vt radices ⁊ herbe su
perflue amoueant̄ ⁊ sic vites melius fo/
ueantur. Item eis cōuenit pastinatio
pastinare aūt est paxillare. i. palos fige/
re circa vites vt sustentent̄. vt di. Papi.
et dicit̄ a pango gis. xi. qđ idem est ꝙ pa
los figere vel plantare. vt dicit idē ſm
Isi. autem pastinare ē fimo vel terro pin/
gui vitem pascere vel nutrire vt ampliꝰ
fructificet. Item eis cōuenit pampina/
tio. est autem pampinare pampinos. i.
folia supflua de vite amouere vt vue li/
berius aerem purum capiant ⁊ folijs nō
obumbrate citius maturescāt. pampini
autem vt dicit Isi. sunt folia quoꝝ subsi
dio fructus vitis ab ardore ⁊ frigore de/
fensatur ⁊ aduersus omnem iniuriam ꝓ/
munitur. qui pampini vt di. Isi. iō sunt
intercisi vt solaris radius ad maturita/
tem fructus facilius admittat̄. ⁊ sunt di
cti pampini. eo ꝙ de palmite pendeant.
vt dicit idem li. xvij. Item eis conuenit
vindemiatio. et est vindemiare de vite
vuas demere qđ fit qn̄ fructus vinee ꝓ/
cidunt̄ ⁊ recolligitur. De vitibus autē
di. Pli. li. xvij. c. xxij. Vitis qn̄ pscidit̄ tpe
congruo ⁊ modo debito. ex pscisione vi/
tes recipit ⁊ cōcipit materiam ex q̄ fru/
ctus vel flores in posterum pariunt̄. nisi
enim pcisione castigaret̄ supfluoꝝ tota ⁊
infecūda ⁊ sterilis redderet̄. nihil enim
auidius nascitur. et ideo nisi vires ad pa
riendum seruentur non est paritura fru
ctus. In vite autem est natura vt ma/
lit parere ꝙ viuere. ⁊ iō quicquid de ma
teria supflua a vite demit̄ fructui accedit
vites vero putationis tpe quāto citiꝰ pu/
tantur tanto plus effundunt de materia
et quāto serius tanto ferunt fructū vberi
orem. ita tamen ꝙ putatio tempus debi
tum non excedat. vnde vites graciles ⁊
tenues citius oportet putare. validas au
tem nouissime. Debet aūt precisio fieri
oblique inter duas gemmas. ita vt ī p/
te opposita gemme pcisionis fiat vulnus

Ideo autem debet fieri oblique et nō di
recte vt cito descendant ⁊ defluant gutu
le pluuiales per quarum frequentiam ⁊
pmanentiam super planam inscisuram
vitis summitas lederetur. et quāto vitis
est gracilior et macrior tanto plus est de
ea putandū. quando autem pampinati
one indiget non debet remoueri foliū qđ
est circa vuam nisi vinea sit nouella. sed
potius alia que magis sunt remota. hoc
eni vuam supplantaret. Quicquid vero
erumpit ⁊ pullulat alias ꝙ ab oculis si
ue gemmis spurium et inutile iudicat̄ ⁊
statim est rūpendū. Item idem capitulo
xxiiij. Vitibus accidit morbus specialis
scilꝫ quando germina nimis tempestiue
auferunt̄ aut qn̄ in supinum inciduntur
aut qn̄ noxio rore vel ymbre florationis
tempe perfundunt̄. aut quando nouella
germina pruina aut frigore decoquūtur
aut quando ab imperitis cultoribus aut
circūfossoribus radices vulnere iniurio
so ledunt̄ et qn̄ desquamant̄. i. a suo cor/
tice totaliter spoliātur. Inter omnia aūt
maxime ledit̄ qn̄ fortis ymber pcutit pal
mitem florescentem qꝛ simul defluit ipe
fructus. Ex aere autem corrupto et ro/
re vel ymbre noxio crescunt quidam ver
mes vt eruce ⁊ testitudines vitis germi
na et folia depascentes. et eam sic depa/
stam facile derelinquunt. nascitur autē
hoc malum in tempe nimis humido at
ꝙ lento. Accidit etiam eis alius morbus
quem araneum vocant vinitores. qꝛ ex
flatu venti noxio ⁊ ymbre corrupto gene
rantur quedam tele quasi aranearum qꝰ
bus obuoluuntur fructus et consumun
tur ⁊ aduruntur. Ledit etiam vitem ra/
phanus odit etiam et caulem et omne
olus. odit etiam ⁊ corulum. vnde quādo
talia vitibus sunt vicina tristes et egre
efficiuntur. Nitrum quidem ⁊ alumen ⁊
aqua marina ⁊ fabe ac vicie putamina vl
tima et maxime interimentia vitiū sūt
venena. Hucusqꝫ Plinius li. xiiij. ca. ij.
Dicit idem vt apud priscos vites inter
magnas arbores numerabant̄. In aliqꝰ
bus eni partibus sunt vites ita magne
vt ex earum truncis statue fiant et colū
ne. vt ptꝫ in simulacro iouis in vrbe po/

pulonia. Sup tectum etiaz templi ephe sie diane vna vite antiquitus scandebatur. Columne quoqz de talibus vitibus facte diutissime pmanent incorrupte In paucis eni lignis natura eternior est qz in vite nullo fine crescunt. et circa domos et villas circunduci possunt. leuant etiaz in multis ptibus ad vlmi vel populi arboris summitates et eoz rami quasi marita li affectu suis brachijs se conectunt. Arbor est vtilis et medicinalis tam in folijs qz in fructu et emittit et reddit liquorem succis oim arboz meliorem. qn pscinditur lacrimam emittit purissimam. et illa lacrima vtiliter collirijs adhibetur. p illi9 lacrime emulsionem depuratur eius subalis humor in radice. vnde fructus postea surgit dulcior et purior ex ipa vite.

Folia vitis sunt lata interius plana viridia et mollia. exterius autem vallicula ta et villosa in extremitate. lateribus intercisa et acuta multu obumbrantia quorum vmbra estuantibus et quiescere cupientibus est iocunda. et sunt multum medicinalia. Na vlnera mundat et munda sanat et aq decocta refrigerat. calore febrilem mitigant. estuatioem et tumorez stomachi cathaplasmata mire sedat. pgna' tem adiuuant. somnu puocat. et cerebru recreat et cofortat. ei9 lacrima potata sepe calculos frangit vt di. Dyasc. visuz acuit. lippitudinem oculoz tollit. morsibus venenatis et vexationibus succurrit ventrem sistit. cinis etiam eius valet ad pdicta qui succo ruthe et oleo admixt9 tumorem splenis spargit. vt di. idem Pli. li. xxiij. ca. i. vbi dicit folia vitium dolores capitis amputat. inflatioes sedant cum farina ordei calidam arteticam curant dissentericos valde iuuat si eorum succu bibat patientes lacrima eius cuz oleo sup locu pilosum illita modo psilotri. pilos amputat et hoc facit maxime lacrima qua ramus vitis viridis emittit et resudat. verrucas tollit. cortex vitiu et folia arida vulnerum sanguinem sedat ipsumqz vulnus coglutinat et sanat. cinis vitium mox fistula purgat et curat. neruoz dolores et contractiones mitigant. scorpionum et canum plagas cum oleo sanant citius. cinis corticis per se pilos ablatos restaurat et multiplicat. Huc usqz Plinius.

Capi. CLXXVIII

De vite agresti

Vitis agrestis est labrusca sic dicta. qz in terre marginibus crescit. a labro enim dicitur labrusca scz ab extremitate terre vbi nascitur sicut dicit Isi. li. xvij. Est autem similis viti vinifere in folijs sed non in fructu. nam fructum facit modicum aut nulluz et si quem fecerit ille durus est et stiptic9 et amarus. Vitis vinifera degenerat sepe in labruscam quado no colitur nec putatur. et econuerso de labrusca fit vitis vinifera per culturam debitam et tonsura: vt dicit Plini. et qzuis labrusca non sit quo ad cibu vtilis. e tn vtilis quo ad medicinam: nam eius radix elixa in aqua pluuiali et mixto vino ydropicos curat omnes maculas tollit. tussim compescit. puluis radicis eius cotra defectum stomachi mire subuenit vt di. Dyasc. Pli. autem lib. xxiij. ca. ij. dicit sic. Labrusca grece ampeloe sargie appellatur. Spissis folijs vinoso cortice fert vuas rubentes modo cocci quarum succo mulieres cutem faciei purgant. et ille vue cu folijs ei succo trite vtiliter apponuntur. vitijs coxarum et lumboz trite cum aceto scabiem hominis et quadrupedum curat. huc usqz plinius.

Capitu. CLXXIX

De vitulamine

Vitulamen a vite dicit illa planta bastarda siue spuria et infructuosa que nascitur a radice vitis siue alias. non pcedens ex ipis gemmis et tales plante degeneres sunt et innaturales. et ideo non fructificant. sz vitem onerant et grauant et fructum impediunt ac retardant. nam humorem attrahunt a radice qui deberet trasferri ad fructum nutriendum et augmentandu et ideo debent citius extirpari ne diuti9 crescentes diminuant fructum vitis. et ideo tales plante adulterine dicunt spu

ria vitulamina. i. degenerantia et nō na/
turalia. vt habetur li. Sap. ca. iiij. et est
hec littera rabani et antiquoꝝ. cuius Au
gust. in li. de doctrina xpiana dicat. quod me
lius dicerent adulterine plantationes
quod quidem verum est quo ad simplicium
intellectū. vera tamen littera est et bona
quo ad intelligentes scilicet spuria vitu
lamina.

Capitu. CLXXX

De vinea

Vinea vt dicit Papias. est loc⁹
vbi plantantur vites. vñ et vine/
tum vocamus locū vbi consita ē
multitudo vitium. Vinea diligenter sex
colitur et ab omnibus superfluis expurga
tur et a cultoribus sepe visitatur. et ne le
datur a bestijs macerijs et sepibus circū/
datur et ne diripiantur fructus ei⁹ custos
in ea super speculam ordinatur. in hyeme
sine custodia relinquitur. sed in autum
no a multis frequentatur. in hyeme valde
pallet. in vere et in estate viret. floret ac
redolet. sed in autumno fructu gaudet.
odor florentis vinee omni venenoso con
trariatur. et ideo ipsa florente fugiunt colu/
bri et bufones sustinere eius fragrantiā
nō valentes. virore et amenitate dele/
ctat visū fragrātia et aromaticitate afficit
olfactum. saporis suauitate reficit gustū
folioꝝ lenitate demulcet tactum. aerē di
ligit purum serenum. vt di. Pli. et min⁹
diligit tempus nubilosum. terram diligit
calidam et siccam mediocriter pinguem
ac dulcem. nam quā terra est nimis pin/
guis vel nimis humida luxuriat in ramos
et in folia. et paucos habet fructus. quā
do vero terra est arenosa et nimis macra
cito deficit et arescit cū nō inueniat suffi/
cientis fundamentū seu nutrimentū. simi
liter si fuerit in terra amara vel salsugi/
nosa corrumpitur radix eius malicioso hu/
more radicis substantiam subintrante. et ideo
diligit terram dulcem et in suis qualita
tibus temperatam et ideo montes alti soli bene
expositi sunt optima loca ad vineā. quia in
eis est humor dulcis et calor fortis. et quan/
to vinea soli magis est exposita. tanto
fructus reddit dulciores. Primo autem
est fructus viridis durus stipticus et a
cetosus. deinde per decoctiōem solis dulcis
efficitur et deliciosus. sub folijs enim ipsi⁹
vinee latitant vulpes vues vinee corro
dentes auide et deuastantes. et maxime
vbi custodes sunt negligentes. nec prodest
quod aliqui minus sapientes ponūt et clau
dunt vulpium aduersarios. i. canes intra
vitium maceries siue sepes. nam plus de
molliuntur et destruunt vuas vinee sic in
clusi pauci canes quam furtiue facerent plu
res vulpes. vt di. Isi. et ideo sapiētes vi
nitores summa studenti diligētia ne sub
intrent porci seu canes domestici seu vul
pes. a muscarū autem et vermium corro
sione non potest seruari vinea nisi per ipsi
us manum. quia omnia in sua continet
potestate. vt di. Isido. et saluat magnifi
ce vniuersa.

Capitu CLXXXI

De vua

Vua ab humeo mes. dicitur. et est
dicta quasi humida. eo quod intrin/
secus humoris est plena. vt di.
Isi. li. xvij. Ex tribus autem componitur
vua. s. ex folliculis glarea et arillis. folli/
culi dicitur vinatia siue tece in quibus
glarea cōtinetur. et est glarea succus siue
humor pinguis ipsius vue. Arilli autem
dicuntur paruula grana que sunt in race/
mo. et dicitur alio noie acini ab aceo es.
et debet dici hic acinus ni. sicut patet in
maiori volumine prisciani. vbi dicitur il/
lud verbū paulini. Exprimit humentes
acinos succumque liquentem. aliqui tamē
dicunt hoc acinū. Vua enim est generale
nomen ad botros et racemos. nam vua
proprie est multoꝝ granoꝝ coadunatio. ra/
cemus autem dicitur vnum granū. Bo/
trus autem vuarum congeries vel cōgre
gatio que gallice dicitur moissine. secū/
dū autem Papi. et Isi. Racemus est bo
trionis pars siue ramusculus cū vuis pre
cisis. vnde a ramo dicitur racem⁹. secundum Isi.
Vua autem a multis dicitur suburbane
eo quod in vrbibus venduntur ad comedendū
comedant enim eas et species et iocundi/
tas saporis. quarū multe sunt species. si/
cut precoque sic vocate quia cito maturescunt

et ante omnes calore solari decoquũtur
quas greci lageos dicũt. q2 festinãt ad
maturitatem sicut lepus. Item sũt pur
puree a calore purpureo sic vocate. Itẽ
sunt dticiarie vel vernacie sic dicte a ma
gnitudine. sicut dactili a lõgitudine. Itẽ
sunt stephanite a rotũditate nũcupate.
Item sunt ceraunee sic dicte eo ꝙ rube
ant velut ignis. Sũt aũt aminee vue. s.
albe minco. i. colore rubeo nõ ꝑmixte Itẽ
sunt apiane facientes vinũ dulce. quas
nisi cito colligas pluuijs ⁊ ventis ⁊ maxi
me apibus infestanť ꝑ quarum depdati/
one; apiane sunt vocate. Itez sunt ⁊ bu/
tissate alias biturice a regione nomẽ sor
tite. turbines ⁊ pluuias ⁊ colores optĩe
sustinent et in terra macra nõ deficiunt
hmõi. et dicif esse basilica. Item sũt ar/
gite quas nisi primo tp̄e cõlligas aut in
terram cadunt aut humore cõputrescũt
Item sunt et eldolie. i. varie que neq̃
purpuree sunt neq̃ nigre ab eldo colore
sic dicte. eldum enĩ inter album ⁊ nigrũ
est mediũ. Sunt aũt multe alie differẽ/
tie vuarũ q̃ que dicta sunt. que differũt
ab inuicem in sapore ⁊ calore in magni/
tudine ⁊ vtute. sed he sunt magis famo/
se vt di. Isi. li. xiiij. ꝯm ysa. do in diet.
Color vuarũ quadruplicitet variatur.
Sunt enĩ vue oĩno albe. clare ⁊ aquose.
modicũ carnis habentes cortices subti/
les. ossa exigua. Sunt iterũ vue omnio
nigre grosse carnis. ꝑui humoris ⁊ corti/
cis. ⁊ ossiũ magnoꝝ. Sunt ⁊ citrine q̃ ma
gis ꝑticipant cũ albedine q̃ cũ nigredie
Sunt insup rufe que magis accedũt ad
nigredinem q̃ ad albedinem. Albe leuiter
nutriũt facile digerunť. venas penetrãt
et vrinam ꝓuocant. Nigre sunt dure di
gestionis. tamen stomachũ plus cõfor/
tant. etiam plus nutriunt qñ bene dige/
runtur. Citrine autem et rufe sunt me/
die in potentia. ⁊ sicut dicit idẽ ysa. q̃to
vue sunt maturiores tanto sunt lauda/
biliores ⁊ ad nutriendũ ⁊ generandum
bonum sanguinem meliores. Vue q̃ mi
nus habent carnis q̃ humoris laudabi/
liores humores generant q̃ ille q̃ sunt
pluris carnis q̃ humoris non tamẽ sunt
tanti nutrimenti.

Capi. CLXXXII

De vua immatura

Vua immatura est frigida ⁊ sic
v ca ⁊ multũ acerba. et ꝑcutit ner
uos sua frigiditate. dentiũ ⁊ ra
dices sua stipticitate intm̃ ꝙ obstupescũt
et videnť q̃dammõ congelari. Virtutez
autem habet cõstringendi et colericũ vo
mitum reprimendi ⁊ calorem epatis ex
tinguendi sitim auferendi. acumen cole
re mitigandi. humores grossos in ocu/
lis in palpebris desiccandi. et pruritum
oculorum et asperitatem abstergendi vt
dicit ysa.

Capi. CLXXXIII

De vuapassa

Vuapassa multis modis fit. Ali
v qñ enĩ torquetur illud ꝑ qd̃ vua
dependeta a vite ita ꝙ non pos/
sit humidũ vlterius ad vuam ascendere
et sic ꝑmittif a sole ꝑ dies aliquos desic/
cari. et hoc dicitur vuapassa. ꝓpter calorẽ
solis quem patitur. et hec est optima ad
comedendũ. Aliqñ racemi inuoluũť in
pampinis vitis et colligantur folia sic
ne racemi dispergantur. et postq̃ panis
est extractus de clibano qñ calor est tem/
patus imponunť ibi racemi inuoluti et
exiccantur. Simili mõ dicunť iste vua/
passe. q2 quandam violentiam a calore
clibani patiunť. simili mõ qñq̃ in fuma
rio fit vnapassa. vt dicit alexander neq̃
Dant vuaspassas clibanus fumaria fe
bus. De vuapassa di. ysa. in diet. Vua/
passa ꝑfecta in dulced. ne ẽ calidior ma/
xime si nigra est. nec est nimis mollifica
tiua nec nimis cõstipatiua, sed media.
malos humores tempat ⁊ mitigat, mor
sionem. maxime quando est pinguis et
carnosa et corticis est tenuis et eiꝰ ossa
siue granula sunt exigua atq̃ pauca. hu
iusmodi vuapassa cõtra dolorem pecto/
ris adiuuat. pulmonem mũdificat. tus/
sim sedat. vesicam et renes purgat. sple/
ni et epati non cõuenit si habuerint du
riciem ⁊ grossiciem. Vua autẽ passa ha/
bens acerbitatem cum quadam pontici/
tate minus est calida q̃ sit dulcis ⁊ mulꝰ

humida maxime si sit alba. et ideo parum
nutrit. calorem extinguit. ventrem cōsti
pat et constringit.

Cap. CLXXXIIII

De vino

V Inum dicit quasi in vite natū
vel a vena eo q potus eius venas
sanguine cito replet. vt di. Isi
dorus li. xx. vbi tractat de potu. Temetū
autem dicit forte vinū eo q teneat mē
tem et temeritate agere sepe facit. Dicit
et merū qn est purum et aque nō admi
xtum. dicit et bachus a libero patre qui
vocabatur bachus. et dicit fuisse prim᷒
repertor vitis. vel bachus dicit ab effectu
q2 fortitudine sua facit bibentes furere.
et in alios debachare. Laudes autē vini
nō posset ad plenū describere etiam si vi
ueret bachus ipse. Inter omnes enim li
quores et succos arbor vinū obtinet pri
cipatū. nam p oībus liquoribus vinum
moderate sumptū corpa plus confortat
corda letificat. morbos ꝛ vulnera etiā cu
at et sanat. vñ di. ysa. in v l. die. Vinū
dat bonū nutrimētū corpi. sanitatē red
dit pditam ac custodit. calorem natura
lem p oībus cibis ꝛ potibus confortat ꝛ
augmentat ppter familiaritatis cōsorti
um qd habet cū natura. vñ sanguinē pu
rissimū generat ꝛ turbidū purificat ꝛ cla
rificat. venarū ora apperit. et ad interiora
mūdificanda sua subtilitate penetrat. ꝛ
tenebrosam fumositatem tristicie indu
ctiuam illuminat atq fugat. citius cor
poris membra corroborat. ꝛ vigorem sin
gulis administrat. vini enī bonitatem ac
tio anime manifestat facit in ea tristicie
et doloris obliuionem. nec pmittit eam
sentire angustiam vel dolorem. acuit in
tellectū ꝛ facit eum docilem ad inuesti
gandam rem difficilem ꝛ subtilem. ani
mosam etiam ipsam efficit ꝛ audacem. vñ
pꝫ vini excellentia cuius vsus cōuenit
oībus hoībus. etatibus tpibus et regio
nibus si debito mō sm vires bibentis a
singulis assumat. senibus enī cōuenit q2
calor vini eo2 repugnat frigiditati. iuue
nibus cōuenit sm cibum quia in natura
similis est nature et etati iuuenū et ado
lescentibus pueris est cibus et medici
na. et eo2 calori adhuc impfecto nutrimē
tum exhibet ꝛ augmentū et ipsam humi
ditatem puerilem supfluam cōsumit et
desiccat. in frigida enī regiōe ꝛ in hyeme
vinū forte ꝛ multū purū cōuenit. I esta
te vero ꝛ in calida regione vinū purum ꝛ
multū mixtum vtile. corpus enī hume
ctat ꝛ refrigerat ppter mixturam aque q
subtilitate vini ad remotiora mēbra ꝺdu
citur valde cito. ideo antiqui vocauerūt
vinū triacam magnam. q2 inuenerūt il
lud diuturnū rerū esse iuuatiuum. calefac
enī corpa frigida etiā infrigidat calida
et humectat siccat et humida extenuat ꝛ
desiccat. sed eius calefactio ꝛ siccatio est
naturalis. humectio vero et infrigidatio
est accidentalis q2 subtilitate sua portat
aquam ad membra que necesse hñt infri
gidari ꝛ humectari. vt dicit idē. In vi
no aūt cōsiderantur ista substantia siue
liquor calor sapor atq odor. Nam scōm
subām vini attenditur subtilitas et ter
restritas siue grossicies atq mediocri
tas. vinū subaliter tenue ꝛ subtile albū
est clarū et cōuenit stomacho. q2 cito di
geritur ꝛ venas pforat. mentem non per
cutit neq ledit nec neruis nec cerebro
aliqd infert nocumentū. vinū autē ter
restre atq grossum subtile est ꝛ optimū.
stomachū enī grauat ꝛ difficile penetrat
Color autem vini est quadruplex scilꝫ
albus niger glaucus citrinus et rose᷒ si
ue rufus. album vero et nigrum vinū ce
teris est minus calidū. et album est ma
gis humidum q nigrum ppter subtilita
tem ꝛ aquositatem dñantem. nigrū vero
magis siccū est ppter grossiciem et terre
streitatem ei magis subāliter dominan
tem. vina vo mediocres colores haben
tia sunt aliis calidiora scꝫ vinū citrinū
seu aureū ꝛ vinū rufū et hoc sm q mag
ab illis extremitatibus sunt remota. et
quanto illis sunt viciniora tāto sunt mi
nus calida.

Capit. CLXXXV

De vino rubeo

V Inū rubeū valde intensum I ru
bore sicut sanguis fortissimū est.

et multum ledit caput et percutit mentem
et forte facit ebrietatem. et ideo optime in/
diget aqua commisceri. vnde si commisceatur quantum
oportet et bibatur pro ut etatibus et tempori
et regionibus ac consuetudini conuenit at
que decet multum est laudabile quia grossos dis
soluit humores, vias venarum a putredi/
ne mundificat et sanguinem purificat. ma
xime si vicinum fuerit puritati. et ideo conue
nit senibus quia eorum calorem confortat et fri
gidorum humorum dissoluit abundantiam in se
num corporibus collectorum. Vinum rubeum ne/
cesse est habere saporem ponticum siue dul
cem et liquorem inter grossum et subtile
mediocrem. et odor eius inter aromati/
cum et grauem. et tale vinum est ceteris tem
perantius ad nutriendum et mutatur facilius
in sanguinem propter similitudinem quam ha
bet cum eo in liquore in sapore et colore. vinum
dulce et mixtum rubrum iuuat ad mundificandum
vicia pectoris et pulmonis. valde enim est so
lutiuum viscosi humoris et lenitiuum et im/
mundicie abstersiuum. vini autem consideratur
odor. nam si vinum fuerit aromaticum sig/
nat suum liquorem subtilem esse et temperati
uum. omnique sordicie emundatum et optime
digestiuum. et ideo clarum generat sanguinem
atque mundum. et est cordis confortatiuum
letificatiuum et fumi grossi et obscuri et tur
bidi expulsiuum. vnde ysa. vinum inquit odo/
riferum subtilius ceteris est et leuius et di
gestibilius ac nutribilius. quia natura in eo
suam compleuisse se signat actionem. vinum
vero quod nullius est odoris siue ventosita
tis grossiciem insinuat. et ideo est illau/
dabilis nutrimenti nec clarificat sangui
nem nec etiam confortat sed generat hu
mores grossos et fumum turbidum et obscurum
vnde horribilissimum habens odorem et sapo
rem ponticum pessimum est quia infert corpori
maximum nocumentum pessimum generat san
guinem et noxium confert corpori nutrimen
tum. et maxime si vinum fuerit valde ni/
grum ad quod pertinet grossicies liquoris et
grauitas odoris et ponticitas saporis. vi/
num itaque predictis qualitatibus tempera
tum si temperate et modo debito bibatur. natu/
ram adiuuat. laudabilem sanguinem ge
nerat. saporem cibis et potibus administrat. desiderium et appetitum excitat. vitalem
naturam et naturalem stomachum con
fortat ad cibum appetendum et recipiendum
ac digerendum iuuat. virtutem expulsi/
uam ad expellendas feces excitat. sitim
sedat. passiones anime de malo in bonum
alterat et immutat. nam animam vertit ab im
pietate ad pietatem ab auaricia in lar/
gitatem. a superbia in humilitatem. de ti
more in animositatem. et vt breuiter di/
cam vinum moderate sumptum corporis et a
nime sanitas est. Huiusque Ysa. in dietis.
et Pli. li. xiiij. ca. ix. vbi dicitur vini natu/
ra est ipso hausto accendere viscera inte
rius ipso fuso infrigidare membra que ab
ipso perfunduntur. Viribus autem corporis nihil
vino vtilius est si adsit modus. nihilque
periciosius si modus in sumendo non te
neatur. vnde andronides sapientia clarus scri
psit ad alexandrum magnum cohibens intem
perantiam vini in bibendo Rex inquit me
mento te bibere sanguinem terre. nam bi
bere intemperate vinum cicuta est hominis seu ve
nenum quibus preceptis si ille obtemperasset
perfecto amicos in mulencia non interemis
set. vt di. Pli. Item mala que facit vinum
intemperate et immoderate sumptum tangit
ibidem in eodem li. ca. vi. mentem inquit mu
tat in furorem in mali impetum et obliuio
nem boni. Ebrioso siquidem inest pal/
lor in facie et gene pendule. oculorum assunt
vlcera et lippitudo. manus tremula lingua
que ligata. postera die eructuant aliter fe/
di velut de sepulcro et grauissime sentiun
tur in capite punctiones. amaricat stu/
men. s. palati summitatem amicabilis. in
colere que incenditur ex calido fumo vi
ni et estuans sitis torquet guttur. Nam
hec necessitas vini sequitur vt bibendi con/
suetudo auiditatem pariat bibendi. Vnde
more sanguisuge vinolenti quanto plus bi/
bunt tanto sitiunt. Ad hec verba plinij
addit ysa. dicens sic. si vinum vsque ad e/
brietatem sepe sumptum fuerit rationis
lumen extinguit. et vim brutalem excita
tat. vnde permanet corpus velut nauis in ma
ri non habens gubernaculum aut recto/
rem. et sicut milicia non habens principem
neque ducem propter quod fauet ebrius rei ab
nuende. et laudat quod in se est illaudabi
le. de sapientibus facit stultos. de leniuolis

peruersos efficit et maliginos. nam ebrie
tas est omnium vitiorũ fomes atq̃ cau/
sa. incidunt enim ebriosi in homicidia. a
dulteria et furta. et ideo volentes custo
dire familiam oportet eos a vino custo/
dire ne vinum plus bibant q̃ eorũ vtu/
ti expedit et nature.

Capit. CLXXXVI

De vino nouo

Vinum nouum qđ de lacu id est
de cuppa nouiter est sublatũ vo/
catur mustum q̃si scꝫ de torcula/
ri primo est expressum. et est sic dictum
quasi tenens mus. i. terram humefactã
siue lutum. mus enim grece terra dicit
latine. vnde et humus terra dicitur hu/
mefacta. in musto autem partes terre ꝛ
feculente partibus aqueis ꝛ aereis sunt
admixte in quas agens virtus ignea for
tissimam facit ebulitiõem. Nam ptes
ignee ꝛ aeree mouent sursum. partes ve
ro terree deorsum et ex tali ꝑturbatione
et repugnantia fortis fit ebulitio donec
vincente calore puri ab impuro fiat se/
paratio et cõpleta digestio. Inest autẽ
musto tanta vis feruoris vt vasa fortia
ex eo plena et absq̃ spiramine mox di/
rumpat. vt dicit Constan. et Greg. sup
Job. vñ ꝑspiraculi aperturam spumosa
vini immũdicia ad vasis sup̃ficiẽ vi ca
loris eiecta continue euaporat donec pu
rissimum vinũ fiat. In principio autem
q̃n mustum eliquatur valde est turbidũ
atq̃ spissum. et iđ vt di. ysa. bibitũ gros/
sum generat sanguinem et fumum terri
bilium somniorũ inductiuũ. malos gene
rat humores. rugitum facit et inflatio /
nem in intestinis. mustum enĩ nouum val
de ventosum et spumosum est ꝑpter reso
lutionem partiũ vi caloris. Unde Gal.
vinum quodamq̃ dũ est recens nõ ha/
bet vim ducendi cibum ꝑ corpus. vñ vẽ
tositatem et inflationem ac fastidiũ ge/
nerat. Q̃to plus autem durat post expssi
onem a torculari tanto plus clarificatur
et depuratur et amplius intenditur ca /
lor eius quando enĩ adhuc est mustum
ab ebulitione non quiescit nec terrestria
ad suum locum descendunt. nec aerea et
ignea suum locum sursum petunt et re/
manet adhuc indigestum. et ideo quãdo
bene est vinum defecatum et lucidum at
q̃ clarum laudabile est et amicum natu
re. quia tũc confortatur calor eius quo/
tidie tam in ardore et sapore q̃ in virtu
te melioratur. nisi forsan a corrupto ae
re vel ab aliquo corrupto vase vel casu ali/
quo corrumpatur. Nam si vas ipm con
tinens corruptum fuerit et ipsum vinũ
corruptum erit. ex aere corrupto et calo/
re vel humiditate nimis distemꝑata vi
num sepe corrumpitur. ꝛ ideo nunc ace/
scit nunc pinguescit vel totaliter compu
trescit. et tunc nature hominis est pessi/
mum et maxime inimicũ et est fugiẽdũ
simpliciter vt venenum. Vinum etiã ve/
tustissimum in calore excedit temꝑa /
mentum. et ideo saporem mutat et calo/
rem. et tale vinum suo acumine ledit ce
rebrum et ꝑcutit mentem. et sua siccita
te et caliditate inflammat substantialem
humiditatem. extinguit calorem natu/
ralem. et ideo nec nimis recẽs nec nimis
antiquum est laudabile. sed potius inter
duo extrema est mediocre scđm q̃ ab ex
tremitate noui et veteris magis est re/
motum. quia illud est maxime temꝑa
tum. Hucusq̃ ysa. in diet.

Cap. CLXXXVII

De vino condito

Vinum conditum fit artificiali/
ter ex admixtione aromatum.
tam specierum q̃ herbarum vt
pꝫ in vino saluiato. in vino rosato ꝛ ga
riophilato. et est illud vinũ cõueniens.
tam in potu q̃ in medicina virtus enim
tam specierũ q̃ herbarum immutat vi/
num. et sibi cõfert virtutem singularem ꝛ
ideo talia vina sunt salubriora et delica
tiora quãdo eis salubres species debito
modo incorꝑantur. virtus enim specierũ
conseruat vina ne de facili corrumpant.
vnde talia vina suo sapore delectant gu
stum. excitant appetitum sua aromatici/
tate confortant tam cerebrum q̃ stoma

cbum mūdificant etiam sanguinem ꝛ pe netrant ad interiora tam venarū q̄ mē broꝝ. vt dicit ysa.

Cap. CLXXXVIII

De vino acetoso

de lesione ficuũ. dicit q̃ arance quedã cir
ca germina vinearũ ⁊ etiã flosculos arborũ
faciũt texturas ex quarũ circũuolutione
pereũt arbores ⁊ vinee qñ sunt in germi
ne vel in flore. Morsus spalangionis est
mortiferus ⁊ venenosus nisi ei citius suc/
curraẽ. Sed eius venenũ extinguit vis plã
taginis si debito modo apponaẽ. ⁊ iõ ver/
mes alij vt lacerte ⁊ botraces puncturã
aranee formidãtes succo plantaginis se
tuenẽ. vt dicit Pli. Dyas. et Auic. in ca.
de venenis et mac. Aranearũ aũt tela vt
dicit aresto. et pli. ex earum visceribus
quodãmodo nature artificio generatur:
subtilissima cõpositione cõtexitur more
ltextis cõponiẽ ⁊ paraẽ. filis subtilissimis
cõnectiẽ. ⁊ hoc ne a muscis ⁊ alijs bestio/
lis quib tendiẽ pter grossiciem videa/
tur. Cũ labore quidẽ componiẽ sed miro
modo faciliter dissipaẽ ignẽ nõ sustinẽt
ventũ timent cuius impetu tela rumpitur

et subito denudaẽ. Et q̃uis venenosa sit
aranea de cuius egrediẽ visceribus tela vene
nosa nõ est quoniã multis vsib medici/
ne vtilis reputaẽ. Nam vt di. dyas. Te/
la aranearũ alba ⁊ mũda puluerulentis
sordib nõ admixta vires habet cõstringẽ
tes cõglutinãtes ⁊ refrigerãtes. ideo san/
guinẽ restringit a vulnere defluentẽ sup
posita vulneri prohibet fieri saniem ⁊ sa/
nat plagã recentẽ. ⁊ phibet inflaturã sa/
nitatem vulneris retardantẽ. Est autẽ
genus aranee quã spalanã vocant. vt di
cit Pli. li. xxix. ca. iiij. et est hec aranea si
milis formice sed longe maior corpe ru
fum habens caput. reliquũ corpis nigri
est coloris. respersũ albis guttulis. acer
bior ẽ eius ictus q̃z vipere. Viuit autem
iuxta furnos ⁊ molas. cuius contra ictum
est remediũ aliam eius generis ostende
re sic pcussõ. et ad hoc conseruantur cum
mortue inueniũtur quarũ cortices con/
triti ⁊ potati medentur morsui mustele.
Est autẽ aliud genus lanuginosum gros
so capite. ⁊ dolor pũcture eius sicut scor/
pionis. ⁊ eius morsu genua labefactan/
tur ⁊ accidit caligo ⁊ vomitus. Est etiam
aliud genus aranee nomine mirmicale/
on siue mirmiceon. quod alio nomĩe di
citur formicaleon. formice simile capite
albo habens nigrũ corpus distinctũ ma/
culis albis. cuius morsus vesparum dolore
torquet. ⁊ dicitur formicaleon. q̃r formi
cas venatur vt leo. ⁊ earũ sugũt humidi
tatem sed a passerib deuoranẽ ⁊ ab alijs
auibus vt formica. Remediũ aũt contra
morsus oĩm aranearũ est cerebrum galli
nacei cum exiguo pipis bibitũ cũ vino
dulci. Itẽ coagulũ agni potatũ cũ vino
sanat morsus aranearũ. Item facit ci/
nis vngule arietine cum melle. Itẽ mu
sce contrite ⁊ posite super morsum extra/
hunt venenũ ⁊ mitigant dolorem. Sunt
⁊ alia remedia que enumerat. sed hec suf
ficiant. Dicit tamen li. eodem. c. vi. ara
nea longa ⁊ candida tenues habens pe/
des contrita in veteri oleo dicitur solue/
re albuginem oculorum ⁊c.

Capitulum. XI.

De ape

Pis est animal multipes ⁊ breue
a inter omnia animātia anulosi et
insecti corporis in multis obti/
nens principatū. vt di. pli. li. xi. ca. vi. ꝑ
uitatē sui corꝑis recōpensat ingenij ma/
gnitudo. Quis autē possit inter volatilia
cōputari. tñ quia pedibꝰ vtitur in quibꝰ est
vis ꝓgressiua merito pōt inter gressibi/
lia nūerari. Preter vero ꝓprietates supi
us li. xij. positas sub litera a. alie sunt hic
ponende quas recitat pli. li. xi. ca. vi. sic
dicens. Inter omnia est admirāda apū
solertia qua mella cōtrahūt succūqꝫ dul
cissimū subtilissimū ⁊ saluberrimū in fa/
uos cōponūt. ⁊ cerā ad vsus vite huma/
ne ꝑutilem operando cōficiūt. hyeme la/
tent ⁊ reconduntur. qꝛ vires nō habent, vt
niuibꝰ pruinisqꝫ resistant ac flatibꝰ aqui
lonis. In vere aūt cū sentiunt fabas flo
rentes ad opa exeūt ⁊ labores. nulliqꝫ li/
cet vacare ocio per hos dies. Primo fa/
uos cōstituūt ceramqꝫ fingunt domos scꝫ ac
cellulas faciunt. deinde sobolem ⁊ postea
mella cōficiunt ⁊ cōponunt. tectum aūt
aluearis sui lacrimis et succis arborū gū/
mosam vim habentiū ꝑ totū liniūt. ⁊ cō/
tra aliarū bestiarū auiditates se muni/
unt ꝓut possunt. feces si fuerint nimis la
te cōstringūt ⁊ eas succis ꝑdictis liniunt.
primo aūt pro fundamēto sui operis cru
stulam quādaꝫ ponūt amari saporis quā
multi commosym vocant. deinde faci/
unt aliam dulciorem que cere est initiuꝫ
quā multi dulceros vocāt. tercio ponūt
materiam grossiorem que fauorū est sta
bilimentū ⁊ illam materiā ꝓpolim mul/
ti vocant. et ista triplici tela a frigore et
alijs iniurijs muniūt fauos suos. Non
insident fructibꝰ. sed a floribꝰ non marci
dis. sed recentibꝰ recolligunt materiam
ex qua mel ⁊ ceram cōponunt. quādo au
tem flores vicini sunt cōsumpti mittūt
speculatores ad vlteriora pabula requi/
renda. et si apprehenderit eas nox in ex/
peditione excubant supine vt alas suas
protegāt a pluuia ⁊ a rore. vt facto ma/
ne expeditius volent ad opus suū habē/
tes alas suas siccas ⁊ expeditas ad vola/
tum. Ordināt excubias suas more ca/
strorꝫ de nocte quiescūt vsqꝫ mane donec
vna oēs excitet. gemino aut triplici bō/
bo vt buccino aliquo tunc vniuerse ꝓuo/
lāt si dies fuerit mitis futurꝰ. ꝑdiuināt
enī ymbres ⁊ vētos ⁊ tūc se ꝯtinēt infra
tecta. Qñ ꝑsciūt celi temperiē futuram
cū agmine ꝓcedūt ad opa. ⁊ tūc alie flo/
res aggregāt pedibꝰ. alie aquā ore guttas
qꝫ lanugie totiꝰ corꝑis simul portāt. ado
lescētiores vero ad opa exeūt et cōueniūt
et afferūt supradicta. seniores vero intus
operantur. Que flores cōportāt primo one/
rant pedes anteriores ⁊ post alios donec
rostro pleno remeent totaliter onerate.
Excipiūt aūt sic onustas trine vel quat/
ne eas qꝫ exonerāt fm ꝙ interꝰ sunt ordia
te. eorꝫ enī officia sunt diuersa. alie enī do/
mus ꝯstruūt. alie poliūt. alie cibū parāt
ex eo qđ allatū est. nō enī separatim vescūt
ne inequalitas cibi tēpis et opis fiat inter
eas. Fauos linealiter ⁊ ordinate ꝯponūt ⁊
in superiori parte suspēdūt. Ceras cadētes
fulciūt primas lineas parꝫ replēt de mel
le. nouissimas aūt mas[c]le solēt adimple/
re. Apes aūt gerule ꝙ necessaria ꝯuehūt
timēt venti flatꝰ. ⁊ ideo volāt iuxta terrā
et qñ sunt onuste redeūt ne aliquo flatu
impediātur ⁊ qñqꝫ lapillis se onerāt vt la/
pillorꝫ grauitate sint ꝯ̄ venti īpetū magis
fixe. Mira inter eas est obseruātia disci/
pline. nā inertiā cessantiū ab ope notāt
⁊ eos mox castigāt. imo morte puniunt
operari nō curātes. Mira inter eas ē mūdi/
cia. nulleqꝫ inter opa sua spurcitie ꝑmittū
tur. Egestiones apū ꝙ operantur interꝰ ne lō/
ge recedāt alie cōgerūt in locū vnū ⁊ eij
ciunt đ aluearī. Qñ aduesperascit intrāt
in domos suas ⁊ strepūt donec illa eadeꝫ
que eas excitauit circūuolet. ⁊ eodē quo
excitauit bombo eas inuitet ad quietē. ⁊
tūc oēs repēte cōticescūt. Idē in eodem
ca. xiij. Itē ꝑ apes summa eqtas exercet.
feriūt enī omnes earꝫ pacē dissoluētes ⁊
earū melle diripe cupiētes. Regem siq
dem hñt apes qui nō aculeo armatꝰ ē. sed
potius maiestate. vt di. idem ca. xviij. ⁊ vel
si habet aculeū vsum feriendi natura si/
bi negat. noluit enī natura ipm seuū eē
ne cito peteret vltionē. ⁊ ideo ei telum de
traxit ⁊ inermē dereliquit. vnde constat
apum imperatorem aculeo nō vti. miran/

da aūt est circa regem plebis obedictia. nam cum procedit totum examen circa ipsum conglobatur. ⁊ ab ipso agmine ve lut acie militū cingit̄ ⁊ vallat̄ ⁊ ꝓe mul titudine obsequētiū tunc tp̄is vix vide tur. Cum popul⁹ apū in labore est ipse in tus est ⁊ circuit similis exactanti solus a labore ē imunis. Circa quē ⁊ apes assunt quedā hn̄tes aculeū tanꝗ lictores qui autoritate assidua regis sunt custodes. ⁊ ipse raro ꝓcedit foras nisi qn̄ examē to tum debet exire. cui⁹ exitus intelligit̄ an te dieb⁹ aliquot exercitu murmurante ⁊ quasi ad exitū se ꝑparante vnde si qs tūc regi apum ꝑscinderet alam totū examē tunc tp̄is non exiret. ⁊ quando ꝓcedunt singule regis obsequio se offerūt ⁊ ei pri me esse volūt regem fessū humeris sub leuant ⁊ fatigatū totū portant si qua las sa defecerit vel ab acie errauerit odore ꝓ sequitur vbicūqꝫ rex ꝓcedit et vbicunqꝫ rex ꝓsederit ibi cetere figunt castra. re ge viso totus animatur exercitus ipsoqꝫ amisso totū agmen dilabitur ad alium. quia sine rege esse non possunt Ad aluea ria subintrant quedā false apes que fuci nuncupātur habentes magnū ventrem furtimqꝫ deuorant mella. ⁊ has apes in terficiunt quādo eas deꝑhendunt. Quā do ver est humidū fetus apum multipli cantur. ⁊ mella depauperantur. ⁊ econuer so quādo ver est siccum deficiunt in pro le ⁊ in melle multiplicātur si autem defe cerit in aluearib⁹ cibus impetū faciunt in proximas ꝓposito rapiendi. et contra eas alie aciem dirigunt si rectorē habēt et si que fuerint apes fauentes inuaden tibus ꝑcunt eis inuasores nec eas imper tunt sed potius eas sibi associant ⁊ defen dunt. Multis alijs de causis acies con trarias constituunt duo imperatores cū multa rixa que dimicatio in iactu pul ueris aut fimo totaliter dissipatur. Itē idem capitulo. xix. Apes quedā sunt ru stice ac siluestres horride aspectu ⁊ cete ris iracundiores. sed labore et opere sunt prestantiores. alie sunt vrbane quarum quedam sunt breues ⁊ varie ac rotunde alie sunt longe sicut vespe ⁊ ille sunt alijs deteriores ⁊ sunt pilose ⁊ quedā ex his

sunt albe que in messe mella faciunt. sil uestres vero in arborum concauitatibus mellificant. aliquādo in aliquo terre spe cu quibus natura dedit aculeū ventri cō sertum ad vnum ictum. quedam autem ex vindicandi ardore ita ꝓfunde figunt telum qđ consequit̄ subito intestinū ⁊ ta les cito moriūtur. alie quidē aculeū per dūt ⁊ viuētes vlteri⁹ mellificare nō pn̄t sed castratis virib⁹ nocere ꝑiter ⁊ ꝓdesse desistunt. Odores fetidos ⁊ ceteros fu mos maxime odiūt ⁊ fugiūt. in reb⁹ aūt odoriferis iocūdant̄. Cancrorū odore si quis eos iuxta decoquat exanimant̄. qn̄ rex eorū morit̄ tristicia torpent funerātiū qꝫ more ꝯcomitantur exequias. ⁊ meret plebs magno dolore rege ꝑempto ꝯsumpto nō cibos tūc conmedūt. nō procedūt tri sti tn̄ murmure glomerant̄. Circa corp⁹ eius luctū nō minuūt. Imo nisi sub traha tur mortu⁹ fame ⁊ dolore moriunt̄. hila ritate ergo apū ⁊ nitore sanitas estima tur. Dicit etiā idem apes incurrere mul tas infirmitates. nā vt dicit. xx. egrotāt quādo nō ꝑficiūt fetū suū. Inimicatur etiā vel aduersat̄ eis resultans son⁹ echo. nimis enī facit eas timidas inopinato sonitu terrēs eas. inimicat̄ etiā eis cor rupta nebula corrūpens flores quos de pascūt. aduersant̄ ⁊ eis aranee qn̄ se soci ant eis ⁊ in aluearib⁹ faciūt intexturas pestifera est eis etiā musca quedā similis papilioni q̄ insilit in cādelas. nam papi lio depascit ceras ⁊ relinq̄t stercora ex q̄ bus generant̄ teredines q̄ ceras ꝑcipu as appetūt. nocet etiā eis auiditas past⁹ qꝛ nimia florū satietate replent̄. ⁊ maxie hoc accidit in vere oleo quidē exaniman tur sicut ⁊ oīa anulosa et insecta. ꝑcipue si capite vncto in sole ponant̄ sed a ꝑse aceto reuiuiscūt. aliqn̄ etiā ꝯtrahūt si bi mortis ⁊ morbi causas qn̄ sentiūt sibi subtrahi mella nimis auide deuorātes. hucusqꝫ pli. Insignes etiā ꝓprietates et notabiles recitat auic. li. viij. c. iij. Apes inquit cibant̄ ex melle ⁊ comedunt inde parū. sed qn̄ infirmant̄ tunc comedunt mel ⁊ nō exeunt de domib⁹ suis ⁊ qn̄ in ueniunt domos mundas siue aluearia fa ciunt in eis domos sextiles cereas. et qn̄

orificia aluearis sunt nimis ampla, di/
minuũt amplitudinẽ cum quadã visco/
sitate nigra que in odore est acuta. ⁊ edi
ficant primo domũ regis. ⁊ illa domus si
milis ẽ foramini. ⁊ post alias domos sm
diuersitatẽ maioꝝ vel minoꝝ. masculi au
tem tantũmodo opantur domos suas. ⁊
post non est opatio nisi ad comedendum
mel ⁊ mellificandũ. ⁊ apes primo moran
tur in fauis suis. ⁊ quãdo est temp⁹ execũ/
di ascendũt in altum sm formã pirami/
dis ⁊ postea redeũt ⁊ comedũt mel. ⁊ rex
nunq̃ exit nisi cũ exercitu. ⁊ masculi nõ
habent acũ nisi forte pauci. tũc appetunt
pungere sed non pñt. ⁊ reges apum sunt
duoꝝ modoꝝ vnus rubeus ⁊ alter niger
fere sicut carbo. et est in duplo maior q̃
apis que mellificat. ⁊ sunt apes muscule
magis pigre q̃ femine. et meliores sunt
apes minores ⁊ rotũdiores habentes va/
rios colores. ⁊ apes que pascunt in mon
tibus pratis ⁊ ortis sunt minores ⁊ me/
liores ⁊ faciũt mel cõsimile in ptibꝫ ⁊ le
ue. apes aũt que nõ sunt bone nõ faciunt
mel equale nec cõsimile sed apis que sp
adheret foramini mellis efficit mel me/
lius. aliter enĩ corrumpit de facili ⁊ gene/
rant in eo aranee que corrumpunt mel.
Duplici de causa vtunt apes mellifican/
tes aculeo scꝫ ad defensionẽ. ⁊ ad humi/
ditatis supflue cõsumptionẽ. vis enim
ignea est in acu. ⁊ ideo coopat valde ad
cõsumptionem supflui humidi ⁊ mellis
imutationẽ ⁊ cõseruationẽ. Item subin
trant sepe aluearia quedã musce male q̃
faciunt alijs muscis pus tediũ quas mi
ti vocant grisanes ⁊ illi grisanes perfo/
rant ⁊ corrodũt alas aliaꝝ. sed vere apes
psequũtur illas muscas et pungunt eas
nec pmittũt eas cadere sup domos suas
Et apes mellificãtes interficiũt mascu/
los nocentes eis et reges malos qñ eas
non bene regũt. sed tantũmodo de melle
nimis comedũt. ⁊ pcipue hoc faciunt qñ
mel erit paucũ. ⁊ apes pue pugnant cum
longioribꝫ quãdo nõ opant nec laborãt.
et nitũtur eas eijcere de aluearibꝫ. et per
talium eiectionẽ melioraĩ mel et augeĩ.
Est autem vnũ genus apum quod dici
tur labion ⁊ interficit apes mellificãtes
et destruit earꝫ domos. ⁊ hoc est q̄ sunt vi
giles ⁊ bone custodie. ⁊ qñ intrant aluea
ria. in melle subito se infigũt cã deuorã/
di in tantũ q̄ nõ pñt euadere. ⁊ tunc stã
tim a veris apibꝫ hmõi interficiunt. ⁊ an
teq̃ rex exeat rationabiliter p duos di
es ante sciũt alie quid rex sit factur⁹, vt
obedire illi pate sint. ⁊ quãdo reges creã
tur quilibet habet caterũã vnã ⁊ illa ca/
terua nõ vult habere aliũ regem nisi quẽ
primitus acceperũt. et si alius rex volue
rit esse rex illius comitatus ipsum inter/
ficiũt ⁊ postq̃ exierint pulli ⁊ fuerit pau
ci expectabũt societatẽ alteri⁹ examinis.
et sic simul secutius pficiscunt. et postq̃
ceperint volare pulli ⁊ fuerint eq̃les ma
gnis festinãt opus suũ ⁊ senioribꝫ pluri/
mũ coopant. Nulla aũt creatura arden/
tior est ad vij. dictã q̃ sit apis qñ ad ira/
cundiam puocat. ⁊ ideo sepe grandes p/
sternit exercitus multitudo apũ quãdo
contra diripiẽtes mella resistere cõpel/
luntur. fimum ⁊ fumũ sup omnia abhor
rent apes ⁊ ideo laborant pijcere feces ⁊
squibala sua qñ volant. q̄ earũ feces fe
tent valde. ⁊ ideo ab eis domos suas val
de purgant. Virgines apes ⁊ iuuenes meli
us opant ⁊ faciunt melius mel q̃ senio/
res ⁊ nõ tantũ pcutiunt nec tantũ ledit
earũ pcussio sicut senũ. Potant aũt apes
et bibunt sed aquã tantũ claram siue p
pe siue a remotis hauriat nec potant nisi
prius piecerint fecem suam. et maxime
mellificant in autũno ⁊ in vere. ⁊ mel ve
ris melius est ppter florũ nouitatẽ ⁊ am
pliorem puritatẽ. ⁊ apibus placet armo
nia scꝫ sonitus cantus ⁊ pcussio palmaꝝ
et ideo cum canto ⁊ peluiũ aut cimbalaꝝ
tinnitu ad alueare reuocant. et quando
dimittit apibꝫ multũ de melle pigrescũt
et minus opant. ⁊ ideo optet vt i aluea
ribus eis mediocriter dimittat huc usq̃
auic. li. xvij. Multa alia ponit in q̃bꝫ cõcor
dat cũ Aresto. li. viij. pli. in. xi. quere su/
pra li. xij. in litera a. vbi inuenies multa
que ab arestole ⁊ seneca et alijs autoribꝫ
sunt excerpta. sed hec sufficiant.

Capitulum. XII.

De boue

Os grece boetes nūcupaẛ. que₃
b latini trionē vocant eo ꝙ terram
terit cuius latitudo pellis a mē-
to vſ꜡ ad crura palleatia dicitur a pelle
ipſa. ſ. dicta quaſi pelleatia qḋ generoſi/
tatis in boue eſt ſignū vt dicit Iſi. li. xij
Boum autem vt dicit idem circa ſocios
eximia pietas eſt. nam alter alterum in
quirit cū quo ꝑ collum aratrū ducere cō
ſueuit ⁊ frequenti mugitu piū teſtatur
affectum quando ipſum citius inueniri
nō contingit. De bobus vo dicit Pli. li.
viij. ca. xlv. bobus indicis cameloꝝ tradi
tur eſſe altitudo quoꝝ cornua ſunt in la/
titudine quatuoꝛ pedum. ⁊ ſequitur ibi/
dem. Soli boues inẛ animalia retro am-
bulantes paſcūtur. aque calide ablutio
ne dicūtur pingueſcere. quando cornibꝫ
capitis cōiungūtur plus laboris pn̄t ſu/
ſtinere ꝙ̄ quādo ceruice inuicē copulan
tur. In ſyria ſunt boues qui non habent
palearia ſub gutture ſed giblos in dorſo
boues que꜡ laxata habētes cornua. di-
cunẛ eſſe in cꝑe excellentes. boues nigri
coloris ꝑua habētes cornua min⁹ repu/
tanẛ vtiles ad oꝑandū. maioꝛa cornua ⁊
ſpiſſioꝛa habēt boues ꝙ̄ thauri. ⁊ poſt ca
ſtrationem bos in corꝑe ⁊ in cornibꝫ au/
gmentū recipit. ꝑiter etiā ꝓficit in robo
re ⁊ v̓tute. nō tamē eſt tante animoſita/
tis nec audacie ſicut ante. magis aūt ef-
ficitur domitus maturus ⁊ quietus pa/
tiens laboris. ⁊ motus tardioꝛis ⁊ inceſ/
ſus grauioꝛis. Item pli. ibidem. Natu-
ra optima boum fit in trimatu. poſt tri/
matum aūt nimis eſt ſera. ſed ante ꝑma
tura. optime vero cū boue iuuencus im/
buitur. ſocium enim laboris agriculture
habemus hoc animal. tanta etiā fuit cu-
ra apud prioꝛes boues nō ledere vt qui
procaci animo motus bouē occideret ſi-
ne cauſa. puniretẛ grauiter tanꝙ̄ colonū
ſuū₃ interemiſſet. vt dicit idem. Eſt enī
animal mite ⁊ mundū non ſolū vſibꝫ ho-
minū neceſſariū. verūetiā ad imolandū
in aris deoꝝ eſt congruū et aptum. nam
ex bobus optime fiunt victime ⁊ lauda-
tiſſima fit ex eis placatio deoꝝ. bos ape/
rit terram vomere ⁊ incidit et colit arua
et ea gignendis fructibus apta reddit.
Bos carnibus reficit et nutrit. pellis ei⁹
multis vſibus conuenit. eius etiam fi/
mo terra impingueſcit. eius cornua ca-
lefacta remolliūtur ⁊ rectificātur ex qui
bus vaſcula diuerſa ⁊ varia vtenſilia ꝑ-
parantur. Ex cornibus enī bouinis fiūt
arcus baliſte quibus tela cōtra hoſtē ia-
ciantur. fiunt ⁊ toraces ⁊ arma quibꝫ in
firmioꝛa hominis contra hoſtium iacula
defenſantur. fiunt ⁊ lucerne quibus fugā
tur tenebre. fiunt ⁊ pectines quibus capi
ta a ſoꝛdibus emūdantur. bouinis etia₃
cornibus vtuntur venatores. nam cum
eis terrent feras ⁊ incitant canes vena-
ticos vt fugientia animalia inſequātur
cornibus inſuꝑ vtuntur ſcriptores ⁊ pi
ctoꝛes in quibꝫ varij coloꝛes optime cō
ſeruantur vtūtur etiam cornuū vſu bella
toꝛes quibꝫ buccinādo ſocij animantur
tam pugnātes ꝙ̄ fugientes ad aciem re
uocantur. cornibꝫ etiam vtūtur cuſtodes
turriū ⁊ caſtroꝝ ſiue ſpeculatoꝛes qui ipo
rum ſonitu ad vigilandū mutuo ſe hortā
tur ad multa alia cornua bouina ſunt ne
ceſſaria. Unde nihil eſt in boue qḋ diuer
ſis vſibꝫ non ſit vtile ⁊ eciā eius fimus.
vt dicit pli. li. xxviij. c. xi. fimus inquit bo
uis cū aceto iuuat cōtra doloꝛē articuloꝝ
ydropicis etiā remediu₃ ſingulare eſt ſi
inde ad ſolem pungātur. intercutaneū
enī cōſumit humoꝛē et ſedat ac reprimit
inflaturā ydropicā ⁊ tumoꝛē. Dicit pre
terea Pli. li. xxx. ca. iij. eſt inquit animal
puulū ſiꝛe ſcarabeo noīe bureſtis. hoc inẛ
herbas fallit bouē. et ideo ſic eſt dictū q꜡
premit eum. nam inter herbas quas bos
diligit illud animal ſe abſcondit qḋ ani
mal bos deuoꝛat dum herbas incaute ca
pit. bureſtis autē deuoꝛatus iecur bouis
ſubito ſic inflamat vt ipm̄ cum cruciatu
maximo tandē rumpat. vnde ꝓpter onus
quo bouis ceruix ꝑmitur ⁊ propter dolo
rem ſtimuli quo pungiẛ bos bureſtis ve
neno dum eius ventrē ſubintrat inter ci-
bos cum interitu cruciatur.

Capitulum. XIII.

De bubulco

b Ubulcus diciẛ boū cuſtos. q̄ ipo
rū ē cuſtodie ex officio deputat⁹.

hic boues pascit ⁊ nutrit ⁊ ad pascua eos
ducit ac reducit ⁊ dum sunt in pascuis ꝑ
pedes eos colligat ⁊ cōnectit. eor ceru/
ces iugo premit ⁊ aratro eos iungit. cū
stimulo pigritantes cōpellit ad labores.
et vt vniformiter aratrum trahāt stimu
lando eos cogit sibilo. et cantilena eos
demulcet. ⁊ vt libentius iugū ferant vo/
cis melodia allicit ipsos ⁊ inducit. natu/
raliter enī boues sicut ⁊ cerui diligūt me
lodiam. vt dicit Auic. cum vga eos diri
git ⁊ vt rectū faciāt sulcuꝫ ipsos instruit
nec solum cogit ad arandū verum etiam
ad triturandū compellit. ⁊ ad cōstringen/
das fruges in area circūducit. finito la/
bore a iugo eos soluit ⁊ ad presepe vt re
ficiantur eos ducit.

Capitulum. XIIII

De bubalo

Ubalus ē a boue diminutiue di
b ctus eo q̄ similis sit bobꝫ. Est au
tem animal ita indomitū q̄ pre
feritate iugū nō recipit in ceruice. buba
los africa procreat. In germania aūt sunt
boues agrestes habētes cornua in tantū
ꝓtensa vt regijs mensis ꝓpter insignem
corꝫ capacitatē ex eis pocula fiant. vt di.
Isido. Est aūt animal magne fortitudi/
nis. vnde domari nō pōt nisi circulo fer/
reo naribꝫ eius infixo quo circūducit. ni
gri aūt vel fului est coloris paucos et ra
ros habens pilos. cornua habet. fron. ex
cornibꝫ validissimis circūseptam. cuius
caro nō solum est vtilis ad escam. verum
etiam ad medicinā. nam vt di. pli. libro
xxviij. c. x. caro bubali cocta vel assa bo/
minis morsum sanat. cuius medulla cuꝫ
dextro crure assumpta aufert pilos palpe
brarum ⁊ medet vicijs oculorū. sanguis
eius cū aceto sumptus reijcientē sangui
nem mire sanat. cui⁹ vngule vel solee bu/
baline cum mirra cōfumant dentes mo
tos. lac bubalinū valet contra viscerum
torsiones. nam sua pinguedine delinit
ea. vnde contra dissenteriam multū pro
dest. valet contra ictus serpentum ⁊ scor
pionum. ⁊ contra venenū salamandre et
cicute. vulnera recentia sanat fimus bu
bali calefactus sanat apostemata dura

et corum duricias spargit. fel eius valet
contra caliginē oculoꝝ. Sunt ⁊ quidam
boues agrestes mire magnitudinis ⁊ tā
summe sunt agilitatis. in tantū enī sunt
agiles vt fimū quē ꝓijciunt citi⁹ eleuēt
sup cornu q̄ꝫ possit decidere sup terram.
Hi boues odiunt ⁊ ꝑsequūtur omne ru/
beuꝫ siue rufum. ⁊ ideo venatores rubeis
se induūt vt eos ꝓuocent ad eos insequē
dum. venator iam videns bestiā appropi
quantē retro magnā arborē ⁊ fortē se ab/
scondit. bos vero cornibꝫ ita fortiter im/
pingit in arborē q̄ ꝓprijs cornibꝫ ab arbo/
re detinet ⁊ sic detent⁹ venatoris iaculis
cōfodit prosternit ⁊ necat. Est aūt aliud
animal simile boui agresti sed nō est tan
te magnitudinis. maxima habet cornua
multū alta ⁊ acuta cum quibꝫ deijcit ar/
bores ⁊ arbusta. sed et si cōcaua est quer/
cus robore suo deponit vsqꝫ ad terrā. qui
gratia pastus tandē caput submittit in/
ter frutices subtilia et prolixa vgulta si/
ue vimina habētes. quarū cōplexione ⁊
adherentia cornua bestie circūligant et
obligant vnde diu luctans cōtra illas cō
plexas virgultorū obuolutiones magis
ac magis se intricat atqꝫ ligat. cūqꝫ diu
luctans ab illis ligaminibꝫ se non expe/
dit imo fortius se inuoluit ꝑ indignatio
ne alte mugit. cui⁹ vocē horridā audiens
venator scit bestiam illaqueatā fore ⁊ de/
tentā. vnde ipam secure venabulis impe
tit et occidit bestiā acerrimā in vgultis
quā in nemoribꝫ magnis inuadere nul/
laten⁹ ausus fuit. ⁊ hāc bestiā vocat phi/
siologus aptaleonē. Cui⁹ dictis si fides
adhibenda est mirū videt qualiter tā fe/
ra bestia de vgultis ⁊ nemoribꝫ modicis
cornua nō eximit que eisdem cornibꝫ in/
gentes arbores deijcit ⁊ prosternit. Est ꝑ
terea quedā species bouis siluestris quaꝫ
Aresto. in li. viij. circa finem vocat bori
laur. ⁊ dicit q̄ magn⁹ est sm̄ quātitatem
tauri ⁊ est similis thauro. et habet crines
descēdentes ad duas ptes spatularuꝫ si/
cut in equo est videre. ⁊ eius pili sūt ma
gis molles pilis equi ⁊ breuiores. ⁊ cri/
nes ei⁹ ꝯtinui vsqꝫ ad oculos. ⁊ est color
ei⁹ vergens ad mixtū colorē vel citrinum.
et vox eius assimilat voci thauri. et ha

bet cornua aliquātulū incurvata ⁊ in vno quoq3 cornuū suoꝝ cape pōt medietatē mensure. que dicit̄ bos ⁊ nō habet dētes supiores sicut thaurus. nec crura eius sunt multoꝝ piloꝝ et assimilant̄ lane. et findit vngulas habens ī pedib⁹ duos sotulares et cauda eius est breuis respectu corpis. ⁊ ipse cauat terrā ⁊ erigit̄ in cauādo sicut thaurus. ⁊ habet durā cutē multos ictus patientē. ⁊ carnē3 habet valde dulcē. ⁊ ꝓpter hoc venat̄ ⁊ pcutit̄. ⁊ quādo venat̄ fugit ⁊ quiescit ⁊ cū debilitatur pugnans ꝓijcit stercus p quatuor passus. ⁊ hoc facit quādo timet. Canes aūt venatici odorant sup stercus ⁊ dum circa talem odorē occupant̄ bestia fugiendo elōgatur. Idem dicit aresto. de vacca agresti. libro. x. ⁊ quādo appropinquat aīalis ptus adunabitur ex eis multi. ⁊ pri⁹ cōgregabūt stercus circa ipm ⁊ ponūt sicut murū. ⁊ hoc est animal multi stercoris vt dicit aresto. idem ⁊ etiā auic.

Capitulum. xv.

De basilisco

Basiliscus grece latine dicit̄ regulus eo ꝙ sit. vt dicit Isid. rex serpentū. ipsum enī videntes fugiunt ⁊ timēt etiā serpentes ipsi. olfactu eī sic eos necat. flatu ⁊ etiā aspectu interimit omne viuū. ad eius siquidē aspectū nulla auis illesa transit. et ꝗuis procul sit eius ore cōbusta deuorat̄. a mustelis tamē vincit̄ quas hoies ad cauernas deferūt in quib⁹ reguli delitescūt. Nihil eī sine remedio ille parens oīm dereliquit. vnde visa mustela basiliscus fugit quē3 illa psequit̄ ⁊ occidit. Est aūt in longitudine semipedalis albis maculis lineat⁹. Reguli aūt sicut scorpiones arētia queq3 sectant̄. ⁊ postꝗ̄ ad aquas puenerint ydrophobos ⁊ limphaticos faciūt. intoxicant enim ipsas aquas ⁊ mortiferas reddunt eas. vocatur quoq3 regulus a multis sibilus. nā sibilis occidit anteꝗ̄ mordeat siue pungat. hucusq3 Isidor⁹ libro xij. cap. iiij. Plini⁹ aūt libro. viij. ca. xxij. dicit sic. Apud inquit hesperios ⁊ ethiopes fons est qui a multis estimat̄ caput nili iuxta quē est quedā fera que catoblepas appellat̄ corpe quidē modica om̄ibusq3 mēbris iners pregraue caput gerens. ⁊ semp̄ habet deiectum sup terram alias esset internecio humani generis. quia omnes qui eius viderint oculos expirarent. Eadē basilisci serpentis ē vis quē sirena ꝓuincia gignit. habens in longitudine magnitudinē. xx. digitoꝝ candida in capite macula velut dyademate insignitur. Sibilo omnes fugat serpentes nec flexu multiplici reliquū corpus impellit. sed celsus ⁊ erectus in medio graditur ⁊ incedit. desiccat frutices. ⁊ herbas exurit non solū tactu. verū etiā sibilo et afflatu circūadiacentia oīa destruit ⁊ corrumpit. tante etiā est venenositatis ⁊ ꝓuinci ꝙ tangentē se cum hasta longissima sine mora interficit ⁊ cōsumit. hunc mustela domat ⁊ vincit. Quia deo nature nihil placuit esse sine pari. mors itaq3 basilisci morsus est mustele. et tandem mors mustele dicitur esse fetor basilisci et hoc quidem verū est scilicet nisi mustela pastu ⁊ fricatione rute herbe contra tale mortiferū primitus muniatur. vt dicit Aresto. ⁊ etiam Auic. Primo igitur mustela rutam herbā ꝗuis amaram comedit ⁊ sic virtute succi herbe. amare nature hostem intrepida aggreditur et deuincit. et ꝗuis basiliscus irremediabiliter sit venenosus ꝗ̄diu viuit. in cinerem tamen combustus veneni maliciā perdit cuius cinis operationibus alchimie vtilis creditur. ⁊ maxim⁹ in transmutationibus metallorum.

Capitulum. xvi.

De botrace

Botrax que rubeta dicitur gen⁹ est rane venenose habitans ī terra pariter ⁊ humore. vt dicit plinius libro. xviij. senectutem. i. vetustam et senem pellem dicunt eas deponere assiduo pastu quarūdam herbarum. venena tamen sibi semp̄ reseruātes pugnāt contra araneam ⁊ spalangionem ⁊ beneficio plantaginis earum venenū supant et puncturā. cuius venenū creditur esse frigidissimū. Et ideo omne membrū qd tangit reddit insensibile ⁊ stupidū ac si

esset congelatum. Animal siquidē est vi/
rulentū. ⁊ iō ad irā se animat ad omnē
tactum vñ q̄to plus tangit̄ tanto turge
scit amplꝰ et inflat̄. quot maculis sub vē
tre respergit̄ tot nocumentis venenū eiꝰ
obnoxiū fore phibetur. oculos habet q̄si
igneos ⁊ lucentes. et est tanto pniciosi/
or q̄to eius aspectus ardentior inuenit̄
et q̄uis claros habeat oculos odit tam̄
solis aspectū ⁊ q̄rit latebras ac fugit ad
cauernas qñ sol oritur ⁊ ipsius radijs ter
re supficies refouet̄. Herbas dulces di
ligit ⁊ eaꝝ radices comedit. sedꝫ comedē
do eas inficit et corrūpit. ⁊ iō in ortis ru
ta que bufonibus et ceteris venenosis ē
inimica plantari cōsueuit. cuius virtute
arcent̄ ne accedant ad alias herbas ⁊ radi
ces que ibi terre cōmendant̄. loca fetida
muscida et fumosa bufo diligit. odorifera
aūt loca multū odit. vñ dicūt̄ ꝙ vineis
incipientibus florere fugiūt. qꝛ odoreꝫ
ipaꝝ non pñt sustinere. De bufone aūt
dicit Pli. li. xxx. ca. iiij. sunt rane multū
venenose q̄ dicunt̄ rubete que viuūt in ve
pribus ⁊ rubetis. que sicut sunt grandio
res sic et ceteris sunt pniciosiores. ⁊ sunt
coloris altere subnigri altere subrufi vel
pallidi ⁊ subatrini. Istas autē rubetas
dicunt habere duplex iecur. vnū est sum
me venenosum. et aliud est remediuꝫ et
datur p antidoto cōtra toxicū seu vene/
num. Oportet aūt ipa experiri. pijcitur
aūt iecur in nido formicarū ⁊ ptem vene
nosam formice fugiunt aliam ptem appe
tunt et illam oportet retinere ⁊ ꝟsui re/
seruare. Mira de his certatim tradūt au
tores. vt di. Pli. Dicunt eñ in eius la/
tere dextro esse os occultū qđ piectuꝫ in
aquam feruentem facit eam subito refri
gerari nec vas feruere postea nisi os pri
mitus eximatur. et illo ossiculo vtuntur
magi ad amorem et odiū cōcitandū. di/
cunt etiam inde quartanas posse salua/
ri. Quātūcunqꝫ autem ꝟmis ille sit ve/
nenosus. p incinerationē tñ ⁊ cōbustio
nem amittit vim veneni ⁊ recipit maxi/
mam ꝟtutem medicine. Ualet eñ miro
modo ad carnis ⁊ cutis aliquo casu pdi/
te recupationē et neruoꝝ cōsolidatio/
nem ⁊ vulnerū desiccationem et cutim si

debito modo illo cinere quis vtat̄. Que
re infra de rana in littera R.

Capitu. XVII

De bombice

Bombix est vermis quidam na
b scens in frondibus cypssi. fraxi
mori et terebinti. vt di. Pli. li.
xi. ca. xxiij. Isi. aūt di. sic. bombix est frō
diū ꝟmis ex cuius textura bombicinium
cōficit̄. appellat̄ autem hoc noīe eo ꝙ eua
cuetur dum fila egerat et in eo remane
at solus aer. vt di. idem. Mirā aūt reci/
pit hic vermis immutatiōem. nam p̄rio
nascitur sicut ꝟmis similis eruce que ro/
dit folia olerum et pāpinos vinearum.
hic vermis frigoris impatiens bombice
as telas aranearū modo texit ⁊ p̄rio sibi
intexit corticem siue domū in qua habi/
tet ⁊ cōtra horrorem hyemis se defenset
texturam autem suam facit pedum suoꝝ
ministerio quibus subtiliat filum et pe/
ctinat. ⁊ sic id in telam ordinat ⁊ cōponit.

Capitu. XVIII

De camelis

Cameli vt dicit Isi. li. xij. a gre/
c co nomen sunt sortiti eo ꝙ quā
do onerant̄ se inclinantes et ac
cubantes coram onerantibus humilian
tur. greci eñ came humile ⁊ breue dicūt. vel
dicunt̄ a camur qđ grece curuū sonat. qꝛ
in tp̄e qñ recipiunt sup se pondera super
anteriores poplices incuruant̄. Cameli
itaqꝫ aīalia sunt onorifera ⁊ māsueta ad
portanda hoīm pondera deputata et inue
niūtur in multis regionibus. sed potissi
me in arabia. et differunt cameli arabi/
ci a camelis aliaꝝ regionū. nā arabici du
os habent in dorso gibbos. Sed reliqua
rum regionū cameli in dorso hñt vnuꝫ
tm̄. vt di. Isi. in eodem. Pli. ꝟo li. viij.
ca. xix. di. sic. Camelos inquit inter ar/
menta pascit oriens. quoꝝ duo sunt ge/
nera bactrici scꝫ et arabie. arabici came/
li bina habent tubera in dorso. bactrici
vnū habent in dorso in quo portant. et a/
liuꝫ in pectore cui incubant. Cameli su
periori ordine dentium vt boues carent
et ruminant sicut bos et ouis. vt di. Isi.

li. xij. vngulam tamen non diuidunt vt post dicetur. veloces sunt multū vt dicit Pli. et iō valent in plřis cōmittēdis ꝛ etiam in mercibus deferendis. vltra assuetum camelus nō pcedit spaciū. nec plus ↄsueto onere suscipit ad portandū. odiū habent naturaliter cōtra equos. et sitim etiam p quatriduū tolerant ꝛ qn̄ bibūt turbant aquam. aliter potu nō gaudent. Uiuunt quinquagenis annis quidā etiam ꝛ centenis et aliqn̄ etiam rabiē incurrunt. Castrant cameli qui bello pparant. fortiores enī sunt coitu penitus denegato. Hucusqȝ Pli. De camelo vo dicit Aui. sic. Camelus inquit mouet prio pedem dextrū sicut et leo. et solus habet sup dorsum additamētū. et hȝ pedes scissos. ꝛ in scissura habet pellem ad modū pedis anserini et ille scissure sunt carnose sicut scissure pedis vrsi. Et iō etiā faciunt eis hoīes sotulares et abluūt eis pedes ne pedū teneritudo subtus ledat et etiam aliqn̄ in corde illius inuenit os sicut etiā inuenit in corde cerui. et habet quattuor conos in duabꝫ mamillis sicut vacca. et camela se inclinat et vadit sup genua qn̄ appetit cū masculo copulari ꝛ desideriū eius est feruens tempe amoris et tūc parū comedit. et semp appetit coire iuxta locū illū vbi primo coiuit. et vt dicit Aresto. li. v. Appropiat camelis q solitarij sint in montibus amoris tempore et nullus potest appropinquare eis nisi pastor. et virga camelorꝝ est neruosa ꝛ valde dura. et iō fiunt ex ea corde arcuū Item idem in eodem. cameli habent tēpus determinatū ad coitū et ad amorem Femina alit fetum in vtero p. xij. menses et nō coeūt ante trienniū ꝛ post ptū quiescit p annū. Item di. idem lib. viij. q sunt quedā genera camelorꝝ q̄ castrātur vt sint ad fuge cōmodū aptiores. et dicit q tales cameli sunt velociores eqs et hoc accidit pter amplitudinem pass⁹ sed de hoc quere infra de dromedario. Itē nota cōtra incestuosos de camelo. qꝛ camelus vt dicit Aresto. li. viij. nō coit cū matre sua. cooperiebat enī mater cuiusdā cameli pallio in qdā ciuitate et saltauit sup eam filius eius qui sentiens eā matrem suam descendit anteqȝ coitus compleretur et momordit ingeniatorē et occidit ipm. exemplū est Arest. et ponit simile de equo cuiusdā regis. de camelo insup di. Pli. li. xi. ca. xxxvij. Cameli caluescunt inter quadrupedia sicut hō et sic strucio et qdam alia inter volatilia. Dicit etiam idem q inter aīalia nō cornigera camelus in supiori maxilla non habet priores dentes. et iō cōcordat cū aīalibus ruminantibus in dentibus ꝛ in dispositione ventris. sed nō in cornib⁹. Idē di. Arest. li. xiiij. Animal cuius cibus est materia spinosa habet multos ventres vt camelus. et aīal habens cornua nō habet dentes in vtraqȝ mandibula. et pter hoc camelus nō habet dentes in vtraqȝ mandibula sed in vna tm̄ q̄uis careat cornibus. necessario igitur fuit venter cameli talis dispositionis. ꝛ assimulatur vētrib⁹ aīaliū carentiū dentibus in mandibula supiori. et fuit creatio dentiū eius sicut aīalis habentis cornua et sequit ibidem Et qꝛ cibus cameli est spinosus necessario fuit lingua eius carnosa pter duriciem palati. natura ergo palato vtit sic pte terrestri dentiū. et pter hoc ruminat camelus sicut habentia cornua. qꝛ vētres eius dentibus hn̄tiū cornua assimilant. Recipit itaqȝ cibū in primo ventre penitus indigestū. in secūdo aūt incipit digeri. in tertio melius. in quarto digestio penitus complet. et ista ventriū diuersitas fuit necessaria pter grossiciem nutrimēti siue cibi. qꝛ parū dentibus molit cibū. Item Arest. li. xiiij. Camelus nō habet fel distinctū sup epar sicut nec elephas. qꝛ epatis naturam habet valde sanam et sanguinem naturaliter dulcem ꝛ in talibus aīalib⁹ non inuenit fel aut si inuenitur in venis valde gracilibus inuenit Et iō dixerunt antiqui sicut anaxagoras q cameli pter priuationem fellis sint vite longioris. qꝛ diutius viuūt aīalia paꝝum hn̄tia fellis qȝ illa q̄ hn̄t multū. ꝛ iō posuit anax. q fel esset cā infirmitatum oīm acutarū qn̄ scȝ multiplicatur ad pulmonem et ad alias ptes corporis se diffūdit. Sed di. Arest. hoc esse falsum. qꝛ multa aīalia in quibus non inuenitur fel at

cutas et mortiferas aliq̃n sustinent pas
siones. vtȝ in camelis quibus accidit ali
q̃n podagra et rabies. vñ constringũtur
pedes sui et interficit eos ista infirmi/
tas ⁊ tñ carent felle. vt di. idem. Huc usq̃
Arest. De camelo etiam dicit Cõstã
ti. in dieb. vniuersalibus. Camelus est
aĩal calidissimũ ex natura. ⁊ iõ naturalr̃
est macilentũ. Calor enĩ totã trahit san
guinis vnctuositatem. et iõ remanet si/
ne multa crassicie. et camelinũ lac subti
lius est lacte alioꝝ aĩaliũ et minus vn/
ctuosum ⁊ minus nutritiuũ. magis aũt
est calefactiuũ diureticũ. i. aptinum diui
suum. lac enĩ nihil aliud est q̃ȝ sanguis
sc̃do coct⁹. ⁊ iõ lactis sapor camelini sals⁹
est et acutus. vñ humor grossor est inci
sinum ⁊ attenuatiuũ. cui vaccinũ lac est
cõtrariũ. est enim grossum vnctuosum ⁊
multũ nutritiuum. alias ꝓprietates q̃re
infra de dromedario.

Capitulũ XIX

De cameleopardo

Ameleopardus vel cameleop/
dulus est aĩal ethiopum. vt dic̃
Isi. li. xij. et Pli. li. viij. ca. xix. ca
put habens cameli et collũ equi crura et
pedes bubali ⁊ maculas pardi. Est enim
bestia maculis albis rutilũ colorẽ distin
guentibus sup aspa. ⁊ iõ a capite cameli
et maculis pardi cameleopardulus est
vocata. vt di. Pli. Est aũt bestia magis
aspectu q̃ȝ feritate conspicua intm̃ man
sueta q̃ etiam ouis fere nomen accepit
vt dicit idem. Hoc aũt aĩal fuit mũdum
ſm moysaicam legem quo ad esum. sed
non quo ad sacrificiũ. nam vngulam fin
debat vt bubalus ⁊ ruminabat vt came
lus. et ideo ip̃m comedere erat fas. vtȝ
Deutro. xiiij. ca. ⁊c̃.

Capitu. XX

De cameleonte

Ameleon huius cameleontis. ẽ
bestiola parua diuersa varietate
coloꝝ cõspersa cuius corpusculũ
ad varios colores quos videt facili nimia ꝯ
uersione variatur nõ inuenitur aliquod
aliud aĩal cuius corpusculũ ita recipiat
coloꝝ oppositoꝝ immutatiõem. vt ibidẽ
dicit Isi. ſm aũt Auicen. cameleon idẽ
est qđ stellio. q2 lucet vt stella ⁊ immutat
colores. q2 est animal timidũ ⁊ pauci sã
guinis. ⁊ iõ colores mutat. et est quadru
pes habens faciem lacerte ⁊ vngues acu
tos ⁊ recuruos ⁊ corpus asperum ⁊ duram cu
tem ad modũ cocodrilli. Arest. sic di. li.
ij. Cameleon inquit est aĩal in corpe si
mile lacerto cuius latera sunt oblonga p
uenientia ad inferius sicut ventris sicut pi
scis ⁊ mediũ spondiliũ dorsi eius ꝓminet
sicut spondiliũ piscis. et facies eius est si
cut aĩal ex porco ⁊ simia. et habet caudam
valde longam ⁊ eius extremũ est graci/
le. et habet pedes reflexos sicut lacertuli
et quilibet pedũ diuiditur in duo. ⁊ com
patio vnius ad alterũ est vt pollicis ho
minis ad residuũ manus. ⁊ quelibȝ ista
rum ptium diuidit̃ in digitos. ⁊ hȝ vn/
gulas siles vnguibus auiũ totũ corpus
eius est asperũ sicut corpus pardan. ocu
li eius ꝓfundati ⁊ sunt magni rotundi ⁊
cõtinent̃ a corio simili corio totius cor/
poris eius. ⁊ non cooperiunt̃ ab ipo ⁊ gi
rat oculos suos frequenter circũquaqȝ ⁊
alteratur color eius q̃n inflatur corium
eius. et habet colorem declinanteȝ ad ni
gredinem. ⁊ sunt in eo macule nigre. ⁊ hec
variatio est in toto corpe eius. et maxie
in oculis et in cauda. et eius mot⁹ ẽ gra
uis valde. ⁊ in morte eius turpis colo/
ris et id qđ est in corpe suo est modice
carnis. parum enĩ habet nisi in capite et
radice caude vbi parum habet sanguis.
similiter in corde ⁊ in venis exeuntib⁹ ab
eo ⁊ in circuitu oculoꝝ q̃ȝuis sit par ⁊ ei⁹
cerebrum est ꝓpe oculos et si quis diuise
rit corpus in duo ꝑmanebit in opatiõi
bus suis ꝑ suum sp̃m ⁊ remanet modi
cus motus circa corpus et non hȝ sple/
nem ⁊ manet in cauernis sicut lacerta.
Huc usq̃ Arest. Pli. vero li. xxviij. c. viij
sic dicit. Cameleon est aĩal simi'e coco/
drillo sola curuatura dorsi ⁊ caude am/
plitudine distaus. nullum aĩal eo pauj
dius estimatur. et iõ immutatur calor ei⁹
vis eius maxima est cõtra accipitrũ ge/
nus. detrahit enĩ accipitres ad se volã/
tes et ꝓbet ceteris aĩalibus voluntate la

cerandos. Caput eius et guttur eius si cum quercinis lignis accendat ymbres facere et tonitrua democritus asserit sed hec deridet Pli. Qualecu[n]q[ue] sit a[n]i[m]al inter i[m]mu[n]da co[m]putatur. vn[de] sup[er] Leuit. xi. dicit esicius. Mitescit et p[ro] infirmitate ma[n]suetu[m] se fingit cu[m] sit crudelis. Dicit[ur] autem cameleon viuere solo aere sicut tal[pa] ex terra et allec ex aqua et salama[n]dra ex igne. versus. Quattuor ex puris vita[m] ducunt elementis. Cameleon talpa maris allec et salamandra. Terra cibat talpa[m]. fla[m]me pascu[n]t salama[n]dra[m]. Unda fit alleci cibus aer cameleonti.

Capitu. XXI

De caprea

Caprea est siluestris capra a carpendo dicta. vn[de] Isido. li. xij. caprios et capreas a carpendo virgultis quidam dicu[n]t. Alij vero sic eas dictas putant q[uod] carpant aspera. no[n]nulli vero dicu[n]t eas sic vocari a strepitu crurium vnde vocant[ur] capree siluestres capre q[ua]s greci p[ro] eo q[uod] acutissime videant dorcas appellauerunt. morant[ur] eni[m] in excelsis mo[n]tibus et q[uam]uis de longinquo videant non vident t[ame]n venientes venatores. eede[m] dicunt[ur] et ybices quasi auices eo q[uod] ad instar auium ardua loca petant. ita vt de sublimitate vix ob tutibus humanis pateat vt di. Isi. li. xij. Et subdit. Hec itaq[ue] a[n]i[m]alia in petris abruptis co[m]morant[ur]. et si aliq[ua]n[do] ho[m]i[n]um app[ro]ximatio[n]em et p[er]secutio[n]e[m] seu p[er]uersitatem p[re]senserint vel feratu[m] de altissimis saxo[rum] cacuminibus sese p[re]cipitantes in suis se cornibus suscipiu[n]t illesas vn[de] dicunt[ur] etiam et dame siue damule vt di. Papi. quere infra in littera. d. de damula. Est itaq[ue] caprea velocissima i[n] cursu. leuissima in saltu. acutissima in aspectu. dulcissima quo ad gustum. tenerrima et suauissima quo ad esum. sagacissima quo ad pastum. nam visu gustu et olfactu discernit i[n]ter herbas et arbo[rum] ramusculos quo[rum] extremitates teneras co[m]edit et depascit. di. etiam Pli. Leopardus capre siluestris bibit lac vt vim languoris euitet.

Capitulum. xxij.

De capreolo

Capreolus vt dicit Aui. est a[n]i[m]al in india simile hynnulo siue ceruo[rum] filio qui apud nos etia[m] no[n] mutat dentes. et q[ua]n[do] eius dentes su[n]t magni signant vite diuturnitate[m] in eis. habet pulcros oculos et acutos. et Arest. li. viij. Capreoli siluestres habent sapientiam q[ua]n[do] vulnerant[ur] queru[n]t pulegiu[m] ceruinum et comedunt ip[su]m vt extrahant sagittas de corp[or]e sique in ip[s]is sunt infixe. ex velocitate motus et assiduitate discursus caro capreoli a superfluo humido exoneratur et eius caro tenerior et digestibilior efficit[ur]. et sapo[r]is ac odo[r]is eius grauitas amputat[ur]. vt di. Constan. pastus gratia de locis altis ad altiora tendit et inter herbas salubres et noxias odore diiudicat et discernit. Ruminat cibos et vngulam findit. Non vngue no[n] cornu no[n] dente sed sola velocitate fuge a canibus et venato[rum] insultibus se defendit. Unde qua[n]do in campestribus p[er]sequitur ad mo[n]tana fugie[n]s alta petit. In montibus indie sunt quidam capreoli qui ab herbis aromaticis et odoriferis pascuntur in quo[rum] vnguibus sunt quedam co[n]cauitates in quibus humores quidam ad apostemata colliguntur que primo ad maturitatem per motum et confricatio[n]em rumpuntur et a corpore cum pilosis folliculis abstrahuntur et substantia que infra pelliculas co[n]tinetur summe est odorifera et interaromatica maxime preciosa. in medicinis plurimum vtilis et virtuosa. vt di. Dyasco. et Plate. et illud muscum vulgariter nominamus.

Capitulu[m] XXIII.

De capra

Capra sicut et caprea a carpe[n]dis virgulto[rum] et herbarum summitatibus est dicta. quia semper sursum te[n]dit vt summitates capiat carpat et comedat foliorum. vt dicit Isid. De capris autem dicit Pli. li. viij. ca. i. Capre inquit pariunt fetus plures sed raro quattuor. ferunt in vtero quinq[ue] me[n]sibus sicut oues. capre etiam pinguedine sterilescunt. ante trienniu[m] minus vtil

liter generāt. et in senectute vltra q̄driennium. cōcipiunt in nouembri vt i marcio pariant vel in aprili turgentibus virgultis. nō oībus sunt cornua. sed q̄busdā sunt in his indicia annoꝝ p̄ incrementū nodoꝝ. auribus eas spirare et nō narib⁹ archelaus est autor. ꝛ raro sunt sine febre et iō tam capris q̄ꝫ ouibus ardentior et calidior est concubitus vt tradit⁹ idem nec minus dicimus eas videre de nocte q̄ꝫ de die. dependet omnibus de mēto villus quem armitū vel aruncam vocant. Hoc villo siquis vnam ex grege trahat cetere stupentes expectant. Id etiam dicunt euenire cū quandam herbaꝫ aliq̄ ex his momorderit. morsus earum est arbori oliue maxime exitialis. Nam oliuam lambendo sterilem faciunt et hac de causa q̄daꝫ nō imolabant̄. Capre sole decliui ad occasum vt dicūt simul nō edūt. sꝫ post auerse ab inuicē iacent. In alijs autem horis auerse se cōuertūt ꝛ versis vultibus ad inuicem in graminibꝰ depascūtur. Hucusqꝫ Pli. de capris aūt di. Arest. li. iij. in fi. In multis regionibus habēt lac sine impgnatione. nec expectat̄ impgnatio. sed accipit̄ vrtica et cū ea cōfricatur mām̄illa ꝛ exibit primo sanguis deinde exit sic̄ saniei et post exit lac bonū nō peius q̄ꝫ impgnatarū. Item idem li. vi. Capre viuūt p. x. vel p. xi. annos et frequentant coitū vsqꝫ ad senectutem ꝛ aliq̄n pariunt gemellos si habuerint cibū cōuenientē et maxime si caper bñ nutritus erit. Et si impgnata fuerit capra cōtra impetū venti septentrionalis pariet mares. et si cōtra meridionalē feminas. et debent vertere facies cōtra ptem septētrionalem q̄n debent coire. Item ibideꝫ li. vij. Capre sicut oues comedūt herbas sed oues carpūt herbas vsqꝫ ad radices. manent stabiles in pascuis. capre vo cito mouent̄ a locis ꝛ accipiūt tm̄mō herbaꝝ extremitates ꝛ melius impgnātur post potū aq̄ salse. et q̄n mouent̄ capre p⁹ meridiem potabūt plus aq̄. et q̄n comedūt sal ante ptum hēbunt multū fluxū a mām̄illis. Item li. viij. in capris sicut i ouibus est priuatio intellectus in tantū q̄ vix sciunt egredi ad pascua vel regredi nisi ab aliquo deducātur et si quis acceperit quandam capram et subito erexerit. eriguntur et alie et respiciūt eaꝫ solido aspectu. vsus autem capraꝝ sicut et ouium hoībus est necessarius. nam lacte et carnibus pascit capra famelicos. pelle ꝛ pilis vestit nudū. fimo ꝛ lotione. i. vrina impinguat humū. nihil itaqꝫ est in corpore capre qd̄ nō sit vtile vel ad victū vel ad vestitū vel ad vsum necessariū medicine. nam vt di. Pli. li. xviij. ca. x. cornu caprino incinerato et pilis accensis serpentes effugantur. eoꝝ remedio m̄lta venenoꝝ genera supant̄. corrodunt̄ carnes supflue et recentes ac viue generant̄. restringunt̄ humoꝝ immoderati flux⁹ ꝛ vulnera putrida corrosiua et incancerata ꝛ fistulata eoꝝ bñficio remediant̄. pelle caprina recenti obducunt̄ vulnera et sanātur sanguine caprino cū medulla [illegible] toxicata venena excludunt̄. et morsus [illegible] ptiliū et ictus scorpionū curant̄. pulmone calido capre sup morsum venenosum posito venenū extrahit̄ doloris qꝫ angustia mitigatur. eius felle calido oculoꝝ depellitur macula et corrodit̄. visus acuit̄ ꝛ oculus clarificat̄. Iecur caprinū assum cōtra elephantiam adiuuat. si in cibis sepius assumat̄. eius fimus cōtra multas infirmitates opitulat̄. nam vt dicit idē fimo caprino podagrici alleuiant̄ si sepū hircoꝝ cum succo edere misceatur. vrina etiam caprarum calefacta tepida auribꝰ instillata dolentes aures sanat. Has et multas alias ponit medicinales ꝓprietates. vnde dicit Plin̄. Mille remedia ex hoc animali demonstrant̄ q̄ quidā vt ait miror cum febre nō dicatur carere. Ad hoc di. Arest. qd̄ est quoddam aīal quod sugit lac capraꝝ ꝛ q̄n sugit mām̄illas lac annihilatur vel corrumpit̄ qd̄ est in eis ꝛ exiccatur alias execatur inde capra. De capra que infra de hirco

Capitu. XXIIII

De cane

Canis a greco nomen sumpsit vt dicit Isi. grece enī cinos dicitur Quidaꝫ enī eum a canore latratus dicūt sic vocatuꝫ. Nihil vt di. idē sa

gacius est cane. plus enim sensus ceterꝫ
animalibus habet. nam sua nomina ca/
nes recognoscunt. dños suos diligũt. do
minoꝝ tecta defēdũt. p dominis suis morti
se subijciunt voluntarie cum dño ad pdã
currunt. Corpus domini sui etiam' mor
tuum nõ dereliquunt. Odore ꝛ sanguine
pde et vestigia deprehendũt. humanũ con-
sortiũ diligũt. sine hoibꝫ etiã esse nõ pñt
vt di. Isi. vbi subdit. Solent aliquoti/
ens canes lupis admisceri ex quibꝫ na/
scuntur canes seui qui licisca a quibusdã
noiantur. Solent etiam indi caniculas
nocte in siluis dimittere alligatas que
a tigridibus insiliuntur. ex quibꝰ nascũ
tur canes acerrimi tam fortes vt psterꝰ
nant feroces bestias vt leones. Huicꝗ
Isi. li. xij. c. ij. de cane ãt di: Pli. li. viii. xli
de aïantibus que nobiscũ degunt fidelis/
simi sunt canes hoĩ atqꝫ equi. Pugnasse
enĩ canes p dñis suis cõtra latrones ac/
cepimus et cõspeximus. cõfectosqꝫ pla/
gis audiuimꝰ eos volucres ac feras a do
minoꝝ suoꝝ corpibꝫ abegisse. laniatu at
qꝫ latratu homicidam dñi sui scelus/ confi
teri coegisse. Legimus etiã garamãtum
regē ducentos canes ab exilio reduxisse
et cõtra resistentes mira audacia pliasꝰ
se. Canis etiã iasonis cilicie noluit ca/
pere cibũ dño suo interfecto. ꝛ sic dolore
piteret inedia cõsumptus est. Legimꝰ
etiã calonũ alias celiũ senatorē placen
tie ab armatis oppressum canꝭ defensis/
se. nec prius vulneratũ qꝫ cane pempto
sic canis ticii sabini eũ nec ĩ carcere nec ĩ
morte dereliquit. sed mestos edēs vlula
tus cũ mortuo mãsit. cui cũ quidã cibuꝫ
adiecisset ad os defuncti cibũ tulit. et ca
dauera in tiberim piecto vt corpus sustē
taretur saliens intra fluuiũ innatauit ac
currente multitudine ad spectaculũ fidi a
nimalis. Itinera cꝫuis longa ad mēo/
riam reducũt ꝛ amissis dñis ad eoꝝ domi
cilia soli p longa terraꝝ spacia redire cõ
sueuerunt. Canis mitigat seuicia hoĩe hu/
mi cõsedente. in venatu eius pcipua sa/
gacitas inest. nam vento ꝛ odore etiã p q̃s
feras fugiētes psequuntur ꝛ eoꝝ dephēdē
tes vestigia latratu ꝛ rostro feraruꝫ lati/
bula abdita pdunt. Ex tigridibus ꝛ ca/
nibus tam fortes generant canes vt le/
ones vincant et elephantes. sicut expertus
est alexander magnus in cane qui sibi a
rege albanie est transmissus qui primo ĩ
eiꝰ pñtia leonē ꝯfregit. deinde adducto ele
phante canis visa belua horrentibꝫ p to
tum corpus villis ingenti latratu pmo ĩ
sonuit. deinde artificiali dimicatiõe ele
phantem tamdiu afflixit qꝫ in terram ca
dere coactus fuit. Post annuã etatē ca/
nis gignit octogenis diebus in vtero ge
rit. cecos catulos parit. qui qꝫto longio/
ri nutriunt lacte tanto tardius visum ac
cipiunt nunqꝫ tñ visum accipiũt nisi pꝰ
vicesimũ primũ diē nec añ septimũ. quī
dã dicũt qꝫ q̃n vnus solus nascit die no/
no videt. q̃n gemini decimo die quãdo tri
ni die vndecimo. ꝛ ita qꝫto plures pariũ
tur tanto tardius oculi eoꝝ ad videnduꝫ
apiunt. Quot enĩ vni catulo nũero ad
ijciũtur totidē ad lucē diebꝫ vt videant
retardant optimus est fetus qui nouissi
mus cernere incipit. vel quē pmo defert
mr ĩ cubile. Huicꝗ Pli. li. viij. c. xli. vbi
multa alia dicũtur. De canibus aũt di.
Arest. li. ij. Canes nõ eijciunt dentes nī
si forsan duos et qꝫto sunt minores tan
to habent dentes albiores et acutiores. ꝛ
p hoc cognoscũtur canes antiqui a iuue/
nibus. qꝛ senũ dentes sunt nigri ꝛ obtusi
iuuenũ vero ecõuerso. Iteꝫ ibidem li. v.
Canes masculi mouent ad generatiõeꝫ
et coitũ citius qꝫ femine et citius gene/
rant leporarij qꝫ alij. vt di. idem li. vi. cu
ius femina q̃n impgnatur p sextam ptē
anni. i. p sexaginta dies alit in vtero. et
sunt eius filij ceci p duodecim dies. ꝛ nõ
accedit ad ea masculus nisi sexto mense
post prum. ꝛ q̃dã impgnant in. lxxiij. die
bus qđ est fere quĩta ps anni. et filij ista
rum remanent ceci. xiiij. diebus. et alꝫ q̃
dam p tres mēses et est quarta ps anni.
et filij istarũ erũt ceci p. xvij. dies. vnde
ptꝫ qꝫ qꝫto fetus citius in vtero pficiun
tur tanto citius gaudent visu q̃n sunt e/
diti huic mundo. et masculi mouent ad
coitum citius qꝛ q̃n incipiũt leuare crus
ad mingendũ qđ fit post sex vel septē mē
ses q̃n vigorescũt. et accidit canibus le/
porarijs qđdã prauũ qꝫ plꝰ possunt genera

re quando sunt in labore q̄ȝ quando sunt in quiete. et possunt viuere masculi decē annis ⁊ minus viuūt leporarij mascul q̄ȝ femine, ꝑpter laborem masculoꝝ. et sic nō est in alijs qꝛ magis viuunt mares q̄ȝ femine. vt dicit ibidem. Alij auteȝ canes vt custodes domoꝝ et ciuium viuūt diutius qꝛ quattuordecim annis et aliquādo viginti. vt dicit homerus. Item lib. viij. Canes q̄ñ infirmantur comedunt radices herbe cuiusdam vt vomant et sic sibi medentur. Item di. Pli. li. xviij. vomitiones inquit .i. medicinas ⁊ purgationes vomitiuas. primo ostendit canis q̄ repleto cibo noxio gramen comedit ⁊ ꝑ vomitum liberatus fuit.

Capitulū XXV

De canicula

C Anicula dicit̄ esse mater canum cuius matrix est oblonga ꝑ longitudinem ventris collocata. habens ꝑ longitudinem vlcera plura cōtra seinuicem ordinata que impgnationis tempe intumescunt que parit plures filios sed semꝑ cecos quos tamen tenerrime diligit ⁊ morsu ac latratu eos defendit. et si de latibulo filij exierint eos iter dentes sine omni lesione referre consueuit. et primo meliorem ⁊ formosiorē reportat qꝛ eū tenerius diligit. et iō ei mā millam citius porrigit ⁊ extendit. Ante tempus coitus et cōceptus vt di. Arest. li. v. ꝑ dies septem quandā mēstruosaȝ immūdiciam eijcit. et tunc infirmat̄ ⁊ apostematur ei matrix et tūc non appetit coitum sed fugit. sed post purgationē melius concipit̄ salubriusq̄ȝ parit. post partum etiam multū humorem fleumaticū et grossum eijcit. et iō corp⁹ canicule tūc marcescit. vt di. idem. Item inuenit̄ lac in caniculis ante partum ꝑ plures dies et citius in leporarijs q̄ȝ in alijs. et prio est lac spissum et post subtiliatur et p⁹ ꝑtum est cōueniens. et viuunt minus canicule q̄ȝ canes cōmuniter. sed canes venatici masculi ꝑpter laborem nimiuȝ et discursum minus viuunt. et q̄ñ ab vrine grauamine se exonerare desiderat crus. non erigit sicut masculus sed residēs inferius se inclinat. Canicula igitur mare minor est corpe et gracilior viribus debilior circa fetus educationē sollicitior. amo mansuetior. nisi q̄ñ nutrit fetus. Est autem adinstruendum masculo abilior et etiam corpe, ꝑpter membroꝝ flexibilitatem agilior. sed ꝑpter debilitateȝ neruorum in cursu minus durat. Canum igit̄ et canicularum nobilitas attenditur in faciei et rostri ꝑtensa longitudine etiam ꝑlitudine pectoris et ilioꝝ siue inguinis strictitudine. nam canis nobilis circa renes et ilia et etiam ventrem restringit̄. sed circa anteriora pectoris dilatat̄. aures etiam longiores habet et flexibiliores. tibias autem ante habet exiliores ⁊ graciliores ⁊ etiam altiores et hoc fuit necessariū vt essent ad motum et ad cursuȝ agiliores. caudam etiam habent ceteris canibus ꝑlixioreȝ et recuruiorem. min⁹ etiam habent de carne q̄ȝ canes rurales et habent etiam pilos breuiores et rariores et planiores. nam si essent multuȝ pilosi ⁊ villosi in cursu nimis incalescerent. si nimis carnosi mole carnis oppressi minus currerent. et si caudas haberēt longas inter crura dependentes eoꝝ cursum non modicum impedirent. ꝑ huius etiam caude dependentiam non animosi sed potius timidi apparerent. Sunt adhuc canes nobiles circa bestias et feras siluestres insequendas et capiendas feroces et seui. circa vero homines sunt valde mansueti. et si aliq̄ñ ꝯtra hostes extraneos exiuerint. statim a suo impetu se ꝯpescunt. Canes etiam nobiles cum ceruum vel leporem ceperint non statim deuorant q̄ͦ capiunt sed potius p̄dam suaȝ domino suo derelinquūt. viliori parte ꝑ sua portione vt puta ossibus et sanguine contenti sunt. Imo si nihil portionis penitus habuerint ꝑter hoc p̄dam aliam insequi et inuadere nō dimittunt

Capitu. XXVI

De alijs ꝓprietatibus canum.

S Unt et alie canum ꝓprietates minus laudabiles. nam canes bolismum continuum .i. appetituȝ immoderatū patiunt̄. et tm̄ aliq̄ñ ꝑ fa

mem cruciantur q insani et rabidi fiūt.
Nam canibus accidunt infirmitates si
cut canicies squinantia et rabies. vt dic
Arest. li. vij. Omnia aīalia q sūt mor/
sa a cane rabioso in furiā rapiunt preter
hoīem qui aliquādo euadit beneficio me
dicine. Dicit autem Constan. in viati.
li. vi. Canis est naturaliter frigidus et
siccus cū nigra colera dn̄atur que supa/
bundans et putrefacta vel corrupta ipz
rabidum facit. et hoc cōtingit maxime ī
autumno et in vere quem alij canes fugi
unt tanq̄ pestem et semp est pfrigus et sol
liuagus et vadit nutando et cancellādo
sicut ebrius. et currit ore aperto ac lingua
dependente. saliua nimia et spumosa de e⁹
orificio pfluente. oculos habet reuersos
ac rubicundos. et aures retractas. et cau/
dam inuoluit inter coxas. et q̄uis oclos
habet apertos tamen offendit ad omē ob/
iectum pedem suum. cōtra quamlibz rē
pugnat. et contra vmbram suā latrat quē
timētes canes fugiunt et latrant contra
ipm. Carnez autem intinctam in sāgui
ne morsure eius nullus canis attingit.
Et qui ab eo mordentur somniant terri
bilia. et in somno putrefactione sunt ti/
morosi. et irascuntur sine causa. stupidi
fiunt. vndiqz circumspicientes et inspi/
ci a nullo patientes. et si inualuerit pas
sio incipiunt abhorrere omnem potum et
timere aquaz et latrant vt canes. et ita ti
ment aquam q cadūt p timore. et hi mo
riuntur nisi medicando eis citius occur/
ratur. Curas autem et remedia quere su
pra li. de morbis ca. de venenis. Di. autē
Pli. li. xxix. q sub lingua canis iacet ali/
q̄n vermicul⁹ qui grece dicit̄ licta q̄ fac
canes rabidos quo extracto cessat mor/
bus. Item dicit idem. Tanta est violen
tia morsus canis vt eius vrina calcata
nocet homini et maxime si habet vlcus
vel vulnus. Item ibidem. Qui vrinam
suam eiecerit sup vrinam canis rabiosi
dicit statim sentire dolorem ilium et lū/
borum. Item canis est iracundus et mali/
ciosus et ideo vt se vindicet lapidem de
quo pijcitur sepe mordet. et tanto furo/
re et morsu lapidem arripit q dentes pro

prios in se frangit et non lapidem sed p
prium dentem valde ledit. Item fraudu
lentus est et dolosus vnde et sepe transe/
untibus blandiendo cum cauda q̄si atti/
det quos retro mordet q̄n minime con
siderant. Item odit baculos et lapides
ac virgas timet. Inter notos audax et a/
nimosus est et omnes mordere nitit̄. om
nes terret sed trāsiens inter extraneos
nihil audet. Item auidus est et gulosus.
et ideo sepe cadauera ita auide comedit
q vomitu ea reijcit sed post cum esurierit
qd̄ turpiter euomit. turpius recomedit
ac resumit. Item canis inuidiosus est. et
ideo dicit Auicen. q occulte herbas col
ligit quibus vomitu se purgat inuidēs
et dolens q herbe efficaciaz quis recogno
scat dolens etiam puersus canis si quis a
lius canis ignotus hospitium subintro/
eat. timens ne pter eius p̄sentiam sibi
aliquid depereat. et ideo pugnat contra
eum. Item cupidus est et parcus et ad re
ponendum superflua studiosus. et ido os
sa carnosa et medullata que deuorare nō
potest canibus non communicat. sed cuz
diligentia reponit in abscondito et occul
tat que cum esurit solus vorat. Item im
mundus est et libidinosus. vnde di. Are/
sto. libro. vi. Canes tam femine q̄z ma/
res coitu vtuntur q̄zdiu viuunt. ita eniz
immundicie libidinis se exponunt q in
ter matrem et sororem nō discernut quo
ad coitum. Et ideo scd̄m legem moysai
cam equali immundicie subiacet obla/
tio de precio canis vel canicule et de pre/
cio meretricule prostitute. naz tales mi
sere persone omni libidini⁹ indifferenter
deseruiunt canino more. Item antiquus
canis piger solet esse et desidiosus. vnde
dicit Aresto. lib. vij. q canibus in senio
accidit podagra et pauci ex eis euadunt
quin podagrici efficiantur. et ideo tota
die dormitant super fimarium inter mu
scas et vermes. maxime autem a muscis
tunc infestantur circa oculos lippientes
et circa aures in quibus est potissime vl
cerosus. et q̄uis aliquando terebrando
perforant eius aures pre pigricia non re
sumit vires vt se excutiendo eos abijci/

atet expellat. sed vir aliquotiens quādo contra faciem eius volutant post eas captando cum ore crepitando dentibus eas fugat. Tandem canis vlcerosus reste vel fune collo eius alligata violēter de fimario trahitur. in fluuio submergitur et tūc terminatur sic eius misera vita ac finit nec eius pellis detrahitur. nec eius caro comeditur. nec sepulture committitur. sed muscis et vermibus finaliter derelinquitur.

Capitu. XXVII

De catulis

Catuli sunt canis filij diminutiue sic dicti sunt et catelli. Nam abusiue sic vocantur filij aliarum bestiarum. vt di. Isido. lib. xij. Di catuli nascuntur generaliter ceci et quo ad videndi actum imperfecti. nam catuli canum nascuntur cum dentibus serratis q̄uis valde paruis. Omne autem animal habens dentes per modum serre dunsos est gulosum et bellicosum vt canis, lupus leo, panthera, et huiusmodi et omnia talia animalia generant fetus imperfectos vt supra libro eodem de animalibus in generali, et in omnibus facientibus filios incompletos causa est gulositatis. quia si expectaret vsque ad complementū fetus matrem sugendo interficerent. et ideo oportet vt festina sit in talibus natura. quere supra li. eodem. Nam sicut dicit Solinus. Catuli canum quondam apud veteres erant in summo honore habiti vt dicit Pli. lib. xxix. Catulos inquit lactentes adeo puros estimauerūt ad cibum antiqui vt etiam eos placādis numibus offerent loco hostiarum quorum sanguine nihil contra toxica putabatur vtilius et adhuc in presenti iubēt autores contra morsus venenosos vulneribus salubriter adhiberi. Nam catuli aperti et ictibus serpentis appositi calidi venenum extrahunt. dolorem mitigāt et adhibitis remedijs membrum saucium tutum reddunt vt dicit idem. Et hi catuli quanto nascuntur citius tanto visuo videndi recipiunt tardius. vt supra dicit Aristoteles. Similiter quāto vberiori lacte nutriuntur. tanto tardius in videndo perficiuntur. Matrem adhuc ceci diligunt. voce et odore eam recognoscunt. mammas eius requirunt. et si mater lac aliquo casu oppresserit acutiori dente papillam comprimunt et lac vberius effundere dentium acumine matrē cogunt quando esuriunt querulando et clamitando vbera materna querunt. et ita dicuntur sugere mammas in ordine prout iacuerant in matrice. et ille catulus qui fortior est ac melior prius ad lac admittitur et a matre diligitur tenerius et fouetur. a catulis venaticis cibus ex industria debet subtrahi ne eos contingat ex pastu superfluo impinguari. Ex nimia enim crassicie et impinguatione ad predam segniores et ad cursum fierent tardiores. Quamuis autem animalia sint melancolica ex complexionabili qualitate, ex dispositione tamen membrorum sunt agiles. Sunt enim leti plurimum ac ludentes et hoc accidit ex etate. quando vero sunt separabiles a lacte tunc sūt abiles ad instruendum. et hoc tam ad venandum q̄ etiam ad ludendum et ad gregem custodiendum a lupis ac tuendum Qui vero ad custodiam domus sunt deputandi debent de die in loco obscuro includi et vinciri. et sic de nocte erunt cōtra fures magis seui. nam talium canū est officium de die quiescere et dormire. de nocte vero vigilare et contra fures curiam circuire. Vituperabilis enim est canis qui de die vigilat latrat et circuit. de nocte vero dormitat et latitat et obmutescit. Malus etiam est canis siue sit senex siue iuuenis. qui de die custodit oues a lupis dum sunt in pascuis. de nocte eas strangulat dum sunt in caulis.

Capitulū. XXVIII

De castore

C Astor est bestia mirabilis q̄ cū q̄drupedibus viuit et graditur in terris. sub aquis autem na/tat ꝛ cōmorat̄ cū natatilibus sicut piscis et est castor a castrando sic vocat᷒ vt di. Isi. li. xij. Nam eoꝝ testiculi medicine sē apti ꝓpter quos cū ꝓsenserint venatoreꝫ ipi se castrant ꝛ morsibus sua virilia amputant ꝛ detrūcant. vt di. idem de quibꝫ cicero ait. Redimūt se ea pte corpis propter quā maxime expetunt̄ ꝛ iuuenalis. Qui se eunuchū facit cupiens euadere damno testiculi. dicūtur aūt castores fibri qui et pontici canes dicūtur. Hucus/q̄ Isi. De castoribus aūt di. Pli. li. xi. c. iij. Ponto inquit vnū dicūt genus aīalium esse qd̄ nūc terrenam nūc aquaticam ducit vitam in extremis aquarū ꝛ fluminū ripis domos et cauernas sibi edificat miro artificio in extremis aquaꝝ ꝛ flumi/num ripis ꝓparatas. Nam hec animalia pariter in grege viuunt. suam spēm di/ligunt pariter etiam cōgregati fibri denti/bus ligna ꝓscindunt. et ꝓscissa de silua ad latibula sua miro mō deferūt ꝛ deducunt nam vnum pro vehiculo pedibꝫ eleuatis supinum in terram sternūt inter cuius coxas et crura abscisa ligna ordināt ꝛ cōponunt et eū trahentes ad suas mā̄siun culas a lignis ipm exonerant et multa subtilitate ex comportata materia habitacula fortia sibi parant. Sunt aūt eoꝝ domūcule bicamerate vel tricamerate q̄ quasi ꝑ tria tabulata seu solaria sunt distincte. Aqua crescente loca supiora inhabitant. De crescente aūt in inferiori pte habitaculi sese locant et ꝑ quoddāꝫ foramen in solario quolibet ex industria preparato caudam suam que pisceeest nature submittit aque sine cuius ꝓsen/tia non potest cauda eius sine corrup/tione aliqua ꝑmanere. Aīal est mirabile et monstruosuꝫ cuius cauda tm̄ piscis et totū residuū sui corpis naturam habꝫ quadrupedis aīalis. Est aūt in magnitudine ad modū parui canis hn̄s pedes qua/si caninos a pte posteriori cū quibus pri cipalit̄ ambulat᷒. a pte vero anteriori duos hꝫ q̄si anserinos cū quibus principaliter in aquis natat. pellem habet valde ꝓciosam ꝑ qua venatur. dentes aūt hꝫ acutos et serratos ad modū canis. nec est velocis motus qꝛ habet tibias valde bre/ues. habent aūt castores duos testiculos in magnitudine ꝓportionem cū paruo corpore nō hn̄tes. et hos castoreū nolamus Et de his di. Pli. li. xxxij. c. iij. sic. Castores inquit sibi amputāt testiculos quos castoreum dicimus ne capiant̄ a venatoribus. Negat sextius diligentissim᷒ medicine ꝑscrutator. Imo dicit eos sic eē obstrictos ꝛ spine dorsi sic adherentes vt adimi nō possint sine vita aīalis. Isi. ideꝫ dicit Plate. et etiam Dyasc. q̄ non ē tante discretionis q̄ sciret se liberare taliter et hoc quotidie pꝫ in castoribus qui i diuersis locis inueniunt̄. vn̄ qd̄ di. Isi. et phisiolo. de eoꝝ castratione non de vsualibus fibris sed de aliquibus aliis aīali/bus que castoribus assimilant̄ in testiculis est forsitan intelligendū. Valet autē castoreū veꝝ et nō sophisticū cōtra maximas corpis passiones. vt di. Pli. ibideꝫ maxime si fuerit castoris nec nimis iu/uenis nec nimis senis. et sic sunt eligenda castorea duplicata ex vno neruo depēdentia. et vno neruo copulata. qꝛ taliā nō possunt de facili adulterari. Multi eniꝫ accipiunt vesicam animalis et replēt eā sanguine castoris addito modico de castoreo ꝓpter odorem. et modico piperis propter saporem acutiorem. et colligant collum vesice vt videatur esse neruus. sꝫ ab vno collo duas vesicas dependere est impossibile. et ideo illud castoreum ē melius quod duplicatum dependet ab vno neruo. Est enim eligendum qd̄ medio/criter in sapore est acutum. quia si nimis est acutum et quasi terrenum. sophisticatum est maxime si nō habet neruos intricatos. vt dicit Dyasc. vnde laudabile est quod mediocriter est acutum ꝛ glutinosum non habens saporem horribileꝫ neq̄ salsum. qꝛ cuꝫ sale aromatico freq̄nter sophisticat̄. vt d. Pli. ibidē. Quanto aūt ē recenti᷒ tāto est meli᷒ ꝛ efficaci᷒ in

medicina. et est signum quod non est adulteratum quando duo testes habent quasdam pelliculas vel folliculos sibi essentialiter adherentes plenos pinguedine unctuosa. Per septem annos potest in multa efficacia conservari et vim poni in medicina sine pellicula exteriori et modo debito ponderari. virtutem enim habet dissoluendi consumendi et attenuandi et loca neruosa maxime confortandi. Unde valet contra multa multa. nam epilenticis conuenit. et subuenit contra capitis frigidas passiones. paralisim linge soluit. et loquelam reddit subito ablatam si tantum sub lingua ponatur et resoluatur. contra uniuersalem corporis palisim valet si decoctum in vino cum ruta et saluia in potu sepius assumatur. excitat cerebrum et commouet et confortat. sternutationem prouocat. propter quod inde etiam litargicus excitatur. somnum prouocat et conciliat. si cum oleo rosaceo caput et castoreo pungatur contra venena fortissima vt scorpionis aranee et ceraste serpentis et presteris opitulatur. vt dicit Pli. li. viij. ca. iij. Eius etiam vrina valet ad quelibet predicta vt dicit idem et prouocat menstrua. adiuuat conceptionem et multa alia. et eius pinguedo maxime est efficax in vnguentis.

Capitu. XXIX

De ceruo

Eruus a cerason grece. i. cornu dicitur latine. vt di. Isid. li. xij. vbi subdit dicens. Cerui inquit serpentum sunt inimici. qui cum se grauatos aliqua infirmitate presenserint spiritu naris eos extrahunt de cauernis et superata pernicie veneni eorum pabulo reparantur. Diptannum herbam ipsi primitus prodiderunt. nam eo pasti excutiunt sagittas quando a venatoribus vulnerantur. mirantur autem fistulatum sibilum et in armonia delectantur. Erectis auribus acute audiunt. submissis nihil. flumina immensa et maria transeunt et fortiores tunc in natando precedunt. quorum clunibus debiliores in natando capita supponunt que sibi inuicem succedentes laboris leuius pondus ferunt. Hucusque Isi. Eadem verba dicit Plin. li. viij. ca. xxxij. vbi addit ad hec verba. Ceruus inquit est animal placidissimum qui vrgente vi canum ad homines vltro fugit. Et quando cerua est paritura minus cauet semitas tritas ab hominibus quam semitas feris cognitas et secretas. Post ortum arcturi sideris concipiunt et octonis mensibus partus ferunt. Interdum etiam geminos in pariendo edunt. A tempore conceptus femine a maribus se separant et discernunt. sed mares derelicti rabie libidinis seuiunt. glebas et scrobes vngulis fodiunt et eorum rostra tunc nigrescunt donec ab ymbribus aliquibus abluantur. Femine autem ante partum purgantur et vtuntur quibusdam herbis quibus fetus in vtero melius retinetur et in partu facilius liberatur. post partum duabus herbis scilicet camo et sisolis paste redeunt ad fetum et illarum herbarum succo imbuto. filijs lactis exhibent nutrimentum. partus editos ad cursum exercent. et separare eos ad fugam docent. ad prerupta eos ducunt et saltandi modum eis indicant et ostendunt. et tunc mares soluti desiderio libidinis pabula auide petunt. et vbi nimis pingues se senserint latebras querunt. quia incomodum ponderis corporis pertimescunt. et quando fugiunt cursum non continuant. sed statim respirant et quando ad eos peruentum fuerit rursus presidia fuge querunt. auribus erectis vocem canum audiunt et fugiunt quibus submissis periculum non presentiunt. tante sunt simplicitatis vt omnem mirentur et stupeant nouitatem. vnde equo vel bubalo ad eos accedente ita in ipsum respiciunt quod hominem prius iuxta se venientem et sagittis impetere volentem non attendunt. Quando transnatant maria gregatim et recto ordine incedunt et oportet vicatim se iuuantes. non visu sed odore terras petunt. et cum ceruus animal sit cornutum hoc inter animalia habet proprium quod annis singulis in vere mutat cornu suum. et tunc quasi est inermis. de die sibi querit latibula et latet quousque crescentibus cornibus iterato noua sibi adueniat armatura. quando autem deijcit cornu dextrum ob inuidiam abscondit illud dolens ne quis inde acci

pit medicinam. Dephendit cervorum etas p cornuū ramos. qr annis singulis sibi additis ad viuendū supadditur vnū vsqꝫ ad septem annos. et ab eo tpe ānis singulis silia renascunt. nec potest etas discerni. Simili mō senecta dentibꝫ declarat aut enim paucos aut nullus habet nec in cornibus imis ramos Imo ante frontem pminent minoribus. Si fuerint castrati anteqꝫ habeant cornua vlterius nō nascuntur. et si post nūqꝫ amittunt. Quādiu carent cornibus nocte pcedunt ad pabula non de die. calori sol ea exponūt vt indurentur. Ad arborē ea postea leniter fricant eoꝝ fortitudinē experientes. ac prutitum quem ibi sustinēt corticis duricie amouentes et cū ea sensérint roborata pdeunt ad pabula I aperto. Aliqꝫ ex attritu arboꝝ ab ed etaarbori inherente innodantur eoꝝ cornua ꝛ sic facilius capiunt. Serpentibus cōtrariātur intantum ꝙ odore cornu eoꝝ exusti edes fugisit. cꝰ coagulū oīm anguiū sanat morsus. Diutissime viuit plusqꝫ centū annis. qđ compertum est p ceruos captos p centum annos post mortem alexandri ab eorundem torquibus aureis adopertos et insignatos. Febrium morbos nō sentit hoc aīal quoniam sibi medetur cōtra morbuꝫ. Huiusqꝫ pli. li. viij. c. xxxij Scđm aūt Arest. et Auicen. Ceruus est animal non habens fel nisi in intestinis et ideo habet intestina amara ꝛ fetida. ꝛ ideo nō comedūt ea canes nisi sint fame laci supra modum. Item dicit Arest. li. ij. aliqui putant ceruos habere fel in caudibus. vt di. Arest. sed hoc est falsum. vt di. Auicen. sed habent quādam humiditatem similem humiditati splenis. Itē idem sanguis cerui sicut et leporis nunqꝫ coagulatur. sed semper manet liquidꝰ cōtra naturam talium bestiarum et nullum animal mutat cornua nisi ceruus cuius cornua sunt solida ꝛ iō pōderosa. vñ ipa abijcit ppter pondus. et habet conos quattuor magnos dentes in vna pte, cozni. et quattuor I alia quibus molit cibos et duos dentes alios qsi culmos. ꝛ mas habet maiores qꝫ femina et declinat ad inferius vt dicit Auicen. Item Aresto

teles li. viij. opinant inquit de ceruo ꝙ inter omnia qdrupedia siluestria sit disceretissimum ex hoc ꝙ parit iuxta viam vbi animalia ppter homines nō accedūt Et fugit lumen solis cum filijs ꝛ querit loca densa sicut cauernas lapidum q̄ nō habent nisi vnum introitum quonia ibi potest pugnare cum alijs animalibus. Nam vt dicit ibidem. Cerui pugnant etiam adinnicem pugna forti et victus obedit obedientia forti. ꝛ timet maxime vocem vulpis ꝛ canis. Et ceruus quando impinguatur latet ne inueniat a venatoribus et ppter pinguedinem interficiatur. et subdit ibidem. Venatio autē ceruoꝝ sic fit. vnus venatoꝝ sibilat et cantat. et ceruus delectatur in cantu et sequitur ipm cantum et interim alius eū trahit cum venabulo et occidit. et qñ agitatur ceruus fugit ad fluuiuꝫ vel ad stagnū si potest transnatare aquā resumptis viribus ex aque frigiditate euadit venatores. qñ autem capitur mugit et lacrimatur. Item qñ canes ipm insequunt ꝛ inuenit biuiū nō directis currit vestigijs. sed nunc istac nunc illac transuersaliter mutat saltus. et tunc conatur transilire p multos passus vt sic p cōtrarios ꝛ ambiguos saltus eius vestigia a canibus odore ipm insequentibus difficilius sentiatur. Item vt di. idem cerue difficilit pariunt fetus suos. qđ cognoscit p incuruationem corpis ꝛ rugitum. ꝛ iō comedit draconteam vt facilius a ptu liberet et cum pariunt subito comedunt secundinam anteqꝫ in terram cadat. ꝛ opinat de ista secundina ꝙ sit venenū vt di. ideꝫ Alias cerui pprietates psequit Aresto. li. viij. q̄s supra Pli. recitauit. Di. auteꝫ Pli. li. xxviij. Cerue cum senserint grauitatem lapidem deuorant cuius bñficō adiuuent. et idem lapis in ipa mortua qñqꝫ in eis excrementis repitur. et hic lapis miro mō dicitur iuuare mulieres qñ sunt pgnantes. Idē faciunt officula que in eius corde inueniunt vt di. idē et est illud os qđ inuenit in corde ceruorum supra modū vtile ɔtra multas corporis passiones. ꝛ in oībꝫ nobilibꝫ ɔfectionibꝫ admiscet vt di. dyas. pli. ꝛ ēt cōstā

Capitulū XXX

De ceraste

Cerastes est serpens cornutus vt di. Isi. li. xij. habet enim quedā cornua ex vtraqz parte capitis ad modum cornuum arietis circūflexa totum autem corpus suum occultat sub arena. solis cornibus sine cooperculo derelictis que videntes auicule credunt de cornibus q sint vermes. et dum aues ea capere et inde refici nituntur a doloso serpente ex improuiso subito rapiūtur. obsidet enim vias z semitas occultas et tam homines q̄ȝ equos ques incaute p semitas ambulare cōspicit occulto morsu interficit z occidit. Glo. autem sup penulti. ca. Deu. videtur dicere q cerastes species est reguli qui tāte est pniciei q si eius venenū solūmodo vngulā equi tetigerit z equū et equitem subito perimeret et necaret. et ideo vbi nos habemus fiat dan sicut coluber in via. cerastes in semita di. alia lr̄a. fiat sicut coluber in via. sicut regulus in locato. Alij autem dicunt q genus est aspidum summe virulentie et malignitatis. quere supra in littera a. de aspide. qz ibi fit mentio de ceraste.

Capi. XXXI

De cornu

Cornu vt di. Arestot. li. iij. est de natura ossis osse mollius. cartilagine durius sicut z vngule alialium. et omnia talia possunt mollificari ad ignem. vt dicit ibidem. q colores cornuum sicut z solearum erunt fm colores pilorum corporis animalis. vnde si cornū est nigrum tunc pili et cornua erunt nigra et sic de alijs. Dantur autem animalibus cornua ad sui defensionem loco armorum. et ideo ponuntur in extremitate capitis vt semper sint parata ad resistendū iniurie impugnantis. et omnia cornua sunt vacua z concaua z rotunda preter q̄ȝ cornua cerui que dura sunt et solida. et sunt multe ramificationis Et nullius animalis cornua mutantur nisi solius cerui. qui omni anno semel pijcit sua z cornū abscondit qd vix potest inueniri. Unde dicitur in puerbio. Uade vbi ceruus pijcit cornu suum. vt dicitur libro. viij. Item dicitur libro. iiij. fortior est continuatio cornuum cum cute q̄ȝ cum osse. z ideo dicit Arest. q quedā animalia mouent cornua sicut auriculas in regione q̄ dicitur austrage. Et idem dicit Auicenna. q hoc dicit Arestо. de sua terra que dicebatur sic. Eadem autē est materia cornuum et vnguium z solearum. qz fumus vaporosus a cordis calore resolutus vt dicit Constan. et ideo animalia magni fumi a natura forti calore cordis resoluti vi caloris ad extrema corporis transfusi magna habent cornua et fortia et maxime si ista fūosa materia pp̄ter nimiam sui subtilitatem transeat in pilos. vel si nimis fuerit terrestris et grossa in dentes transeat et in culmos. et ideo optie dicit Aresto. li. iij. cā. de dentibus. q animalia habentia in vtraqz mandibula dētes et culmos non habent cornua vt patet in elephantibus et in apris. Omnia etiam quadrupedia dentes habentia i inferiori mandibula tantū et vngulas fissas. habent cornua et ruminant. z habēt duos ventres imo plures vt supra dictū est. vnde pluralitas cornuum se hȝ consequenter ad scissuram solearum. et iō asinus indicus habet cornu vnum tantū et soleam integram sicut equus sed non ruminat. vt dicit Aresto. et Auicen. tanta autem est affinitas inter vngulas et cornua q iubet Aresto. vaccam patientem dolorem in vngulis pedum. vt cum oleo et alijs medicinis inter cornua inūgatur. De vtilitate autem cornuum et vnguiū dictū est supra littera. b. de boue

Capitu. XXXII

De cocodrillo

Cocodrillus a croceo colore ē dictus. vt dicit Isi. animal quadrupes vt dicit Isi. li. xij. in ca. de piscibus. In terra z in aquis valēs lōgitudine fere. xx. cubitorum. dentiū z vnguiū immanitate armatū. tāta est ei duricia cutis q̄ȝ ius fortiū lapidū ictus in tergo recipiat nihil oīno curat. nocte i aqs die i terra quiescit. oua i tra fouet q̄ ouis anseris sūt

maiora. masculus et femina vicessim fugiunt.
hunc quidam pisces serratam cristam ha/
bentes tenera ventris desecantes interi/
munt. Et dicitur quod solus inter animalia supe
riorem mandibulam mouet. hec omnia dicit
Isi. et di. Pli. li. viij. ca. xxvi. Cocodril/
lus est animal nilum inhabitans lingue
vsu inter animalia terrestria caret sola supe/
riori mandibula existenti mobili morsum
imprimit venenosum. Dentes habet horri/
biles ad modum pectinis siue serre et cul
mos ad modum apri. Nullum autem animal ex
tam parua origine crescit in tam magnum
animal sicut cocodrillus. Animal est valde
gulosum et multum comedit. vnde quando
est satur iacet iuxta littus ructans pre re/
pletione superuenit autem auis modica
que dicitur apud eos gricischilles. apud
ytalos autem dicitur omnium auium rex. et vo/
lat ante os eius quam aliquotiens a se
repellens tandem fauces aperit auis et eam
intrare permittit. et hec auicula primo eum
leniter vnguibus scalpit et ei facit quen/
dam pruritum in cuius dulcedine dele/
ctatus statim obdormit. auicula autem
cum sentit eum dormire. statim illabitur
in eius ventrem et quasi telum statim eum
perforat et corrodit. In ventre enim est val/
de mollis. et ideo a piscibus spinas et cri/
statas pinnulas in dorso habentibus de
facili superatur. Et subdit Pli. Hec belua
insequitur fugientes et eis est terribilis
sed est fugax contra serpentes. hebetes au/
tem habet oculos quamdiu est in aqua. sed
extra aquam nimis acute videt. In hye
me per quattuor menses maxime se abscon
dit. sed in vere exit. et quamdiu viuit semper
crescit vt dicit Huicusque Pli. li. viij. cap.
xxvi. Dicit autem phisiologus. Cocodrillus
si quendam inuenit hominem iuxta littus in
terficit eum si potest. et primo plorat super
eum et postea deuorat ipsum. et dicit quod de
eius fimo fit vnguentum vnde facies mu
lierum sophisticantur vt senes et rugose. iu
uencule per tempus videantur. Herbas li/
benter comedit inter quas enudros ser/
pens paruulus qui ei inimicatur caute se in
uoluit et dum cocodrillus herbas carpit
serpentem transglutit qui intrans ven/
trem eius omnia interiora carpit et sic il

lesus exit.

... perimit eum et occidit. et sic illesus exit.
Item Isi. li. xij. dicit quod idem vermis in
sidiatur cocodrillo quando dormit et tunc
inuoluit se in luto et intrat per dentes eius.
Dicit ad hoc Solinus. quod insidiantur quibus/
dam paruis auibus que generantur in
ter herbas nili. que euolant propter calorem
solis et intrant ventrem cocodrilli et co/
medunt vermes ventris eius et sic puri/
ficatur belua a vermibus. Habet autem co/
rium ita durum quod vix gladio perforatur. ha/
bitat in aqua tam de die quam de nocte. quia
aqua calidior est de nocte quam de die. reti/
net enim radios solis et ibi agitantur et
sic fit calida ipsa aqua et non habet linguam
prominentem ad vociferandum sed habet
paruam linguam in parte inferiori sicut
habent pisces ad gustum. vt dicit idem
Soli. et etiam Arest. et Aui. etc.

Capitu. XXXIII

De colubro

Coluber dicitur quasi colens vm
bras. vel quia labitur in lubri/
cos tractus flexibus sinuosis.
Nam lubricum dicitur quicquid labitur
dum tenetur vt dicit Papi. coluber cer/
uam fugit. leonem interficit. vt dicit Isi
dorus et rutam odit. pellem deponit. ne/
morum et arborum concauitates diligit lac li/
bentissime bibit. dentibus et cauda le/
dit et venena infundit. iuxta sepes soli se
exponit. canes fugit. muscas comedit et
puluerem lingit quere supra de angue.
Dicit autem Plinius li. xxx. ca. iiij. Pin
guedo colubri aquatici valet contra mor
sum cocodrilli. et si quis secum habuerit
fel colubri a cocodrillo non ledetur con
tra ipsum belua nil audente.

Capit. XXXIIII

De damula

Damula siue dama sicut ait Pa
pias caprea est agrestis. vt dicit
Isidorus libro xij. Damula est
vocata eo quod de manu effugiat. timidum
enim est animal et imbelle et imbecille.
vnde nescit se defendere nisi fugiendo. ha
bent enim pro armis abilitatem membro
rum et ad fugam leuitatem. vnde di. Martial.

Dente tuetur aper. defendūt cornua ceruum. Imbelles dame quid nisi preda sumus? Montuosa loca et nemorosa diligit. gramina medicinalia et aromatica comedit. ramusculorum tirsos et extremitates carpit. quando est vulnerata dracon team comedit et sic de corpe telum' trahit vt di. Isi. li. v. Sanguis eius ē medicinalis sm Pli. li. xxviij. neruos enim contractos remollit et articulorum dolorem soluit. venenū excutit et expellit. damulā odiunt serpentes et fugiunt et eius anhelitum sustinere non possunt. vt di. idem acutissimi est visus et velocis cursus. quere supra de caprea agresti.

Capi. XXXV

De dromedario

Dromedarius est dromedorum vel dromedarum custos. dromed' autem est quoddam genus cameli. vt dicit Isido. li. xij. Dromedus liquit est genus camelorum minoris stature q̄ camelus. sed longe velocioris cursus vnde et nomen accepit. nam dromos grece cursus velox dicitur. Centum enī miliaria et ampli' pergit vno die. et idem animal ruminat sicut bos et camelos vñ dromedarij pprie sunt magistri dromedorum. vt dicit Papi. tamen glo. sup Isa. lx. Dromedarius ait vel dromas vtrunq̄ dicitur. est animal camelo minus sed velocius. Madyan enim et epha regiones sunt trans arabiam camelis et dromedarijs abundantes ꝛc. Castranī in iuuentute vt sint ad cursum aptiores vt dicit Auicen. et ne moti cupiditate femiatum a suo cursu retardentur. Tante enī sunt velocitatis pter passus amplitudinem. maximum enim habent et latissimū passum. vt dicit Aresto. et Auicen. et Plinius li. iiij. et etiam pter intensam caliditatem. Animal enim est calidissimum ex complexiōe naturali. vnde calor et fortitudo consumit in eis vnctuositatē omnem et pinguedinem et nō pmittit eos mole carnea nimium onerari. Item veloces pter membrorum abilitates sunt. nā gracilia et longa habent crura et multū neruosa. et ideo abiles sunt ad motum et fortes ad continuandum cursum suum.

Item leues sunt propter victus paucitatem. non enim animalia sunt magni cibi. imo paucissimis cibis sunt contenta. Fenum enim et cortices comedūt et dactilorum ossa valde diligunt. quibus etiā post longissimos terre circuitus de vespere contenti sunt. vt dicit Plini. Eorum enī sanguis valde est calidus acutus et subtilis. et ideo eorum lac valde subtile et liquidum est plus q̄ aliorum animalium vt dicit Constan. et minus nutritiuum et magis calefactiuum et grossorum humorum incisiuum. quere supra de camelo. Eedem enim fere pprietates sunt istius et illius.

Capitulū XXXVI

De dipsade

Dipsas et dipsades feminini ē generis et est idem serpens qui latine dicitur situla sic dicta eo q̄ quem momorderit siti pereat. vt dicit Isido. libro. xij. Adeo autem sunt dipsades paruule vt cum calcantur vix videantur. quarum venenum ante extinguit q̄ sentiatur. ita q̄ vix sentit tristiciā moriturus. Est autem species aspidis. vt supra de aspide. quere ibi.

Capitu. XXXVII

De dracone

Draco maximus est cunctorum serpentum. vt dicit Isido. lib. xij. Hunc greci dracontá vocant vt qui sepe a speluncis abstractus fertur in aerem excitatur q̄ propter eum aer silet et mare contra eius ventum intumescit. Est autem cristatus paruo ore. et artis fistulis spūm trahit et linguam exerit vl' erigit. dentes habet acutos et serratos vim autē habet nō in dentibus sed in cauda et verbere plus q̄ ictu nocet. Non habet autem tantum de veneno q̄tum et alij serpentes. q2 ad mortem alicui inferendam nō sunt illi necessaria venena. q2 si quem ligauerit occidit a quo nec elephas tut' est corporis sui magnitudine. nam circa semitas delitescens per quas elephātes gradiuntur. crura cauda sua alligat et

innodat et suffocatos punit atq3 necat
Bignitur autem in india et in ethiopia
in ipo incendio iugis estus vt di. Isid.
li.xij. De draconibus aūt di. Pli. li. viij
ca.xiij. Draco inquit .xx. cubitoꝝ magni
tudine nascit apud ethiopes. Solent au
tem quatuor vel quinq3 .x. vel .xv. mutuo
se complecti et erectis capitibus velifi
care ꝑ mare ⁊ flumina ad pabula meli
ora. Item c.xij. Inter elephantes ⁊ dra
cones ꝑpetua est dimicatio. Nam draco
cauda constringit elephantē et elephas
pede ⁊ ꝓmuscida ꝓsternit draconē. dra
co autem nexu caude innodat pedes ele
phantis ⁊ cadere eum facit. Sed nō im
pune qꝛ dum interficit elephantem. in
terficitur casu eius. Item ca.xiij. Ele
phas videns draconem sup arborem ni
titur eam frangere vt ꝑcutiat dracones
draco aūt insilit in elephantem ⁊ captat
eum mordere inter nares ⁊ impetit ocu
los elephantis et quēq3 excecat eū. ⁊ qñ
q3 insilit sup eū a tergo ⁊ mordet eū ⁊ su
git sanguinem eius tandem post longu3
conflictū elephas ex subtractione sāgui
nis debilitatur intm̄ ꝙ cadit sup draco
nem et moriens interficiat suum occiso
rem. Causa quare ita appetit eius sāgui
nem est frigiditas sanguinis elephantis
quo draco appetit infrigidari. vt di. Isi.
Sup illū aūt locū Iere.xiiij. attraxerūt
ventū sicut dracones. dicit Hiero. Dra
co est aīal valde sitibundum intantu3 ꝙ
vix potest aqua saciari. et iō apertos ven
to. vt sic extinguat ardorem sitis. vñ cu3
videt naues in mari et maximus est ven
tus cōtra velum volat ad velū vt ibi hau
riat ventum frigidū. et qñq3 ꝓpter ma
gnitudinem corpis ⁊ ꝓpter eius fortem
impetū subuertit nauem. ⁊ naute qñ vi
dent appropinquare dracone3 qd ꝑcipi
unt ex tumore aque cōtra ipm statim de
ponunt velum ⁊ sic euadūt. Ide3 di. soli
nus. Item dicit idem ꝙ ethiopes vtun
tur sanguine draconis cōtra feruorem e
stus ⁊ vescunt eius carnibus cōtra diuer
sos morbos sciunt eni separare venenū ab
eius carne. nam solum habet venenū in
lingua ⁊ i felle. et ideo amputāt eis lin
guas ⁊ fella que receptiua sunt veneni. ⁊
sic abstracto veneno vtuntur corpe reliq̄
quo tam in medicina q3 in cibo. et hoc vi
detur tangere dauid vbi dicit. Dedisti
eum escam populis ethiopum. Di. etia3
Pli. ꝙ vi veneni semp erigitur eius lin
gua et qñq3 ex calore veneni inflamat a
erem ita ꝙ videtur spirare ex se ignē ali
qñ etiam emittit dum sibilat flatum cō
tagiosum et inde corrumpit aer et infici
tur ⁊ morbus pestilens inde sepius gene
ratur. In mari qñq3 habitat. quēq3 in flu
minibus natat. in speluncis ⁊ antris lati
tat. raro dormit. imo vero semp vigilat.
aues ⁊ bestias deuorat acutissimū habet
visum. vnde in altissimis montibꝫ ma
nens a remotis videt ꝑdam suam. mor
su ⁊ ictu pugnat de oculis ⁊ naribus ani
malis in pugna maxime captat. vñ di.
Pli. li. viij. ꝙ ita ledit in oculis et ore e
lephantes ꝙ qñq3 ceci inueniūtur. nec
possunt comedere ⁊ ita moriūtur. Item
de dracone di. Arest. li. viij. ꝙ illoꝝ draco
num morsus est malus ⁊ piculosus q̄ co
medunt alalia venenosa sicut draco qui
comedit scorpiones. qꝛ cōtra illoꝝ mor
sum vix inuenit medicina. Ite3 Pli. li.
xxviij. Draconum adipem oīa fugiūt ve
nenosa. adeps ēt eius cū melle curat ca
liginem oculoꝝ. Item Arest. li. viij. Pi
sces quando mordentur a dracone mo
riuntur.

Capit. XXXVIII

De equo

e Qui sunt dicti eo ꝙ qñ quadri
gis iungūt pares equant qꝛ i for
ma et in cursu similes copulan
tur. Est autem dictus caballus a pede ca
uo eo ꝙ gradiens impssa vngula terram
cauet ꝙ reliqua alalia non habent. vt di
cit Isi. li. xij. A multis etiam sonipes no
minatur eo ꝙ pedibus sonet. Viuacitas
equoꝝ multa est vt dicit idē. Exultāt e
in campis cum odorant bellum. sono tu
be excitantur ad ꝑlium voce accensi puo
cantur ad cursum. dolent cum victi fue
rint. gaudent cum vicerint. Quida3 in
bello hostes suos sentiunt ⁊ cognoscunt
adeo vt aduersarios suos morsu petant.
aliqui etiam ꝓprium dn̄m cognoscūt ob

liti mãsuetudinis si mutenť. aliqñ etiaꝫ pter ꝓprium dñm in dorsu aliquē nō per/ mittūt. multi etiā morientibꝫ dñis suis lacrimas fundūt. Equū eni sicut ⁊ homi nem lacrimari et affectū doloris sentire dicūt. vnde ⁊ natura in cētauris equorū et hominū est ꝑmixta. Solent etiam ex equoꝝ mesticia vel alacritate euentum futurū dimicaturi colligere. Etas longe ua inest equis psicis et siculis in annis vltra quinquaginta. breuior autē inest equis gallicis numidis ⁊ hispanis. Sub/ dit aūt Ysid. adhuc in generosis inquit equis vt aiūt veteres quatuor spectātur scꝫ forma pulcritudo. meritū atqꝫ color. Forma vt sit validū corpus atqꝫ solidū et robori cōueniens altitudo. latus lon/ gum ⁊ substrictū. maximi ⁊ rotundi clu/ nes. pectus late patens. ⁊ totuꝫ corpus musculoꝝ densitate nodosum. pes siccus ⁊ vngula concaua solidatus. Pulcritudo attendiť vt sit exiguū caput ⁊ siccum. pel le prope ossibus adherente. aures breues et acute. oculi magni. nares patule. ere cta ceruix. coma densa ⁊ cauda. vngularū soliditate fixa rotunditas attendiť. Me ritum vt sit animo audax. pedibus ala/ cer. trementibꝫ membris qđ fortitudis est indiciū. qui ex summa quiete facile concitetur vel excitata festinatione non difficile teneať. Color etiā spectať. quia color in pilis nūc est roseus. nunc niger. nūc albus. nūc canus. nunc varius. nunc guttatus. hic varius color equos mul/ tū decorat vel deformat. Uires etiā equo rum ⁊ animos manifestat sed de singulis prosequi nimis foret longū. huc usqꝫ Ysi dor⁹ li. xij. De equis aūt dicit Pli. li. viij. cap. xlij. Equi inquit scitici p dñis suis pugnāt coitum maternū refugiūt. nam in eius quedaꝫ cognationis agnitio est. vnde narrat aresť. li. viij. Rex inqt septē trionis habuit equā pulcrā ⁊ pepit equū pulcrū ⁊ voluit ex illo equo ⁊ matre ex/ trahere pullū aliquē ⁊ ingeniabantur vt equus saltaret supra matrē coopiendo vultū ei⁹ ⁊ cū discoopiebatur facies ma tris ⁊ nouit ipam equus fugit ⁊ eiecit se ab alto p dolore ⁊ est mortu⁹. Atqꝫ i gre/ ge equ⁹ cū sorore libenti⁹ gradiť qꝫ cū ma

tre. ad vocē simphonie ⁊ tube clangorem delectatur. saltat in hostem. ꝑsagiunt pu gnam ⁊ amissos deflent dños suos ⁊ la/ crimas interdū fundūt. Dicūt aūt illos equos ad bella vtiliores qui in bibendo profundi⁹ infigūt nares suas. quia tales equi vt dicūt in cursu vrine grauatione nō impediunť. Item di. pli. li. viij. ca. ix fel inquit equi cōputať inter venena. et ideo sacrato flamini equū tangere nō li/ cebat ei⁹ sanguis recens ⁊ crudus malus et pniciosus est vt taurinus spuma equē data cum lacte asinino vermes interficit in ventre venenosos. Itē de equis dicit aresto. ⁊ auic. Equus ꝓijcit dentes suos et quāto est senior tāto habet dentes al/ biores. Item aresť. li. v. equ⁹ masculus vi uit. xxv. ānis ⁊ generat a tercio āno vsqꝫ ad. xxx. ānos. Femina aūt diuti⁹ viuit ⁊ generat vsqꝫ ad. xl. annos. et qñ incipiūt equi generare. erit vox eoꝝ maior et fe/ mine similiter ⁊ multū diligunt coitum plus qꝫ alia animalia. vt dicit li. v. Itē libro. viij. dicit idem. Equis etiā pascen/ tibꝫ accidit aliqñ podagra ⁊ eijciunt sotu lares ⁊ generanť eis noui. Et signū hu ius est tremor oui testicularis dextri. et equis qui pascunť in domibꝫ accidit do/ lor iliox. ⁊ signū hu⁹ est ꝙ membra poste riora adunanť p cōstrictionē. Et equus abscindať a comestione. ⁊ si ei minuatur iuuabiť. Et equis accidit cōtractio ner⁹ uox. ⁊ signū hu⁹ est ꝙ omnes vene exten dunť ⁊ similiter caput ⁊ collum ⁊ grauat eos ambulare accidit etiā equis aggre gatio veneni. ⁊ accidit etiā eis alia infir mitas in ore que diciť foren. ⁊ signū hu/ ius infirmitatis est ꝙ cadit ei palatum et fit ei⁹ anhelitus calidus. ⁊ hec infirmi/ tas caret remedio nisi cureť p se. Et ac/ cidit eq̄s rabies cu⁹ signū est ꝙ declināt aures ei⁹ ad ptes colli. ⁊ hec infirmitas ñ habet medicinā. Et accidit ei infirmitas vesice. ⁊ hu⁹ signū est qꝛ non pōt minge/ re equus. ⁊ trahit suas coxas ⁊ etiam so tulares. ⁊ morsus aialis qđ diciť muge/ lis valde nocet equis ⁊ mulis. quoniam facit in eis ampullas siue pustulas ⁊ mľ totiens moriunť ex veneno. ⁊ equ⁹ ꝯgno scit hinnitū illi⁹ qui cōtra ipsum vult p/

liati. delectantur stare in pratis et natare in aqua et potant aquam turbidam. et si fuerit aqua clara turbant eam pede. hucusque aresto. libro. vi.

Capitu. xxxix.

De equa

Equa per derivationem ab equo est dicta. nam equorum femina equa est vocata. de qua aresto. li. vij. Equa impregnata si olfecerit candelam extinctam abortiet. Item idem. Eque pascunt simul et si moritur aliqua et dimisit pullum nutriet eum alia. quoniam genus equarum diligit speciem suam. Item dicit pli. li. viij. ca. xlij. Equa stans parit et suam prolem pre ceteris animalibus diligit et amissa parente alienum pullum nutrit et diligit tanquam suum. Item dicit idem quod in fronte pulli equi nascitur quidam folliculus niger ad quantitatem carice quod mater lambit lingua et abscindit. et nunquam pullum admitteret ad vbera nisi illud primo abscindat et vocat illud pli. veneficium amoris quia mulieres incantatrices vtuntur illo in prestigijs suis quando volunt aliquem stimulare ad amorem. Item dicit aresto. li. vij. Item equa vt dicit idem gloriatur in iubis suis et dolet quando ei prescinduntur et retonsa iuba extinguitur libido earum ac si in eis esset vis amoris. Item dicit aresto. li. viij. quod ibos pugnat cum equis quoniam equi eijciunt eum a pascuis quia comedit herbas et est ibos debilis visus et imitatur vocem equi et quando volat super ipsum stupefacit ipsum et cogit ipsum fugere et quandoque interficit ipsum etc.

Capitulum. xl.

De poledro

Poledrus dicitur eque filius siue pullus equinus quamdiu matris vberibus est subiectus. In cuius fronte. vt dicit Aresto. li. vij. inuenitur ycone/mor. i. amoris veneficium. quando nascitur et lambunt matres eorum lingua et comedunt illud. et mulieres incantatrices prouerbiant ex hoc. vt dicit idem. Item libro xiiij. Posterior pars pulli equini est maior parte anteriori. et cum iuuenescit crescit pars superior et propter hoc erit eleuatio anterioris partis corporis multorum equorum maior quam posterioris. et ideo quando est pullus potest pede posteriori tangere caput suum. quod facere non potest quando peruenit ad etatem. quamdiu autem pullus est matrem miro affectu diligit et sequitur eam quocunque vadit. et si matrem casu aliquo perdiderit. hinnitu eam querit. pullus equus stramentis non sternitur. strigilo non tergitur phaleris non ornatur. calcaribus non percutitur. sella non subijcitur. freno non domatur. matrem libere sequitur. gramine depascitur. clauiculis in pedibus non clauatur. libere discurrere permittitur. Sed in fine labori exponitur et loris et capistris coartatur a matre subtrahitur. vbera sugere non permittitur. suaues cursus facere multipliciter informatur. et vt dicit Ysidor. libro. xiiij. aurigis exponitur. quadrigis et curribus subijcitur equestri milicie deputatur. varijs fortune sortibus pauper equi filius propagatur. Et ideo dicit Ysido. in eodem libro. quod equi fuerunt quondam diuersis titulis deorum consecrati. nam equos quadrigales soli deputabant propter quatuor solis in anno mutationes. scilicet veris. estatis. autumni et hyemis. virtute solis alterantis omnia. Equos autem bigales dedicabant lune. quia bino tempore scilicet nocte et die videtur. et ideo cultores lune duos equos semper iungunt scilicet album et nigrum. equos vero trigales inferis dijs ascribebant. quia demones per tres etates homines ad se trahunt scilicet per infantiam. et adolescentiam. et senectam. hi diuersorum colorum equos pariter coniungebant. Ultra autem septem equos simul copulare de facili non audebant referentes hoc ad cursum. vij. siderum quorum motu mundum regi generaliter supponebant. vel ad numerum septem dierum quorum circulo vite presentis terminum peragi concernebant. Ideo etiam colores equorum mirabiliter discernebant vt dicit Ysido. ibidem. Nam equos rosei coloris dedicabant igni siue soli. albos aeri. prasinos et fuscos terre. venetos aque siue mari. Item equabant equos roseos in estate quia tunc omnia calescunt albos autem in hyeme quia tunc glaciei frigore omnia canescunt. prassinos in vere

quia tunc oia virescũt. fuscos vel nigros in autũno qr tunc oia desiccãtur ꝛ quasi a prima pulcritudine deficiũt. Itẽ dicit idẽ ibidẽ equos roseos marti deo belli consecrauerũt. vel qr romanoꝝ vexillã decoro/bantur cocco. vel quia mars gaudet san/guine. albos aũt equos consecrauerunt zephiris partibꝰ ꝛ serenis. prasinos flori ꝛ terre. venetos aeri atqꝫ aque qr ceru lei sunt coloris. glaucos aũt ꝛ varios et purpureos deputauerũt yridi quem ar cum dicunt. quia iris habet colores plu res. Hec omnia supsticio hominũ pro/curatione demonũ circa elementa mun/di aliqui antiquitus obseruabant vt di cit idem Isido. ꝛ ideo mũdus iste contẽ/nendus est. quia plurimi ipm specie sa/thane repleuerant. huc usqꝫ Isido. libro viij. Circa autem pullum equinum hoc vltimo animaduertes quia passum sua/uem vel durum quẽ assuescit in iuuẽtu/te vix potest dimittere etiã in senectute.

Capitulum. XLI.

De elephante

dicitur ferculeo quādo comedit aliquod
venenosum ⁊ tunc querit stercus homi/
nis ⁊ comedit ipsum. ⁊ ideo venatores fi
mum illum in vase aliquo suspendūt su/
per arborem. et cum venit leopardus ad
arborem saltat vt accipiat stercus et in/
terim ipsum interficiunt venatores. idē
facit panthera et pardus vt dicitur ibi/
dem. de leopardo etiam Plinius dicit.
Leopardus quando egrotat sanguinem
capre agrestis bibit. et sic inde languo/
res euadit.

Capitulum LXVI

De lepore

Lepus dicitur quasi leuipes quia ve
lociter currit. vnde ⁊ grece legos
pro velocitate cursus dicitur. Item di/
cit Isido. libro. xi. Omne animal velox
timidum ⁊ imbelle. vt dicit idem. nullū
habens armorum genus nisi membrorū
leuitatē. debilis est visus sicut et cetera
animalia que nō claudunt palpebras in
dormitando melioris autem est auditus
q̄ visus potissime quando aures eiꝰ sunt
erecte. cuius aures sunt longe valde et
flexibiles. quod fuit necessarium propt̄
oculorum aperturam. nam auribus ocu
los defendit apertos. quia nullo cooper/
culo sunt muniti ab infestatione cinifū
et muscarum. nam contra omne nociuū
dedit natura remediū creature. vt dicit
Auicē. et ideo data est lepori mēbrorum
leuitas ⁊ cursus agilitas contra canes ⁊
alias bestias ipsum insequētes. data est
etiam auriū procetitas cōtra muscas et
cinifes importune eius oculos debiles in
festantes. vt dicit idem. data est etiam
sub pedibus multa pilorum villositas vt
pili pedis carnositatē currendo a lesione
defendant ⁊ propter sui leuitatem pedes
in cursu nullatenus impedirent. ⁊ ideo di
cit Aresto. li. iij. q̄ pedes leporis sūt sub/
tus pilosi. qđ in alijs animalibus rarius
inuenitur crura eius posteriora sunt an/
terioribus longiora. qđ fuit necessarium
ad facile corpus eius eleuandum in cur
su quādo fugeret cōtra montē vn̄ diffi/
cilius capitur cōtra montē q̄ cōtra val/
lem. ⁊ hoc accidit propter anteriorū cru
rium breuitatē. Nam propter depssionē
anterioris ꝑtis corporis cōtra vallem de
facili cadit. nec potest equaliter cōtinua
re cursum suū ⁊ ideo vt fugiēdo vitet ca
sum. cū descendit oblique montis latera
circuit. ⁊ prout potest contra montis alti
tudinem crura anteriora erigit ⁊ sepius
canibus insequentibꝫ sic illudens euadit
De leporibꝫ aūt dicit pli. li. viij. cap. lv.
Leporū inquit plura sunt genera. nā in
alpibꝫ sunt quidā. ⁊ in siluis habitāt qui
dam quātitatis maioris grossioris pili
⁊ velocioris cursus q̄ ipsi qui cuniculi di
cuntur. Nam cuniculi lepores sunt par/
ui et imbelles qui vnguibꝫ terram con/
cauant ⁊ foueas subterraneas quas in/
habitēt sibi formāt ⁊ sunt fecūditatis ni

mie. ⁊ sunt tot in quibusdã siluis hispa/
nie ꝙ aliquãdo pre eoꝝ multitudine de
uastant messem ⁊ prouincie inducũt fa/
mem. quoꝝ fetus ĩ balearicis insulis ita
sunt accepti. vt etiã ipsi fetus sine matri
bus vix purgatis visceribꝫ in esum ab ĩ
colis patrie assumãtur. Et sequitur ibidẽ
Archelaus autor est quot sunt cauerne
ad excrementa lepori totidem annorum
sunt etatis. Totidem enĩ sunt illius p/
tis corporis foramina quot annorũ cur/
ricula habuisse phibentur. ⁊ ideo dicun
tur gignere sine mare ⁊ habere vtrũq3 se
xum. et ideo multi putauerunt leporem
gigni ⁊ gignere sine mare. vt dicit idem.
Sunt autẽ lepores animalia ita fecun/
da ꝙ vno fetu nascente. statim nouo fe
tu altero vterus grauidatur vnde vtile
est animal quo ad esum ⁊ quo ad vestitũ
et quo ad multiplicem medicinã. Nam
eius coagulum valet cõtra venenum. re
stringit ventris fluxum. sanguis eius mi
tigat dolorem oculoꝝ. vt dicit pli. ⁊ dias.
nec inuenitur coagulum in aliquo ani/
mali habente in vtraq3 mandibula den/
tes nisi in lepore. vt dicit Aresto. ⁊ quan
to eius coagulum est vetustius tanto me
lius. vt dicit pli.

Capitulũ LXVII

De lince et eius proprietatibꝫ

Linx lincis est dictus quia in lu/
porum genere ⁊ numero numera
tur. Est autem bestia similis lu/
po dorsum habens maculis distinctum si
cut pardus. vrina eius cõuertitur in gẽ/
mam preciosam que ligurius appellatur
et hoc presentit linx siue lincis. ⁊ hoc in/
uidens ac dolens ꝙ transire debeat in hu
manum vsum. vrinam egestam abscon/
dit sub humo. sed ibi citius in lapidem
solidatur. vt dicit Plini⁹ libro. viij. cap.
xxix. et Isido. xij.

Capitulũ LXVIII

De limace

Limax est vermis limi. sic dictus
eo ꝙ in limo nascatur vel ex limo
et ideo semper sordidus ⁊ immũ
dus habetur. vt dicit Isid. li. xij. Et est ver
mis valde tardi motus. in dorso semper
gerens concham duram. infra quã se in
cludit. ⁊ est vermis cornutus habẽs duo
additamenta ante os cum quibꝫ viam
querit. ⁊ quãdo aliquid aduersi senserit.
statim cornua retrahit infra testam ⁊ in
fra domũ sese resumit. In corrupto aere
et ymbre maxime nascũtur tales vermes
qui serpunt ꝗuis lento passu ad arborũ
summitates earum germina depascẽtes
vbicũq3 autẽ serpit post se limũdicie vesti
gium derelinquit.

Capitulũ. LXIX

De lupo

Lupus vt dicit Isido. quasi leo/
pos est dictus. eo ꝙ ei quasi leo/
ni virtus sit in pedibus. vnde qđ
pede pfregerit nõ viuit. rapax autem est be
stia ⁊ cruoris appetens. qui rabie rapaci
tatis quẽcũq3 inuenerit trucidat. đ quo
dicunt rustici vocem hominẽ perdere si
eũ lupus prior viderit. ⁊ ideo subito ta
centi dicitur lupus est in fabula. certe si
se puisum senserit deponit audaciam feri
tatis. Lupi toto anno nõ ampli⁹ ꝗ duo/
decim diebus coeunt. famẽ diu portant.
et post longa ieiunia multum deuorant.
Lupos etiam nutrit ethiopia ceruice iu
batos. ⁊ ita varios vt nullũ colorem eis
deesse dicant. huiusq3 Isi. Pli. autem libro
viij. c. xxij. idẽ sentit. ⁊ dicit ꝙ lupi afri
cani sunt inertes ⁊ parui. qui vero gignũtur
in frigidis regionibꝫ corpore fiunt mino/
res ⁊ magis asperi ⁊ feroces. Aresto. li. ij.
dicit ꝙ in india est quidã lupus habens
tres ordines dentiũ superius. ⁊ inferi⁹ ha/
bet pedẽ leonis ⁊ faciẽ hois ⁊ caudã scor/
pionis. ⁊ vox eius sicut vox hois. terribi
lis est sicut vox tube. ⁊ est velox sicut cer/
uus. ⁊ est valde seu⁹ comedẽs hoies. Itẽ
aresto. li. vi. Lupi tpe coitus sunt seui. et
quando hñt catulos sunt magis mali si/
cut ⁊ femie canũ. Itẽ li. vij. Lupi serra/
tos habent dentes. comedũt carnes ⁊ nõ
comedunt herbas nisi qñ infirmantur. qr
tunc comedũt aliquã propter medicinã
Nam qñ lupus sentit se repletũ. querit
quandã herbã ⁊ comedit eam vt euomat
qđ comedit. Itẽ li. viij. qñ fugiũt ferũt si

lios suos secū. ⁊ cū exiuit de cauernis co
medūt origanū ⁊ masticant vt acuāt dē
tes suos. Itē idem de eodē. Lupus quā
do comedit est valde malus. ⁊ quādo nō
habet famē quiescit multū. ⁊ est valde au
dax ⁊ valde diligit ludere. ⁊ si pōt rapere
puerū ludit cū eo. ⁊ post occidit eum ⁊ co
medit. Et sicut dicit homer⁹. Lupus est
valde vigil ⁊ multū timet ignē. ⁊ ōr ꝙ si
lapides ꝯsiderabit primū iactantē. ⁊ si il
le lapis nocuerit ei. si poterit ipm inter/
ficiet. si vero nō noceat ei. si deprehenderit
ipm non multū ledet eū. sed parū quasi
irascēdo deinde eū dimittit. Et lupi quā
to sunt seniores tāto deteriores ⁊ nocēt
hominib⁹. q2 nō pñt venari bestias ꝓpter
etatē. ⁊ q2 eoꝝ culmi iam sunt debilitati
et viuūt multo tpe. ⁊ eius senect⁹ appre/
hendit in dentib⁹. q2 ꝯstringunt in sene/
ctute. Itē ibidē. Sunt aūt lupi duplicis
modi. quidā enī sunt q̄si rotūdi ⁊ quidā
quasi longi ⁊ illi sunt asperioris pili ⁊ au
dacioris animi ⁊ lupoꝝ interiora sūt val
de debilia ⁊ de facili recipiunt corruptio
nem quādo vulnerant. Residuū vo cor/
poris eoꝝ patit multas ꝑcussiones. ⁊ ha
bent magnā fortitudinē in collo ⁊ in ca/
pite. ⁊ vulnera que accidūt ex morsu eo/
rum sunt valde mala. quoniā exit ex eis
virus. ⁊ curant ista vulnera sicut morsus
canis rabiosi. vt di. aresto. Itē idē li. viij.
Os lupi maxime est aptum. ⁊ maximū
vigorē habet in orificio suo. ⁊ est aīal val/
de vorax. Item de lupo dicit auic. li. viij.
Sunt quidā lupi q̄ naturaliter hñt appe
titū comedēdi pisces. ⁊ comedūt vilia q̄
de suis retib⁹ eijciūt piscatores. ⁊ q̄n non
inueniūt quid comedāt de piscatoꝝ reli/
quijs. vadunt ad retia ⁊ dilaniāt ea. De
lupis autē dicit phisiologus. Uirtus lu/
porum in pectore ⁊ in vnguib⁹ viget ac in
ore. in posteriorib⁹ vero minime collum re/
troflectere nō valet. ⁊ in nullo mense ni
si in maio quādo fiunt tonitrua. cuius
astutia est vt nō capiat ꝑdam iuxta lo/
ca vbi nutrit fetus suos ⁊ tūc tpis venat
a remotis. quādo aūt nocte ꝑde gratia
ꝑgit ad ouile ne canes ei⁹ sentiāt odorē
vadit cōtra ventū. ⁊ si aliquo casu pes ei⁹
calcādo sup aliquid strepitū fecerit ipm

pedem castigat duro morsu. oculi ei⁹ lu/
cent de nocte vt lucerne. ⁊ vt di. solinus.
multum amoris excitatiuū in cauda por
tat q̄d dentib⁹ euellit quādo timet capi
lapides multū timet. vnde si quis duos
lapides pariter colliserit. lupus audaciam
ꝑdit. fugit si strepitus lapidū ꝑuenerit
ad aures eius. filios generat cecos quos
tenerrime diligit atq3 nutrit. terram co
medit quādo multū esurit ⁊ aliquā ꝑdā
non inuenit. Ut capras volentes folia
carpere in rubetis facilius rapiat sub her
bis ⁊ folijs latitans se abscondit. pl⁹ astu
tia q̄3 potentia oues decipit sed quando
ꝑualet si ꝑmittitur totum gregem stran
gulat ⁊ occidit. partem ꝑde quā deuora/
re non potest in terra sepelit ⁊ abscondit.
et quādo esurit partem sepultam extra/
hit ⁊ effodit. ⁊ lanam ouis quam occidit
inficit. ⁊ morsus eius ex lana tali vestem
factam pediculosam reddit. vt dicit Isi.
Item idem dicit arest. Ex tota specie na/
tura luporū nature ouiū aduersatur. vn/
de legi in li. ꝙ cordula facta de intestinis
lupi adiuncta cordis cithare factis de in
testinis ouinis eas destruit ⁊ corrumpit
sicut pluma aquile adiuncta plumis co/
lūbe eas excoriat et corrodit si diu pariter
in loco aliquo dimittantur. vt dicit idē
vide supra de aquila.

Capitulum LXX

De mulo

Mulus a molendo est dictus eo ꝙ
iugo pistorum subactus ducat i
giro molas. vt dicit Isido. li. xij.
Asserunt aūt iudei ꝙ ana abnepos esau
greges equarū ab asinis primo fecerit
ascendi vt inde cōtra naturā muloꝝ pro
genies nasceret. vt dicit idem. ⁊ ideo se/
quens mulus matris naturā asino ē ma
ior. pulcrior ⁊ velocior. sed equo pigrior
deformior atq3 minor. Unde nascitur ex
equa ⁊ asino mulus. ex equo vero ⁊ asina
burdo procreatur. Et est mulus animal
sterile ⁊ tamen eximiū ad labores. vt di
cit pli. libro. viij. ca. xliiij. Nunq3 autem
hec animalia. s. asinus ⁊ equa mutuo ap/
petunt cōiugia nisi etiā in infantia lacte
mutuo nutriant. ⁊ ideo pastores pullos

equorum subiiciunt asinabus et asinorum pullos subiiciunt equabus quando volunt tales creaturas ex disparibus procreari. vt dicit idem Item idem. Mule calcitrat' potu vini inhibetur. Ex onagris aut et equabus nascuntur veloces mule pedes habentes duros et aptos ad cursum. sunt aut rugosi corpore et indomito animo sed generoso. que aut sunt geniti ex onagro et asina omnes precellunt. De mulo etiam dicit aresto. li. vij. quanto mulus plus potat de aqua tanto plus proficit eius cibus. Item li. xiij. mul' non habet fel manifeste sup epar. Item idem li. xv. Mulus quia nascitur ex aqua et asino non conuenit generationi. quoniam natura vtriusque asini et eque est frigida. vnde frigiditas generantis dnatur generato. et ideo mulus est sterilis nec ei' spermate aliquid generatur propter excessum frigiditatis in ipso dominatis. Item ibidem. et accidit quod corpora mularum sunt magna quoniam superfluitas menstruosa transit in creatione et cibum corporis. Sanguis autem quo natura non indiget exit cum superfluitate vesice. i. cum vrina. et propter hoc non olfaciunt muli vrinas mularum sicut alie bestie habentes soleas. residuum vero superfluitatis transit in crementum corporis et in eius magnitudinem. Non impregnatur ergo mula nisi forte valde raro. mulus aute quia ratione sexus calidior est in aliquibus temporibus et regionibus forsan generat. sed generatum erit extraneum et occasionatum sicut quod generatur ex equo et asina. et dignum est omne tale esse sterile quia generatur contra naturam. hucusque Aresto. li. xvi. Sm ysa. in diet'. carnes muli sunt peiores quam carnes asini et ad nutriendum et ad digerendum. cui' fimus tritus et combustus restringit sanguinem si cum aceto fuerit temperatus. vt dicit ysaac. Valet etiam idem fimus contra ictus scorpionum.

Capitulum. LXXI.

De mure

Mus sm Isido. est animal pusillum ab humo dictum. eo quod ab humo re terre nascatur. Nam mus terra dicitur. vnde et humus. Hui' in plenilunio secum crescit. sicut et quedam marina tunc augentur. que rursus decrescente luna diminuuntur dicuntur aut mures sorices eo quod ad modum serre rodant et prescindant. hucusque Isi. li. xij. Mus aute sm aresto. li. vij. non potat. et si potatus erit morietur. Animal quidem est gulosum. et ideo cum modica esca decipitur quando odore ad ei' gustum prouocatur eius vrina fetida est et contagiosa et morsus venenosus. cauda etiam eius dicitur venenosa. De muribus etiam dicit pli. libro xviij. ca. xxiij. Sunt quidam mures potentes qui congregant pabulum in foueis suis et etiam in hyeme abscondunt et latitant in cauernis. quorum palatum in gustu sagacissimum est. similiter nares sagacissimos habent in olfactu. In autumno mascul' et femina spicas congregant et mutuo se onerant sup ventrem. per caudam mascul' feminam sic onustam ad specum trahit. qua exonerata et fasciculo in cauerna collocato iterum redeunt ad laborem et congregato fasciculo masculus sup dorsum se ponit. quam femina viceuersa onerat et caudam eius ore complectens masculum protrahit ad cauernam. et sic onera deferunt alternatis vicibus. Item vt dicit idem. Murium diuerse sunt species. Nam quidam murium viuunt in domibus. quidam in campestribus. quidam in aquarum et fluuiorum extremitatibus commorantur. quidam annum in dormiendo dimidiant. quia per dimidium anni dormiunt et per dimidium vigilant vt glires qui sunt sm pli. quidam mures. Et quamuis mures sunt bestie valde nocibiles in pluribus tamen vtiles sunt in medicina. nam vt dicit pli. li. xxix. c. xviij. Murium cinis cum melle et oleo auribus instillatus earum sedat dolorem. et si quod animal aures subintrauerit precipuum remedium est fel murium cum aceto tepido temperatum auribus instillare. Fimus eius sm diasco. cum aceto tritus mundat allopicias et custodit caput a casu capillorum. tritus etiam et cum vino in potu sumptus miro modo ventrem soluit. pellis eius recens calcaneo subducta ei' vulnera ad sanitatem perducit.

Capitulum. LXXII.

De mustela

m Ustela quasi mus longus est di
cta vt dicit Jsido. li. xij. nam te/
lon grece longũ latine. Hec inge
nio est subdola. in domibus. nutrit catu
los. eos transfert de loco ad locum. sedes
mutat ne eius nidus ab aliquo dephen/
datur. psequitur serpentes et fugat. mures
odit et eos mãducat. Et sunt duo genera
mustelarũ. aliud enĩ est siluestre distans
ab alijs magnitudine. quã greci locidas
vocant. alterũ in domibus errãs. Falsa au
tem est illorum opinio qui dicũt eã ore cõ/
cipere et aure partum effundere. hucusque
Jsido. li. xij. Passeribus et alijs paruis aui
bus insidiatur et eorũ oua transglutit. fi
lios suos casu aliquo in latibulo lesos vel
mortuos quadã herba sanat. imo vt di/
citur suscitat vt dicit pli. Rutam come/
dit et eius succo se plinit. et tunc basiliscum
inuadit intrepida et occidit vt dicit pli.
li. viij. ca. xxj. vbi dicit mustelarũ virus
basiliscis exitio est. nihil enĩ deo nature
placuit esse sine pari. cauernam basilisci
facile cognoscit quã subintrans ipsum in
terimit. animal est multũ dormiẽs et per
somnum impinguatur sicut glires vt dicit
idem. Jtẽ idem li. xxix. ca. i. mustelarum
inquit duo sunt genera. scilicet domestica et
siluestria. et vtriusque fel valet cõtra aspi/
des. nam earũ pudenda multũ fetent et
serpentibus fetidis cõtrariãtur. earũ etiam
carnes dicimus valere cõtra venenũ. Mu
stela combusta et in cinerẽ redacta adhi
betur salubriter medicine que est conue
niens cõtra letargicã passionẽ. vñ si ex ve
neno aspidis aliquis incurrit letargiam
cinis mustele inundanti aqua distempa
tus vim somniferam dissoluit vt dicit
idem. Dicit etiã ibidem puluis valere
contra fistulã. nihil enĩ illa rerũ oĩm ma
ter. s. natura sine ingentibus causis genuit
vt dicit ibidem. Dicit aũt aresto. li. viij
quod mustela pugnat cõtra serpentes. quia
vterque mures comedit. Et est aĩal velo/
cis motus et flexibilis corporis ac valde
inobilis et instabilis. odore sagat. dorsum
habens rubrum et ventrem albũ. Mutat
autẽ colorẽ. nã in aliquibus regionibus ali/
quo tempore anni tota pellis eius fit cãdida
preter caudã. morsus eius maliciosus est et
virulẽtus. et eius vrina est fetida ad mo/
dum vrine muris.

Capitulũ. LXXIII

De migali

m Jgale est modicũ animal ad mo/
dum mustele. gulosum rapax et
dolosum. nam cum dolo rapit quod
postea ventri cõmittit vt dicit glosa su/
per leuit. xi. mansuetum se fingit cum ei
aliquis appropinquat ex timore. sed sta/
tim mordet et venenum infundit. Dici/
tur ibidem. De migali dicit Aresto. quod
equos et mulos infestat. et eque pre/
gnanti maxime insidiatur. pugnat con/
tra serpentes et tunc se armat ruta vt di
cit idem.

Capitu. LXXIIII.

De murilego

m Urilegus idem est quod musio si/
ue cattus. sic dictus eo quod muri/
bus sit infestus. Hunc vulgus cat
tum a captura vocat. vel ideo sic dicitur
quod catat id est videt. nam ita peracute vi
det vt fulgore luminis noctis tenebras
superet. vnde a greco venit catus id est
ingeniosus vt dicit Jsidorus libro. xij. Est
animal non determinati pili et coloris.
nunc est album nunc nigrum nunc flauũ
nunc varium nũc etiam maculosum. in
pedibus et in facie et in auribus leopar/
do similimũ. orificium habens magnum
dentes habens serratos et acutos. et lin/
guam longam. et flexibilem tenuẽ et sub/
tilem. cum qua bibendo lambit sicut et
alia animalia que habent labium infer/
ius superiori labro inequale. Talia enim
animalia propter labiorum inequalita
tem potum nõ hauriunt sed lambunt vt
dicit aresto. et etiam plinius. Est autẽ ani
mal in iuuentute valde lasciuũ et agile et
iocũdum. impetum faciens ad omne quod
coram se mouetur. ludit cum calamo an/
te se protracto. Jn senectute autem est
animal ponderosum et multum somno/
lentum. cautissime insidiatur muribus.
et eos plus odore quam visu presentiens in
uadit in abscõdito ac venatur. capto mu
re cũ eo ludit sed finito ludo ab ipso deuo

ratur. tempore coitus quasi siluestris efficitur ⁊ euagatur. Inter catos amoris tempore grauis pugna pro vxoribus cōmittitur. ⁊ vnus ab alio morsib⁹ ⁊ vnguibus grauissime laceratur. ⁊ tunc vox horrenda emittit᷑ quando ad pugnā mutuā vnus ab alio prouocat᷑. Bestia fit seuissima quādo siluestris efficit᷑ ⁊ in nemoribus cōmoratur. Minores feras vt cuniculos ⁊ lepores tunc venatur. quando cadit ab alto pedib⁹ excipit᷑ ⁊ vix ꝑ casum aliquē leditur quādo deorsum ꝑcipitat᷑ fimus quē egerit valde fetet. et ideo sub terra abscondit ⁊ pedib⁹ occultat. quādo pulcram habet pellem quasi de ipsa glorians vagus efficitur. sed quando pellis ei exuritur tunc intra tecta cōmoratur. sepe enim pro pellis pulcritudine capitur a pellifice a quo decoriatur.

Capitulū. LXXV

De noctiluca

n Octiluca ē modica bestiola multipes ⁊ alata. ⁊ ideo quādoq₃ inē volatilia computatur. In tenebris lucet vt candela ⁊ maxime circa posteriora. in luce autē plena deformis est et obscura. manus inficit tangentis. ⁊ q₃uis lateat in tenebris. tamē lucifuga ē. odit eni lucem ⁊ solūmodo de nocte ambulat. ⁊ onige al's musce contrariat᷑ que est lucipeta. vt dicit Arest. li. xij. ca. de minutis volatilibus.

Capitu. LXXVI.

De onagro

o Nager vt dicit Isido. asinus ferus interp̄tatur. hos africa habet magnos ⁊ indomitos in desertis vagantes. singuli autē feminarū gregibus presunt nascentib⁹ masculis zelant masculi ⁊ testiculos eorum morsu detruncant. quod cauentes matres in locis secretis eos abscondunt. Et vt dicit Pli. libro. viij. ex onagris ⁊ asinis domesticis velocissimi asini generatur. Animal autem est liberum indomitum ⁊ lasciuum. frequētare montes ⁊ nemora cōsuetum et cum sit animal ex se imbelle ⁊ innocuum. solius fuge beneficio leonem superat in heremo atq₃ lupum. est animal valde patiens sitis diu expectans quousq₃ potum inueniat sibi aptum. De quo dicit phisiologus q̄. xxv. die marcij duodecies in die ⁊ totiens in nocte rugit. per cuius rugitum equinoctiū apud afros discernitur. ⁊ dicit q̄ totiens semper rugit de die quot dies habet horas. similiter ⁊ de nocte. vnde ⁊ siluani in montib⁹ africe ab onagris in quib⁹ abundant per numerum rugitus eoꝝ numerū horarū dierum ⁊ noctiū computant ⁊ diuersificant sagax ⁊ viuidus est in olfactu. vnde quādo amore feruet ⁊ nescit vbi eius femina euagatur. rupem ascendit ⁊ patulis naribus ventum attrahit per cuius flatū vbi sit eius femina diiudicat ⁊ discernit. in montibus altis ⁊ pascuosis herbas virētes quas multū diligit cum diligentia querere cōsueuit. quas cū inuenerit pre gaudio statim rudit. et vbi ꝑsenserit bestiam vel hominem ipsum venari cupientem. q₃diu inuenit gramina virentia a pascuis non recedit. hominum frequentiam valde odit atq₃ fugit. solitudines ⁊ deserta multum diligit.

Capi. LXXVII.

De onocentauro

o Nocentaurus ſm glo. super Isa. xxxiiij. est animal monstruosum ex tauro ⁊ asina ꝓcreatū. Onos enim in greco dicitur asinus latine. vnde est animal lasciuum ad modum asini ceruicosum ad modum tauri. Sed alio modo sentit phisiologus. qui dicit onocentaurum esse compositum ex humana effigie et asinina. nam ab vmbilico ⁊ sursum figuram habet hominis. ⁊ ab eodem inferius formā obtinet animalis. Huic rationi videtur concordare Plinius libro. viij. cap̄. iij. Ludibria inquit mirabilia nobis fecit ingeniosa natura ad detegendum eius potentiam satis in prodigiosas posuisse gentes. Et ponit in eodem cap̄. exemplum de multis monstris et prodigiosis bestijs quas india gignit. sicut de faunis et satiris et de onocentauris et de ypocentauris et huiusmodi. quas dicit esse bestias humanā effigi

em mentientes. Et alij dicunt centau/ros fuisse equites thessalorum qui pro eo quod in eis discurrebant. quidam vnū cor/pus equorum et hominū iudicabant. vn/de centauros fuisse fictos asserunt vt di/cit idē libro. xi. vbi dicit de portentis Di/citur enim centaurus grece homo latine vnde centaurus dicitur homo. et a cen/tauro per additionē dicit onocentaurus. qui sic dictus est eo quod in media hominis specie et in media asini dicatur esse. sicut ypocentaurus dicitur monstrum in quo hominū equorūque natura esse cōiuncta putatur. vt dicit Isi. ibidem.

Capitu. LXXVIII

De orice

a Rix vt dicit glo. super ca. li. Jsa. est animal immundū nec sacrifi/cijs aptum. Septuaginta autem interptes transtulerūt quasi beta semi/cocta ceteri interptes omnes sicut orix illaqueat' transtulerūt. qui hebraice dici/tur tho. Et inter animalia immūda in le/ge reputaf. Est aūt bestia sicut mus aqti/cus. vel sicut glires qui sunt mures qui/dam sic dicti eo quod somn' efficit eos pin/gues. hyeme vero tota dormiūt. et imobi/les quasi mortui fiūt. in estate reuiuiscūt Unde orix est animal qd hmōi muribus assimilaf. Et hoc videf tangere lra ysa. et cōcordat cū plinio. qui dixit sic. Oricem vocat egiptus ferā que in ortu canicule viij. kl. iunij. quādo incipit estas stat cō/tra stellā et cōtuef contra eam ac si vellet adorare eam. et hoc facit cū sternuerit. i. cum post longā dormitionē euigilauerit. Et declinaf hic orix hui' cis. fm hoc dici/tur sorex cis. et onix nicis. et hmōi. Scdm iuuenalem vero orix est quedā auis pin/guissima ita quod sua pinguedie delectat cul/tellū. vt dicit idem. li. iij. vbi dicit Jecu/lus orix delectissima ferro et c. supra quem locū dicunt expositores quod est auis simi/lis galline africane vel ipsa gallina. Se/cundū britonē aūt dicitur orix gis. fm il/lam regulā grecismi. Nomen in. x. donat in cis. vel in gis. vt fex fecis. lex legis. ge/nitiuum. Quatuor exceptis nox nix se/nex rex supellex. Unde dicitur quod orix est idem animal qu od in lege mundū repu/tatur. quo ad esum deut. xiiij. vbi dicitur Comedetis origem et camelopardulum immundum tamen reputabatur quo ad sacrificiū. Pli. autē li. viij. c. iij. de anima/libus somniferis dicit. Capree inquit i plurimas similitudines transfigurātur. nam inter eas sunt ilices mirāde, pnta/tis. qui supra cornua vasta et magna qui/bus earū capita oneranf. saliendo de ru/pibus se excipiūt. Sunt et origes quorū villi cōtra naturā alior aīaliū vertunf ver/sus caput. Sunt et dame et pigrasti et mul/ta alia aīalia his similia que alpes trans/mittūt et sinus trāsmarini. Unde fm hoc orix origis est spēs capre siluestris. et fm istam significationē vt puto nō sumif in ysa. vbi loquif de aīalibus que somno dā/nabili sopiunf quia non bene cōueniret metaphore cū omnis caprea fm arest. sit animal valde vigil naturaliter. parū enim dormit et de facili excitaf. cū sit aīal valde timidū. Et sic pro alio aīali supponit orix in deut. et pro alio in similitudine ysa. sicut dicunt multi.

De oue

Capitu. LXXIX

o Uis est molle pecus laniferum. corpore inerme. animo placidū. ab oblatione dictū eo quod apud ve/teres in initio non tauri sed oues offere/bantur in sacrificio. vt dicit Jsido. libro xij. Ex his quidam bidentes vocanf eo quod inter octo dentes duos altiores habēt quas gentilēs in sacrificio maxime offe/rebant. vt ibidē dicit Jsido. Uel dicunf bidentes fm senectutē. quasi biennes. i. duorum annorū. quia talis erant etatis quādo ad sacrificiū eligebanf. Sed poti/us vocanf a duobus dentibus qui pminent et cum quibus nasci dicunf. Hic bidens genitiuo hui' bidentis dicif. vt dicit be/da. De ouibus dicit aresto. li. v. quod pariāt vsque ad octo annos. Et li. vij. Si impre/gnenf oues versus ventū septētrionalē faciūt mares. et si i meridionali tūc femi/ne nascenf. et quales vene fuerunt sub lin/gua ouis. talis coloris erit fetus. Que/re supra d agnis et ariete. Et quādo oues senes ad coitum mouentur in aliquo

tempore determinato. dicunt pastores q̄
est signū bonitatis in eis. ⁊ si iuuenes sic
mouentur. dicunt q̄ est signū future pesti/
in ouibus in anno illo. Item aresto. li/
bro. vij. Oues impīgnantur bibendo aquā
et propter hoc dant eis pastores come/
dere sal vt plus bibētes impīgnent ⁊ ma
gis cōseruent. Dant etiā eis in autūno
cucurbitas paratas cū sale ad multipli
cationē lactis. ⁊ tunc fluit plus lactis de
māmillis. ⁊ oues impinguantur lenticula
cum sale. ⁊ si oues p triduum abstineant
a cibo ⁊ post accipiant cibum. multum im
pinguabuntur ⁊ in estate valet eis aqua
septētrionalis frigida. ⁊ in autūno aqua
meridionalis tepida ⁊ iuuat eos pastus
in fine diei ⁊ motus. per nimia enī itine
ra ⁊ per fortes labores macrescunt. ⁊ pa/
stores cognoscunt que possunt pati hye/
mem quoniā super quasdam inueniunt gla
cies ⁊ super quasdam non. ⁊ que ex eis est
debilis a se nō excutit glaciē nec repellit.
Et carnes ouiū sicut ⁊ aliorum quadru/
pedum que in loco multū aquoso nutriū
tur sunt male. ⁊ que caudā habent longā
minus patiūtur hyemē q̄ que amplam.
Et que habēt pilos paucos ⁊ crispos gra
uiorem hyemē patiūtur. Et lana ouium
quas comedit lupus inficitur. ⁊ pannus
inde factus recipit pediculos. Item ibi/
dem libro. viij. In ouibus plus abundat
priuatio intellectus q̄ in alijs animali/
bus quadrupedibus. Et nocet eis toni/
truus. et si remanserit vna sola et fuerit
impregnata abortiet pre timore forsan.
Item dicit Pli. libro. viij. ca. xlvij. toni/
trua inquit solitarijs ouibus inferūt ab
ortiuum. Remedium est vt in vnū pari
ter congregentur. Quere supra in lr̄a a. de
ariete et de agno.

Capitulū. LXXX

De panthera

Panthera vt dicit Isido. libro. xij
sic est dictus. siue quia om̄i aīali
um est amicus excepto dracone
quem valde odit. siue quia societate ge/
neris gaudet. ⁊ ad eandē similitudinem
quicq̄d accipit reddit. Pan ⁊ hera enī gre
ce totū dicitur latine. Est a ūt bestia mi/
nutis orbiculis sup̄ picta. ita vt ex macu
larum nigrarū ⁊ albarū ⁊ flauarū varie/
tate tota pellis oculata exterius videatur.
vt dicit idez. Hec bestia vt di. Isi. semel
tantūmodo parturit. Cui⁹ ratio est aperta
nam cū i vtero matris cōualuerint catu/
li ⁊ ad nascendū iam receperint vires. odi
unt matres lacerantq̄ vnguib⁹ matris
aluū tanq̄ suo partui resistētē. vnde ⁊ ma
ter partū dimittit dolore vteri cōpellen/
te. Et ideo dicit pli. aīalia cū acutis vn/
guib⁹ frequēter parere non posse. nā mo
uentib⁹ se catulis viciate intrinsec⁹ sunt
matrices. hucusq̄ Isi. li. xij. De panthe
ra dicit phisiolog⁹. Panthera inq̄t odit
dracone ⁊ draco ip̄m fugit. cū aūt come/
derit ⁊ saturata fuerit se recōdit in spelū/
ca ⁊ dormit cōtinue fere tres dies. Post
triduū vero a somno surgens emittit vo
cem. ⁊ ab eius ore exit odor aromaticus
supra modū suauis, propter cui⁹ suauitatem
ipsum oīa animātia sequūtur. Sol⁹ aūt
draco audiēs vocē eius. timore perterrit⁹
fugit in cauernā. nec ferēs odorem in se
metipso deficit ⁊ torpescit. odorem ei⁹
reputāt p veneno. De pantheris aūt di
cit pli. li. viij. c. xviij. Panthera sicut ⁊ ti/
gris maxima colorum macularuz varietate
decorantur. alia aīalia proprio colore gaudēt
Sunt tamē leones nigri in siria q̄ pan/
theris in cādidis maculis sunt siles. In
colore autez vario panthere ⁊ tigris oīa
aīalia quadrupedia solicitātur videre eos
sed toruitate capitis terrentur. q̄obrē ca/
put occultant ⁊ pulcritudine reliq̄ue p/
tis corporis bestias ad se inuitāt. ⁊ sic inui
tatas arripiūt ⁊ māducant. Et q̄uis sit
bestia valde seua tñ illis q̄ sibi in aliquo
subueniūt nullaten⁹ est ingrata vt ibidē
exemplificat idem pli. de quodā qui libe/
rauit catulos panthere collapsos in q̄n
dam foueā quē panthera eduxit extra so
litudinē leta, ⁊ blandiens vt sibi gratias
referre appareret.

Capitulū LXXXI

De pardo

Pardus vt dicitur est bestia velo/
cissima colore vario orbiculata.
preceps ad sanguinē. ⁊ saltu ruit in mortē

Et habet talem dispositionem sicut pan thera. nec habet ab eo aliquā differentiā nisi q panthera habet maculas albiores ita dicit pli. li. viij. De pardo autē dicit arest. li. viij. q quādo pardus infirmat comedit humanū fimū gratia medicine et ideo venatores suspendūt stercus sup arborē ad qd dū ascendit a venatoribꝫ in terficitur. Est autē aial libidinosum. et coit cū leena ex cuius adulterio generat leopardus. Quere supra de leena. Pardus raptis catulis est nimis seuus vt dicit glo. sup osee. xiij.

Capitu. LXXXII.

De pilosis et eorū pprietatibꝫ

Pilosi sicut innuit glo. super Isa. xiij. monstra sunt ad similitudinem hominum. Et dicūtur siluestres homines qui z satiri dicūtur. Isid. autem libro. viij. ca. v. dicit. Pilosi sunt qui grece panite. latine incubi appellantur. siue inui ab ineūdo dicti passim cū animalibꝫ. vnde incubi dicuntur ab incūbendo id est coeundo. Sepe enim improbi existunt mulieribus z earū pagūt concubitū quos demones gallidusios appellant. quia sepius hanc imundiciā pagunt. quem autem incubonē vocant hunc romani faunū ficariū vocant. Itē dicit papias. Pilosi a grecis panites. a latinis incubi vocantur. quorum forma ab humana effigie incipit. sed bestiali extremitate terminatur. Idem dicit glo. super Isa. xxxiiij. Sed idē dicit alia glo. q pilosus dicitur simea. est enim bestia monstruosa. pilosa multum et villosa. figurā humanā in multis repñtat. Quere infra de simea.

Capitu. LXXXIII

De pigargo

Pigargus est animal mundū quo ad esum. vt patet deut. xiiij. Est animal cornutū et barbatū sicut hircus. minus ceruo. maius hirco. vnde similis est hirco ceruo sed longe minus. Quere infra de tragelapho. Ruminat sicut hircus. z fingit vngulam sicut ceruꝰ et est animal agreste magne velocitatis nemora inhabitat et deserta. Huguitio autem dicit q pigargus est auis parua et depssa. vnde dicitur a pige qd est depressio. Sed in deut. supponit pro animali quadrupede qd est simile hirco ceruo vt ibi innuit glo. Nec aspirat ibi prima syllaba. vnde cum h. non debet scribi quidam scribunt philargum. sed male vt patet in libris correctis.

Capi. LXXXIIII.

De pigmeis

Pigmei sunt homines qui statura cubitali quos greci a cubito pigmeos vocant. Hi montana indie tenent. quibꝫ vicinus est oceanꝰ. vt dicit papias. Sed dicit augꝰ sic. Pigmei tantū semicubitales sunt qui tercio anno perfecte sunt etatis. septimo senescunt. Dicuntur autem pugnare contra grues a quibus armati ferro aliquotiēs deuincuntur. De pigmeis autem dicit Pli. libro. vij. ca. iij. Pigmei ternos vt ferunt dodrantes non excedentes salubri celo semper vernante habitant in terra ppata montibus oppositis ex partibꝫ aquilonis quos grues infestare fama ē. Qui insidentes arietum z capzarum dorsis armati sagittis verno tempore congregato agmine ad mare descendunt z oua z pullos gruū pro viribus destruūt z cōsumūt Et hanc expeditionem faciunt tribꝫ mēsibus quod si nō facerent futuris auium gregibus resistere nō valerent. De pennis autem earum z ouorum putaminibus sibi casas faciunt. vt dicit idem. Et subdit. Arest. autem in cauernis viuere pigmeos tradit.

Capitu. LXXXV

De porco

Porcus vt dicit Isido. li. xij. quasi spurcus dicitur. Ingurgitat enim se ceno z luto imergit. limo se illinit. z in locis fetidis requiescit. Unde z oratius z amica lutosus. hinc z spurcus vilis z spurius nūcupatur. Cuiꝰ pilos setas dicimus cum quibus lutores ꝯsuūt sotulares. vt dicit idem. Sunt aūt porci quidam domestici. alij siluestres. Ma/

sculi autem inter domitos, dicuntur ver
res eo q grandes habeant vires. Fe/
mine aũt dicũtur sues quasi pascua subi
gentes.i. subacta terra cibaria exquirẽ/
tes. Jnt. siluestres masculi dicuntur a/
pri.i.feri vt di. Jsi. De porcis aũt dicit
Pli.li.vi.ca.li. Porci nascuntur dentati
vt tradit Higidius. mares nõ vltra tri
matum generant. porcus amisso oculo ci
to extinguit. vsq ad.xv.an.vel.xx.viuerẽ
potest. multis infirmitatibus subiacent
porci. et qñ infirmantur obliquũ tenent
caput. Volutati in luto plus iacent in la
tere dextro q̃ leuo. Pinguescunt.xl.die/
bus sed magis in principio saginatiõis
p triduũ inedias patiũtur. mutuo se di
ligunt ꝛ mutuam vocem noscunt. vnde
vno clamante omnes accurrunt et ipm
p viribus iuuare satagunt ꝛ contendũt.
Domestici ꝓpria hospicia domosq pete
re discunt ꝛ ad eas etiam sine duce redi
re de vespe consueuerunt. vt dicit idem.
Eundo ꝛ iacendo grunniũt. ꝛ dum dormi
unt maxime si fuerint pingues. Sũt au
tem porci fortioris somni in maio q̃ in a
lio tempore anni. et hoc accidit eis ex fu/
mis p calorem vernalem resolutis ab hu
moribus in hyeme in ipoꝝ corpibus ag
gregatis. et ideo tunc suauius dormiũt
et diuti' ꝓpter resolutos mulcebres fu/
mos. ipoꝝ cerebrum tunc tempis suaui
ter oppilantes. Jn estate vero ꝛ si multa
sit humoꝝ resolutio. fortis tamen fit eo/
rundem consumptio et desiccatio ꝓpẽ ex
cessum estiualis caloris. et non fit tanta
humoꝝ generatio qui sunt causa somni
ꝓpter qđ non tantum dormiunt in estate
q̃ tum in vere. vt dicit Auicen. Jn au/
tumno autem et in hyeme sunt humo/
res cõpacti ex frigiditate aeris eos fori/
secus cõstringente. ꝛ ideo pauci fumi tũc
tempis resoluunt ꝓpter excessum frigo/
ris humores in corpe compingẽtis vt di
cit idem. Arest. aũt di. de porco libro.ij.
Porcus nõ eijcit dentes omo. et ẽ mascu
lus pluriũ dentiũ q̃ sit femina. Jd Are.
li.iij. Porcus saltat post octauũ mensem
et femina parit post annũ. et qđ generat
ex spermate maris ante vnũ annũ est de/
bile valde ꝛc. Jtem idem. Porcus habz
consuetudinem q si coierit prius cũ ali
qua tunc sui filij sunt pauciores et secũ/
da et minoris corpis. Et qñ porca virgo
primo fuerit impgnata pariet filios mi/
nores. Porca si fuerit multum pinguis
erit eius lac paucũ post eius ptum. ꝛ me
liores sunt filij qui nascũtur in hyeme ꝛ
peiores qui in estate. Et meliores sunt
filij qui generant in iuuentute q̃ q generantur in senectute. Porcus autem cũ
impinguat potest coire in omni tpe no/
cte ꝛ die ꝛ magis in mane. Jtem lib.vi.
cũ parit porca primo filio primã dat mã
millam. qñ autem appetit coitum nõ di
mittit marem saltare sup eam quousq
dedinent auricule. Et multũ est ordeum
bon' cibus porcis qñ debent generare ma
xime decoctum. Jtem li.vi. Porcis acci
dit triplex infirmitas. Una que dr brã/
cos. et est apostema in auricula ꝛ in mã/
dibula ꝛ sepe in pedibus. et caro que ẽ in
illo loco corrumpit. et transit paulatim
corruptio ad carnem vicinam donec ve
niat ad pulmonem. et tũc suffocat spiri
tum ꝛ expirat. augmentat hec infirmitas
subito. vñ et pastores porcoꝝ qñ primo ꝯ
gnoscũt infirmitatẽ ꝑscindũt membrũ
in quo est infirmitas. nõ enĩ curari pñt
sine inscissura. Alia accidit ei infirmitas
que dicit dolor ꝛ ponderositas capitis et
ex ipso moritur maxima ps porcoꝝ. Alia
infirmitas est flux' ventris et hec vix ha
bet remediũ qñ interficit in tribus die/
bus. Et qñ porci sunt grossi tũc iuuat eos
comedere mora. et iuuat eos balneũ qñ
aqua eius fuerit multũ calida et minuũ
tur vene sub lingua eius. Jtem cibus di
uersus impinguat porcos et quidam ci/
bi inflant. ꝛ quidam generant carnem. ꝛ
quidam pinguedinem. Et tam porci q̃
porce delectant comedere glandes. quia
eoꝝ tempant carnes. tamen si porce co/
mederint multũ de eis abortiẽt sic oues
Multa alia refert de eis Arest. quere de
apro ꝛ infra de sue.

Capitu. LXXXVI

De pediculo

P Ediculus cutis est vermis a pedi
bus sic vocatus. vt di. Jsi. li. xij.

Plus enim pedum motu q̄ȝ morsu ledit
cutem. Ex humidis et corruptis vapori
bus intercutaneis p poros resudantibus
generatur. vt di. Constan. in viat. Sepe
inquit pediculi ⁊ lendes nascuntur in ca
pite vel in cute ex purgationibus quas
natura eijciens facit cōsumere inter cu/
tem et carnem. sup quem locum dicit ex
positor. Quidaȝ pediculi ex humore san
guineo generantur et sunt rubei ⁊ grossi. q̄ /
dam ex flewmatico ⁊ molles sunt et albi
quidam ex colerico et sunt citrini longi
veloces ⁊ acuti. quidam ex melancolico.
⁊ sunt illi cinerei coloris. i. subnigri ⁊ ma
cilenti et motus tardi. Ubi autem est ni
mia pediculoꝝ multitudo in corpe mīrū
plectorico et corrupto signū solet eē cor
ruptionis generalis. vt morphee siue le
pre vt dicit idem. Cōtra pediculoꝝ autē
molestiam valet capitis frequens ablu
tio. pectinatio. ⁊ medicinalis mundifica
tio. Nam vt dicit Constan. Argentū vi
uum cū cinere salicis eos necat. et preci
pue si ex calido humore generantur. Ideȝ
facit litargicū. i. plumbū vstum cū oleo ⁊
aceto. Si x̄o generantur ex humore frigi
do valet staphisagria auripigmentū cū
oleo ⁊ aceto. similiter aqua marina ⁊ sal/
uiatica cum aceto. Scdm autem diffe/
rentes naturas aīalium sunt in eis diffe
rentie pediculoꝝ. vtȝ in porco. cuius pedi
culus dicitur vsia sic dictus qꝛ vrit. nā vbi
mordet adeo locus ardet vt ibi vesice fi/
ant. vt di. idem Isi. li. xij. Quilibet aūt
pediculus tanto acrius mordet et ledit
q̄ᵗo plus macrescit.

Capit. LXXXVII

De pulice

p Ulex vermis est modicus mole/
stus hominibus maxime ⁊ infestus.
a puluere dictus eo q̄ a puluere
potissime nutriatur vt di. Isi. li. xij. Est aūt
vermiculus mire leuitatis. non cursu: sȝ
veloci saltu pericula effugiens et euadens.
Tempe frigido pigrescit vel deficit esti
uo tempe insolescit. Quāuis aūt non
sit de animantibus que pcedunt p māi/
festam sexus cōmixtiōeȝ. multiplicat ta
men suam speciem p ouatiōem. qꝛ oua q̄
dam in se gignit ex quoꝝ emissione vni/
cus pulex multos pducit. vnde pulex al
bus quidem nascitur sed quasi subito in
nigredinem cōmutatur. Sanguineȝ ap/
petit et carnem cui insidet terebrat et p/
fodit. liquidiorem parteȝ intercutanei
humoris sugit et in parte corpis cui insi
det sugendo sanguinem rubicundum ve
stigium derelinquit. dormire volentes a/
cri morsu impetit. nec etiam regibꝰ si eo/
rum carnes patulas pulex tetigerit quin
eos molestet parcere consueuit. Eis siq̄
dem absinthium est venenum. similiter ⁊
folia persicoꝝ vt dicit Constan. Coloqui/
tida valet contra pulices si trita ⁊ mixta
fuerit cum aqua p loca vbi abundāt pu
lices aspergatur. similiter folia absinthij
qꝛ vt dicitur eoꝝ odore et sapore moriū/
tur. Propter saltus velocitatem defaci
li non capiuntur. In calore cōtra tempꝰ
pluuiosum acrius mordet pulex.

Capit. LXXXIII

De rinoceronte

r Inoceron grece latine cornu in
nare interpretatur. Idem est mo/
noceron. i. vnicornus bestie seuis
sima appellata eo q̄ vnum cornu in me/
dia fronte habeat quattuor pedum. ita a
cutum et validum vt quicquid impetie/
rit aut ventilet aut pforet. vt dicit Isi.
li. xij. Nam cum elephante sepe certamē
habet vulneratum in ventre prosternit.
Tante autem est fortitudinis vt nulla
venantium virtute capiatur. sed sic asse
runt qui de naturis rerum scripserunt. vir
go puella pponitur que venienti sinuȝ a/
perit in quo ille omni ferocitate deposita
caput ponit sicq̄ soporatus velut inermis
capitur ⁊ interimitur iaculis venatoris
Huc usq̄ Isido. li. xij. Greg. super Iob
addit in moralibus ad iam dicta. Rino
ceron inquit fera est nature omnino ido/
mite. et si quomodo capta fuerit teneri
nullatenus posse impatiens. quia vt di/
citur ilico moritur. De rinoceronte dicit
Plinius li. viij. cap. xxi. Rinoceros i na/
re habens cornu. i. in media fronte supra
nares. hostis est elephantis vnū suū cor/
nu limat ad saxa et acuit et sic se ppara/

pugne. et in dimicatione aliuum impe/rit elephantis quam scit ptem corporis esse molliorem. Longitudo par: inest ei vt equo. sed crura multum breuiora. Color eius buxeus, et sicut innuit idem li. viij. ca. xxij. huius fere multe sunt spes. scz rinoceron monoceron egloceron. Est autem monoceron vt dicit idem fera asperrima similis equo in corpe et ceruo in capite. pedibus elephanti. cauda apro. Mugitum emittit grauem. vnumqz cornu magnum emittens in media fronte habet duorum cubitorum. Hanc feram viuaz negant capi. Egloceron species dicitur esse vnicornis. et dicit latine capricornus ab egla qd est capra et ceros qd est cornu animal est pusillu simile hedo acerrimum nimis. in media fronte vnu geres cornu. Item dicit Pli. ibidem qp in india sunt vnicornes boues habentes candidas maculas et solidas vngulas sicut equi. Sunt et asini quidem indici vnicornes vt dicit Aresto. Auicen. et Pli. qui si dicti sunt. eo qp vnum in fronte habent cornu inter aures. Residuu aut corporis ipor simile est corpori onagror silnestrium asinor. Sed talis monoceros est minoris audacie et feritatis qz sint alij vnicornes. Et dicitur monoceros a monos qd est vnum et ceros qd est cornu quasi in capite gestans cornu vnum. Et declinatur hic rinoceron tis. ti. rc. similiter declinatur monoceron tis. ti. inuenitur autem rinoceros et monoceros tunc dicitur rinocerotis in genitiuo. et sic de alijs.

Capitu LXXXIX

De rana

Rana a garrulitate vocis sic e vocata eo qp strepunt et sonos vocis importunis clamoribus reddunt in palustribus vbi generant vt di. Isi. li. xij. ca. iij. de piscibus. Ex ranis autem quedam sunt aquatice. quedam palustres. quedam rubete. de quibus supra dictum est in littera. B. de bufone alie calamite que sic sunt vocate quonia inter arundines habitant et frutices. vnde et in calamis coucrsantur. et sunt valde parue et virides et mute sine voce. Alie sunt agredule rane puule in sicco vel in aruis morantes. vnde sic sunt nucupate. Est autem quedam species rane que missa in os canis facit eum obmutescere. sed hoc multi negant. vt di. Isi. li. xij. Arest. autem dicit de rana lib. iiij. qp habet linguam ppriam que anterius lingue sue applicatur ori suo et quasi ligatur sicut extremitas lingue piscis. licz posterius et interius ad linguam cannam habet absolutam. et pter hoc habet rana ligua ppriam et est coax: no facit hoc nisi in aqua tantum. Et pprie mascul9 tpe coitus clamat feminaz. qz quodlibet animal habens vocem vociferat tempe coitus. Rana autem multiplicat vocem qn ponit mandibulam inferiorez equaliter in aqua et extendendit supiorem et p extensionis conatum duar mandibular. Lucet eor oculi sicut candele et hocte nocte maxime sed coeunt de nocte plus qz de die. Et omnes pisces nutriut pullos suos pter ranaz vt dicit idem libro. vij. Qn autem primo in aqua formant rane videntur totaliter esse caput cu quidam extremitate dependente ad modum caude. deinde dilatatur totaliter in ventrem sublata cauda crescunt ei pedes et in animal quadrupes transformat. mouetur omnes rane preter bufonem vel rubetam potius saltendo qz gradiendo. nisi vetus rubeta raro salit. Rana igit aquosa est seu paludosa clamosa limosa vetrosa tumorosa sub ventre maculosa venenosa. et ideo abominabilis hoibus et maxime odiosa in terra viuit piter et i aqua.

Capitulum XC

De salamandra

Salamandra vt dicit Pli. li. x. c. xlviij. est similis lacerte in figura nunqz apparet nisi in magnis ymbribus. deficit autem in sereno et tantus est ei rigor vt ignem tactu extinguat sicut glacies. Saniem lacteam ore euomit que si hominis tetigerit corpus toti defluunt pili. et qd tactu est corrupit et in colorem turpem comutatur. Salamadra itaqz genus est lacertuli siue stel

...rangiferus est fera equi forma vero equi cerui habes in capite tria cornua duo in lateribus et ...c. habet multos ramos similes cerno et cuspides, cornu vetus duorum est minimum plurimis ... vngues habet rotundas [illegible] bipartitus dorsum quasi profundum tali modo ... itineratur sicut in equo. magna rangiferorum est copia ... vtitur tagz equis ... teste alberto crantzio ... de flores ... fol. ... habundant. rangiferorum domesticorum ... contra ... nullibi viuunt preter vbi nascuntur.

Lonis animal pestiferum et summe ve/ nenosum. Nam vt dicit Pli. li. xxix. cap. iiij. fructus arborum inficit. aquas inficit. ex quibus siquis comederit vel biberit moritur necatur sed si saliua eius pedem tetigerit totum hominem inficit et corrumpit. Et quamuis tanta sit in salamandra vis veneni. a qui busdam tamen aialibus manducatur loco cibi. Inter medios ignes viuit sola aia / lium vt dicit idem. Imo incendium ignem extinguit. Est et genus salamandre cu / ius pellis est villosa et pilosa sicut pellis vi tuli marini. ex qua fiunt aliquando cin guli ad vsus regum que post longam ve / tustatem in ignem piecti non exuruntur sed post diuturnam inflamationem illesi et purgati quasi renouati ab ignibus extra huntur et ab illa pelle fiunt licinia in lampadibus et lucernis que nullo incendio cor / rumpuntur. quere supra in littera A. de an guium diuersitate et inuenies ibi de hoc verme.

Capitulum CXI

De sanguisuga

Sanguisuga est vermis aquatilis sic dicta eo quod sanguinem diligit atque sugit. potantibus insidiatur cum illabitur faucibus vel vbi vspiam adheserit. sanguinem haurit. et cum nimio cruore maduerit euomit quod hausit vt de nouo recentiorem sugat vt dicit Isi. li. xij. Vermis est coloris subnigri. quibusdam virgulis rubeis distinctus corpe mollis. oblongus et flexuosus os habet triangulum et in ore fistulam cum qua sanguinem sugit venenosis insidet. et ideo quando debet apponi membro causa medicine primo debet inuolui in vrticis et in sale vt sic compellatur euomere si quid forsan hauserit venenosum. in aqua te / pida. in tempe calido citius membro se applicat ad sugendum.

Capitulum XCII

De stellione.

Stellio nomen sumpsit a colore Est enim bestiola tergo depicta lu centibus guttis in modum stellarum. de quo di. Ouidius. aptumque colori. Nomen habet varijs stellatis corpore guttis. vt dicit Isi. li. xij. vbi subiungit Stella autem adeo scorpionibus est con trarius vt viso eo pauorem his inferat et torporem. Pli. li. viij. di. quod stellio maxi me de rore viuit. Et quamuis sit aial pulcrum et depictum. multum tamen est venenosum. quia vt dicit Pli. li. xxix. ca. ij. ex stellione pessimum fit medicamentum. nam cum fue / rit mortuus in vino faciem eorum qui bibunt lentigine obducit. ob hoc enim vnguentum necant stellionem qui forme inuident me retricum. cuius remedium est oui vitellum mel et vitrum. Et fel stellionis in aqua tritum mustelas dicitur congregare. et est stel lio genus lacerte reptile et quadrupes. habens pedes latos et digitos scissos ad modum manus quibus repit ad domorum et muro rum rimas in quibus facit cauernas su as et mutat spolium suum in senectute sicut serpens vt dicit idem. et latitat in hyeme in cauernis et debilitatur visus eius. In ve re autem exiens de cauerna sentiens de / fectum visus mutat locum et querit sibi lo cum et cauernam ad orientem et continue aperit oculos contra solis ortum donec in oculo desiccetur humor et consumatur nebu / la que oculis caliginem inducebat. Super Puer. asit ca. xx. innuit glo. quod stellio est aial velocissimum et tamen non pennatum. sed tamen velocitate pedum repit et scandit ad sublimitatem domorum ac murorum.

Capitulum XCIII

De serpente

Serpens est dictus eo quod occultis serpit accessibus. non graditur publice et apte sed squamatum nisibus repit occulte vt dicit Isi. li. xij. De cuius natura hic non prosequor quia su pra in littera A. vbi agitur de angue om nia sunt plenius explanata. tamen quasdam notas proprietates et vulgatas hic bre / uiter inserere non pigebit Dicebat Io han. de sancto Egidio de serpente sic. for midat nudum. dicit enim quod insilit in ve stitum. Sputum fit sibi venenosum quia sa / liua ieiuni hominis venenum est serpen / ti. pugnat pro capite in quo dicitur esse se / des cordis. Caro frigida. hoc dicitur quia frigide est nature. Pectore et ventre in /

cedit. hoc dicitur qꝛ rectis non graditur
vestigijs sed magis serpit annis singulis
se renouat. loca m uscida lingit. scꝫ loca
puttrida subintrat. i. loca vmbrosa amat
Respicit oblique qꝛ lateraliter non di/
recte transfigit aculeo. et dente flecrit in
se. qꝛ tortuosus est ꝛ nõ rectus. Abscon/
dit lepram qꝛ comeditur ne talis ĩfirmi
tas reueletur nõ cessat vertere linguam.
qꝛ serpens sꝑ mouet linguã ex vi veneni
Esurit ꝛ patitur. diu enĩ sustinet famem
claudit aurem suam ne audiat incantã
tes vinocꝫ venatur. Sibilat anteqꝫ mor
deat. interimit omne qđ mordet auis ho
stis qꝛ flatu interimit eas iacta resumit
qꝛ venenum qđ eijcit reiterato resumit.

Capitulũ. XCIIII

De simea

Jmea grece a suppressis narib⁹ ẽ
ſ vocata. vñ simias vocatas di. isi.
eo ꝙ narib⁹ suppꝰssis sint ꝛ facie
feda rugis fꝛib⁹ follicãtib⁹. alij dicũt sime
as a silitudine hõis nosatas. qꝛ in multis
actus hõis imitant sed hoc est falsum. vt
dicit Isi. li. xij. Et subdit. Simee sunt e
lementoꝝ sagaces. noua luna exultant.
media ꝛ caua tristant. qñ duos habet fe
tus fetũ quem plus amat ĩ brachio suo
portat. quem vero minus diligit hume/
ris gestat qñ sibi instat necessitas fugiẽ
di. cũ vo artatur ab insequente fetũ bra
chijs portatũ pꝛijcere compellitur ꝛ alio
qui humeris insidet pressa tardior ad fu
gam redditur. et iõ a venatore facilius ꝛ
citius ꝑuenitur. Simearũ aũt quinqꝫ
sunt genera vt dicit idem. ex quibus cer
copitici caudas habent. simea enĩ est cũ
cauda quam quidam clunã vocant. sũt
et alie que cenophale sunt dicte quia fa
ate tangeret vtiq3 in ipo nigredinē ge/
neraret. Agens insup calidū in humidū
primo generat nigredinem et fumum ⁊
vincens hūiditas inducit siccitatē ī ma/
teria in quā agit. ⁊ sic in illa inducta sic/
citate facit nouam transmutatiōem, ⁊ ge
neratiōem nouū colorem in subtiliatio
ne sicci. Et licet calidū aggreget omoge/
nia ꝑpter qꝺ cōdensat ⁊ obscurat. tñ sic/
cum habet aliquid sibi annexū de humi/
do rōne cuius pōt disgregare. Et lic3 in
principio cōgreget rōne dominij. tñ post
aggregatiōem ipm aggregatū subtiliat/
q2 eius opatio specialis ē subtiliare ma/
teriam in quā agit dūmō sit sicca. Qꝺ
dico ꝓpter hoc ꝙ aliqñ agit in humidū
et exalat illud. frigidū vero nō ordinatur
ad rarefaciendū. sed stat in ipo actu cō/
densandi tanq3 in actu principali. q2 ag/
gregat tam omogenia q3 etherogenia.

Capitu. V

De actione calidi et frigidi.

I vero sit actio calidi et frigidi
medio criter cōcurrens in mate/
ria sicca tunc generabitur color
medius necessario. q2 calidum subtilia/
bit in generatiōem albedinis Frigidum
vero ecōtrario aggregabit eam in gene/
ratiōem nigredinis. Cum ergo in quo/
libet puncto simul agant equaliter opor

bet ꝙ inducant in quolibet puncto simul albedinem et nigredinē. q2 oportet ꝙ fi/at color cōpositus ex eis. Et iste plus debet habere de nigredine q2 siccū minus se habet ad albū ꝙ ad nigrū ꝓpter priuationem pspicui et obscuritatem innatam. et plus se habet ad aggregatiōem ⁊ innate aggregationis cōseruationem ꝙ ad subtiliatiōem ⁊ rarefactiōem. Si vero concurrant mediocriter in materia hūi/da p dominiū silr generabit color medi⁹ qui plus habebit de albo ꝗ3 de nigro. qm̄ humidū p dn̄iū rōne pspicui pur magis se hȝ pure ad albū ꝗ3 ad nigrū. ⁊ respectu agentis frigidi facilius se habet ꝗ3 respectu calidi qm̄ calidū agit i hūidū exalādo ⁊ cōsumendo. frigidū vo solūmō conseruando illud in sui natura p viam consolidatiōis ⁊ cōpactionis. Si vo sit materia mediocris tunc erit semp color medius. si vo sit in tali materia actio calidi p dominiū tunc q2 potest facilius humidum transmutari in nigredinem ꝗ3 sic/cum in albedinem. generabit color plus habēs de nigredine. sicut pt3 qm̄ humidū et siccū diuiduntur adinuicē. citius generat calor colorem nigrum in humidis ⁊ in viridibus lignis ꝗ3 in lapidibus combustis in quibus calx generatur ⁊ silia. Si vero fiat actio frigidi p dn̄iū in materia mediocri oportet colorem esse mediū cōpositū magis ex albedine. qm̄ humidum magis se habet ad albedinem ꝗ3 siccū ad nigredinem siue aliquem colorem. eo ꝙ in humido est materia pspicui que est ppria materia coloris. in sicco autē nō inq̄3tum hmōi. respectu vero agentis saltem vno mō est humidū obedientius sibi ꝗ3 possibile est ꝓpter priuatiōem soliditatis et duriciei cuiusdā naturalis q̄ est in sicco. Licet enim siccum de se sit natu3 congregari. non tm̄ est ita bene congregabile sicut humidū. vt3 in lapide qui lic3 substantia sit cōpacta. non tamen facile recipit maiorem cōpressionem a cā agē/te. Uidemus eni in multis ꝙ fridū de facili pducit albedinem vt in niue qꝺ non tantum apparet exemplariter quando agit in materia sicca. Si vero concurrant mediocriter i materia mediocri fiet medium necessario qꝺ erit eque distans ab extremis. Si enim qm̄ est dominiū solū ex pte agentis alterius vel solum a par/te materie accidit color cōpositus ex altero magis et ex altero minus tunc quando equantur tam agentia ꝗ3 patientia erit color se habens equaliter vt pt3 ex p̄dictis. Et ita erunt due extremitates ⁊ quinq3 medij. nec videt ꝙ pluribus modis poterūt medij esse distincti scd̄m speciem sicut declaratū est p istam diffinitionem diuisam p opposita mēbra nec supflua nec diminuta. Arest. etiam testatur ꝙ tm̄ sunt quinq3 medij colores quoru3 numer⁹ et sufficiētia potest accipi p̄dicto mō. et etiam ex cōbinatione albi et ni/gri ad eoꝝ generatiōem. eo ꝙ nigrum et album cōcurrant equaliter ad composi/tionem coloris medij. et tunc erit color eque distans inter extremos vt rubedo Inter albū vo ⁊ rubeū n̄ pn̄t eē nisi duo vnus magis appropinquabit albo et alius rubeo. inter rubeū vo ⁊ nigrum erunt silr duo. vnus magis cōueniens cum rubeo. et ali⁹ magi cū nigro. ita p̄tes nō possunt esse intermedij. q2 inter albū et ru/beū non pōt esse aliqꝺ eq̄ distās simpli/citer. qm̄ eque distantia simpliciter habet respectum ad extremos. sed talis si poneretur haberet tres quartas albedinis et vnam nigredinis qm̄ medietas rubedinis ex vna est quarta albedinis et vna quarta nigredinis. eodē mō non erit eq̄ distans simpliciter inter nigrum et ru/beū. quare oportet ꝙ haberet tres quar/tas nigredinis et vnam albedinis. et sic esset tantum eque distantia scd̄m quid ⁊ scd̄m apparentiā et non simpliciter sm veritatem.

Capitulum VI

De speciebus coloꝝ quot sunt.

Hos aūt colores quinq3 intme/dios noīat Arest. primo vocans glaucum scd̄m puniceu3. i. citrinum. tertiū rubeū. quartū purpureū. q̄ntum viridem. Ita ꝙ inter album ⁊ rubeum erit glaucus a pte albi. puniceus a pte rubri. Inter nigrum autem et rube/um purpureus a pte rubei. et viridis a

parte nigri. Hec nomina alio noie vocātur in greca vt kyanos purpureus. kara pos glaucus. sed noibus grecis nō est vis sed noia latinoꝝ attēdūtur. Et rō dictorū patere pt. qm̄ glauc⁹ magis hʒ de albedie q̄ȝ de nigredie ⁊ rubedie. et talis color ponit͛ in folijs cadentibus in hyeme vel autum no. Puniceus vo ⁊ purpure⁹ accēdant rubedinem. qꝛ vterqȝ habet plus de rubedine q̄ȝ de albedine. sed puniceus est magis remotus a nigredine q̄ȝ purpureus vt vult Arest. in li. ij. de som. et vigi. vbi loquit͛ de corruptiōe istoꝝ ī nigredinem vbi puniceū ponit p purpureum declinare in nigredinem. et iō oportet vt purpureū sit inter rubedinem et nigredinem. et puniceus inter albedinem et nigredineȝ. Ex quibus omnibus sequit͛ ꝙ viridis debet poni cū nigredine Ex quo ptȝ rō ordinationis ipoꝝ quinqȝ colorū intermedioꝝ fm Aresto.

Capitulū VII

De opinione coꝝ qui ponunt luceȝ esse de substantia coloris.

Sunt autem qui ponunt lucē esse de substantia coloris ⁊ illi dicūt ꝙ color ē lux incorpata pspicuo. Habet aūt pspicuū differētias istas. aut enī pspicuū est purū sepatū a terrestreitate. aut impurū cum terrestreitatis admixtione. Lux aūt ↄsideraf quadrifarie qꝛ aut est lux clara aut obscura vl̓ panca vel multa. Nec dico lucem magnam per subiectū magnū diffusam. sed sicut de luce ꝯtuali dicit͛ ꝙ in pspicuo colligit͛ lux m̄lta vt qn̄ opponit͛ speculū cōcauū soli ⁊ lux cadens sup totam speculi supficiē. in centrum spere speculi reflectit͛. cui⁹ lucis collectio speculū inflamat. et citissime cōbustibile generat. vn̄ cū fungus vel aliud inflamabile opponitur subito accedit͛ ⁊ ignitur. Si igit͛ fuerit lux clara ⁊ multa ī puro pspicuo albedo generaf. nam albedo est color ex luce multa ⁊ clara in puro generatus. vt dicit Aresto. Si vo fuerit lux pauca ⁊ obscura in pspicuo obscuro nigredo necessario generaf. Et iste sermo explanat sermonem Arest. et Auerrois qui ponūt nigredinē puatiōeȝ claritatis ⁊ albedinem habitum siue formā Et fm hunc sermonem ptȝ ꝙ sunt septem colores ab albedie vsus nigredinē paulatim accedētes sil͛r septem erunt p̄ximi nigredini a nigredine vsus albedinem pcedentes donec fiat occursus aliquius septem coloꝝ quibus ab albedine ad nigredinem descendit͛. Et hoc ptȝ cuȝ enī albedinis essentiam tria cōstituūt. s. lucis claritas et eius multitudo ac pspicui puritas duobus amotis potest esse remissio. Erit igit͛ p hunc modū triū colorum generatio et quolibet triū solo rēanente duoꝝ reliquoꝝ erit remissio. et sic ab albedine erunt septem coloꝝ īmediate pductiones vel pgressiones. Simili͛ter a nigredine vsus albedinem septem sunt colores et erūt scd̄m istam cōsideratiōem. xvi. colores. duo principales. scȝ albedo ⁊ nigredo. et. xiiij. collaterales. septem hinc p extensionem albi ad nigruȝ accedentes. ⁊ septem illinc a nigredine p remissionem ad albedinem accedētes in medio in idem cōcurrentes. In quolibet aūt medioꝝ coloꝝ sunt gradus quasi infiniti scd̄m intensionem ⁊ remissionem maiorem vel minorem put extrema se ptendūt. Recollige igit͛ breuiter ex p̄dictis ꝙ color est ꝓprietas siue qualitas derelicta ī supficie corpis pspicui ex natura mixtionis elementariū qualitatum cōcurrentiū in mixto. que mediante luce visui actualiter p̄ntat͛. naȝ siue luce media color organū visus actualiter nō immutat. color tn̄ p se est visibilis vt dī. Arest. ij. de aīa. nō ē aūt ex defectu sui sed potius ex defectu ⁊ impotentia organi qꝛ color sine actuali lucis p̄ntia nō videf. et ideo pitagorici vocauerunt colorem epiphaniam. s. supra apparitiōeȝ. eo ꝙ sit extremitas corporis perspicui eminati vel in extremitate ⁊ ibi magis proprie est. eadem tn̄ natura coloris est. int⁹ et extra. vtȝ in albugine oui et in fractuis vitri colorati vt dicit in li. de sen. et sen. ca. vi. Sunt tn̄ multa que sunt vnius coloris in extremo extrinseco et initiali termino et alterius intrinsecus ī meditullio. vtȝ ī pipere nigro. ⁊ ī pomo granato. multa enī colorant rei superficiem

que non penetrant ad interiora. vt3 i pi/
cturis. pannus etiam rubeus tingit aq̄
extremitatem q̄ñ ei supponit̄. vñ p3 ꝙ
color pspicui extremitas est vt d2 in li.
de sen. et sen. c. vij. Item sicut in corpe p
spicuo nō terminato vt aere. pñtia lumi
nis facit actu lucidū. absentia vo' tene/
brosum. sic in corpe terminato' psentia
lucis facit coloratū. s. albū ⁊ eius absen
tia nigrū ⁊ tenebrosum. ita tñ ꝙ nō om/
nino absit lumen. vt d2 in li. de sen. ⁊ sen.
Unde verus color est in corpe terminato
non pspicuo. in corpore vero nō terminato
non est verus color sed quasi color. vt
dicit̄ in eodem li. Item fit generatio co
lorꝝ medioꝝ s̄m suas differentias scd̄m
diuersitatem pportionū. etiam si fuerit i
sesquialtera pportione vel s̄m alias ppor
tiones. Si aūt s̄m pportiōem ⁊ s̄m inhe
rentiam ⁊ dyaphanū fit iterū pportiona/
lis nihil assumunt. vt3 in cōsonātijs vt
ibidem ca. viij. Item fit generatio scd̄m
pportiōem colorꝝ consonantiū quādo sūt
delectabiles. et q̄̄to erunt magis pporti
onabiles tanto sunt delectabiliores. vt
dicit̄ ibidem. Item s̄m alioꝝ opinionē
generatio coloꝝ medioꝝ fit p suppositio/
nem coloꝝ extremoꝝ inuicem vt mani/
festioris sup minus manifestum. vt3 in
picturis sicut sol videtur p se albus. sed
p interpositionem nubis videtur esse al
terius coloris. Item aptiones oculorū
non fiunt p discursiones radioꝝ ab ocu
lo sed potius fiunt p cōtinuam multipli
catiōem coloris in medio vt p subitam
eius delatiōem ad oculum cū sensus fiat
p cōtactum vt ibi dicit̄. Item colores e
que distantes positi a longe distantibus
apparere possunt medij colores cū nō sint
q2 nulla pars rei sub extremo colore vi/
deri potest. vt3 in panno diuersi coloris
vt ibidem dicit̄. ca. viij. Item medij co/
lores generantur scd̄m similitudines ge
nerationis mixtoꝝ cū miscibilibus. q2 a
mixtionem mixtibiliū p transmutatiōē
in formam pmixti sequit̄ mixtio colorū
vt sicut ab extremis corpibus generat̄
mediū. sic ex extremis coloribus medi⁹
color generatur vt ibidem dicit̄ ca. viij.
Ite3 omnis color generatur p albedinē
et nigredinem que videtur potius priua
tio esse albi q̄3 color. vt obscuritas ē pri
uatio lucis vt dicit̄ li. x. metha. cap. iij.
Item vnitatem coloris in specie nō op/
tet ꝙ sequatur vnitas nature vt di. Al/
bu. in differentia. Item effectus colo/
ris est immutare visum scd̄m actū luci/
di. nam per lucidū color educitur de po/
tentia ad actū vt actualiter immutet or
ganum visus vt apprehendat speciem co/
lorati et iudicet de re visa. Itē color me
dius bene pportionatus delectat visum
et cōfortat. extremus vero color debilitat
visum ⁊ contristat. vt dicit Arest. Nam
intensa albedo disgregat spūm visibile3
et dissoluit oculū. et oculum lacrimare
facit. sed nigredo nimis intensa aggre/
gando spūm et condensando visum rep
cutit ⁊ obtundit. vt3 in diu inclusis i lo/
cis tenebrosis qui subito educti ad lucē
parum aut nihil vident. Item color rei
colorate naturam ⁊ cōplexiones indicat
nam albedo ⁊ colores albi in corpib9 con
gelatis non sunt nisi in substantia frigi/
da. et nigri ecōtrario q2 frigus albificat
subām humidam. et denigrat siccam. ca/
lor vero denigrat humidam ⁊ albificat sic
cam. vt di. Arest. ⁊ Auicen. Et iō albedo
que est filia frigiditatis indicat domini
um fleumatis ⁊ frigidi ⁊ humidi humo
ris. Nigredo signum est melancolice di
spositionis ⁊ sicci humoris in corpore do/
minantis. q̄ñq3 tamen est signum adusti
onis nimie adurentis humores ⁊ in me
lancoliam innaturalem cōmutantis si/
cut post dicetur. Item rerum intrinsecas
qualitates color extrinsecus manifestat
nam vt dicit Auicen. color est qualitas
que perficitur a luce. Est ei color lux exi
stens in potentia i corpore tenebroso mi
grans in actum per lucidū superueniens
ab exteriori. Et hoc p3 sic. quodlibet en i
corpus cōmixtum habet aliquid de igne
in potentia et per ignem habet de lucido.
cum ipe ignis sit lucidus a natura. sed il
lud lucidū velatur a partibus tenebro/
sis. vñ solū est in potentia sicut caliditas
sulphuris vel piperis. Vñ sicut eoꝝ cali/
ditas potentialis non migrat in actū ni
si per consimilem qualitatem actualem ex

trīnsecus interiori compatam.sic lux po
tentialis in permixto.de tenebroso nō mi
grat in actum nisi p aduentum luminis
exterioris. Color itaqȝ apparens extrin/
secus intensionem vel remissionem de/
clarat ignis latitantis potentia in pmi/
xto.et scōm hoc de eius actione ⁊ virtute
iudicatur. Item coloris pportionalis va/
rietas intuentis aspectum ad sui admia
rationem ⁊ intuitum naturaliter excitat
vt di. Plin. li.viij.et Auicen. vn̄ dicit q
quelibet bestia q̄tumcūqȝ seua varieta/
tem coloris et pulcritudinem admirat i
panthera. Item cuiuslibet hominis faci/
em color maxime pulcrificat vl' deformat
nam color ordinatus ⁊ suauis cōplexio
est pulcritudinis forma quando mēbro/
rum dispositioni debite correspondet vt
dicit Auicen. Unde dicit Augustinus.
Pulcritudo est elegans corporis habi/
tudo cū coloris suauitate. et econtrario
color confusus ⁊ incompositus euidens
est in corpore turpitudo. Item color
passiones ⁊ accidētia anime preconisat.
subitus enim pallor ⁊ discoloratio in/
dex est timoris. Nam reuocato calore
ad interiora corporis superficies depau/
peratur a sanguine. et sic per consequens
discoloratur. sic subitus rubor in facie si/
gnum est verecūdie siue iracundie ⁊ furo
ris. et hoc accidit propter calorem pe/
tentem exteriora ⁊ cutis superficiem ru
bificantem ⁊ defēdere ab illata iniuria
cupientem. Item color materiaȝ suam
seu substantiam terminat pficit ⁊ infor/
mat. quia si color in subiecto non esset q̄
lis foret rei substantia visui non appare
ret. Item color materie superficiem or/
nat et eius deformitatem palliat et oc
cultat. Unde color compositus inter ex
tremos medius. in superficie corporis
ordinate suppositus informitatis acci
dentaliter vel naturaliter in materia de
relicte est operculum. vt dicit Auicen.
Item color luci se conformat et velut fi
lia matri se eius actui configurat. Unde
cum intensa luce color acuitur et inten
ditur. et cum remissa remittitur et hebe
tatur.

Capitulū VIII
De coloris mutatione

Fit autem in corporibus colorum
mutatio multiplici de causa vtȝ i
fructibus ⁊ graminibus ⁊ i alijs
terre nascentibus. Nam primo nascunt
fructus virides vtȝ in vuis ⁊ in moris.
deinde rubescunt tandem pallescunt vel
nigrescunt. et illius coloris accidit vari
etas ex varietate caloris naturalis vel so
laris vario mō subām fructus decoquē
tis ⁊ digerentis. Primo enī caloris actio
est debilis ⁊ lenta insufficiens dissolue/
re ⁊ rarificare partes terrestres. et ideo
in earum supficie apparet color viridis
et indigestus ac terrestris. Sed paulatī
vigoratur calor naturalis per adminicu/
lum caloris solaris. ⁊ ideo fortius dige/
rit. et pter eius intensionem coloreȝ ru
beum in fructus supficie derelinquit. et
tandem completo fructu ⁊ maturo hu/
more pontico ac terrestri pfecte digesto
ex adustione color niger in supficie gene
ratur. nam calor pre dominans sup ter/
restreitatem ipam dissoluit ⁊ decoquit ⁊
digerit et q̄tum necesse est in substanci
am fructus accipit ac cōuertit. q̄d vero re
liquum est vel consumit vel a se repellens
ad extremas partes ducit ⁊ transmittit
et talis reiecta fumositas cum sit terre/
stris supficiem inficit et nigredinis vel
glaucitatis vestigium in fructus gene/
rat superficie ⁊ relinquit. sicut dicitur su
per lib. vegetabilium in cōmento. naȝ ta
les colores ex se actiōem ⁊ naturam fri/
giditatis pretendentes sepe etiam in re/
bus calidissimis generātur ex eadē cau/
sa scȝ ex calore interius dominā te fumo/
sitates terrestres vel aqueas ad extrin/
seca repellente. vt dicit Alphredus sup
lib. Arest. de vegeta. et plan. In reto eci/
am sensibilibus fit coloris mutatio. nūc
in cute. nunc in oculis. nūc in pilis. nūc
in vngue. Nam color cutis fit duobus
modis vt dicit in iohannicio. aut fit ab

interioribus. aut ab exterioribus. Ab i(n)terioribus aliquādo fit ab humoribus. aliquādo ab anime passionibus. Ab interioribus itaq(ue) mutatur color in cute. aliq(uan)n(do) p(er) humores calidos. aliquando per frigidum. nam cōtingit humores calidos t(am) compositos q(uam) simplices frigefieri et etiam frigidos vel infrigidatos calefieri. et s(ecundu)m hoc solet in cute color variari. nā q(uan)n(do) frigidi hūores calefiunt albus color mutatur in citrinitatem vel in ruborem. q(uan)n(do) vero calidus frigescit color rubeus mutatur in albedinem vel pallorem. et sic de alijs intelligendum est. Item ab interioribus anime passionibus mutatur color. Nam rubicundus fit pallidus ex angustia vel timore. quia in timore cor stringitur et calor ab exterioribus ad interiora revocatur. et ideo exteriora pallescūt ita similiter pallidu(s) fit rubeus ex ira. quia in ira cor dilatatur et extenditur ad vindicte appetitum. et calor subito impetuose ab interioribus ad exteriora commovetur. vnde et calefit sanguis intercutaneus et exinde rubor subito generatur. ab interioribus etiam fit color niger in mauris. et albidus in alemannis. Nam mauritanea est regio in ethiopia calidissima in qua propter calorem continuu(m) sanguis aduritur intercutaneus et denigratur et fit adustus. a cuius denigrati sanguinis diffusione inter cutem et carnem omnia mēbra generaliter denigrātur. Unde primus ethiopiam inhabitā(n)s denigratus sic est. Sed postea cooperante calore solis continuitate primi illius habitatoris vicium in posteris propagauit q(uod) ex nigro patre et consimili matre nigri fetus generaliter nascerentur. sed hoc solum habet locum vbi solis adustō continue afficit generantes. Et ideo in regionibus temperatis et ad frigiditatem declinantibus ethiopes generant in colore filios temperatos. vt dicit Macrobius et etiam Aristoteles et Auicē. E contrario vero scoti et alemani frigidas inhabitant regiones. et ideo frigiditate poros exterius constringente calor ad interiora revocatur. et ideo exterioris partis corporum superficies dealbatur. Hec omnia narrat commenta. super Johan. Idem etiam narrat Aristoteles. Item mutatur color cutis et maxime hominis multis alijs de causis. quandoq(ue) propter complexionis malignitatem vt patet in melancolicis propter nimiam et superexcedentem caliditatem. vt est videre in colericis qui citrini sunt coloris. Propter solis calorem et aeris siccitatem vt patet in itinerantibus et nautis propter humorum corruptorum intercutaneorū expansibilitatem vt contingit in morphea et in lepra propt(er) oppilationem epatis et fellis distemperatam qualitatem vt accidit in ictericia que est coloris naturalis in sordidum et viciosum colorem transmutatio vt dicit Constan. Propter solutionis cutis cōtinuitatem vt patet post variolas. et cicatrices varias vel vsturas. Consideratur etiam color in pilis et in capillis. Nam s(e)c(un)d(u)m qualitatem fumorum a corpore resolutorum variatur color capillorum. nam ex flegmate fiunt albi et sāguine rufi. ex naturali melancolia glauci. ex colera adusta nigri. ex defectu etia(m) caloris naturalis fiunt cani. vt patet in senibus. Et quando canus color incipit in radicibus capillorum accidit ex flegmate abundante. quando vero ab extremis incipit signum est q(uod) accidit ex defectu caloris naturalis. quere supra in tractatu de capillis.

Capitulum IX

De colore in oculis

A Ttēditur postea color in oculis Nam vt dicit Johannicius. colores oculorum sunt quattuor. scilicet niger. subalbidus. varius et glaucus. Diversitas autem colorum istorum accidit ex spiritus visibilis claritate vel obscuritate. vel ex cristallini humoris paucitate vel p(ro)fūditate vel ex albuginei humoris superfluitate vel turbatione vel ex vuee tunice humoris indigentia vel su/

pspuitate. nam si humor cristallinus fuerit paucus in quantitate vel lateat intrinsecus et albugineus humor deficiat vel pturbet vel si abundet humor niger tunice vuee. istis omnibus concurrentibus vel aliquibus ipsorum niger color in oculo generatur. Subalbidus vero ex causis fit contrarijs. Glaucus vero et varius accidit ex mixtione rerum que faciunt albedinem et nigredinem et glaucitate aliquantulum nigredo in varietate albedo aliquantulum plus abundat. sed de his quere supra in tractatu oculorum. Color etiam in vnguibus denotatur. nam corum color debet esse subalbidus specularis et perspicuus. quandoque autem mutatur iste color in liuiditatem vel alium emulum colorem et tunc diuersas pretendit passiones. vt patet supra in tractatu de vnguibus.

Capitulum x

De coloribus in particulari.

Nunc de coloribus in particulari dicendum est. et primo de albedine que videtur mediorum colorum esse precipuum fundamentum. Est autem albedo color ex luce clara et multa in puro et perspicuo generatus. vt dicit Algazel. Unde quanto materia perspicui est purior et lux clarior tanto albedo erit intensior et nigro impermixtior. Est autem causa materialis albedinis perspicuum purum omni terrestri feculentia impermixtum nunc siccum nunc humidum. Causa vero effectiua est vel calidum vel frigidum. nam materia si fuerit sicca per dominium calor agens in ipsam fuerit per dominium generabitur tunc albedo propter rarefactionem et subtiliationem partium materie ac clarificationem vi caloris. vt in combusto osse et in calce. si vero fuerit materia substantialiter humida et in illa dominans frigiditas generatur erit album vt in niue et pruina. Generatur autem aliter albedo ex aere vaporoso declinante ad humiditatem aqueam. vt dicit Aresto. li. xix. de animalibus. et hoc per frigidi actionem nam frigus albificat humidam materiam et denigrat siccam. Calor vero humidam denigrat et siccam dealbat. Item albedo generatur ex rarefactione aeris vt patet in spuma. et ideo aque calide generant pilos albos. que albedo non est nisi ex aere vaporabili retento in membris et quia albedo ex aere calido. et vaporabili fit. ideo animalia sunt alba sub ventre. vt dicit aresto. li. animalium. xix. Diffusiuam autem habet virtutem respectu visus et spiritus sensibilis disgregatiuam. et ideo si fuerit nimis imensa corrumpit visum et facit oculos lacrimari sed est omnium colorum incrementum. In nullo enim melius fundantur colores medij quam in albo. Et quanto album est intensius quod substernitur tanto adheret fortius color qui superinducitur. et liniuntur siue rubedo fuerit siue nigredo ad albedinem vero pertinent candor, albor, pallor siue flauor. Flauum enim et liuidum idem sunt secundum vnam significationem vt dicit Aresto. in cap. de sapore. et dicit quod liquidum est flauum quia flauum sequitur naturam albi. Multas alias species assignat medici circa album vt est color aqueus lactens. lazapos. i. albidus vel subalbidus. pallidus vel subpallidus. Et variantur secundum diuersas materias tenues vel grossas in quibus radicantur. vt in lib. ysa. Theophili Constan. Egidij de vrinis. Candor est albedo intensa multum habens in se lucis in forma et pure perspicuitatis in materia. nam fulgor lucidi. i. puri perspicui superficiem informans et perficiens et intuentis aspectum sine organi lesione immutans. et cum quadam suauitate ad sui intuitum excitans oculum et alliciens candor nuncupatur. Illud enim candor dicitur quod primo potest sine corruptione sensus ab albedine per actum lucidi ab oculo comprehendi nam albedo que consistit in extremis a sensu non videtur. subterfugit enim sensus iudicium. quia nulla res sub extremo colore videri potest. Sunt enim colores extremi inuisibiles secundum se propter sui paruitatem. vt dicitur in lib. de sen. et sen. cap. viij. Quod ergo primo subiacet sensui de albedine post eius extremum candor dicitur.

De colore glauco et flauo.

Capitu. XI

Color flauus qui et glaucus dicitur generatur ex albedine minus intensa accedente aliquantulum ad rubedinē. generatur secundum Aui. in materia temperata nō simpliciter sed respectu viridis coloris. Nam vt dicit idem. Viridis color in plantis mutatur in glaucū in autumno. qn̄ enim in folijs est materia hūida magis q̄ glauci et grossa paulatim p actionem calidi cōsumitur. nec tamen omnino destruitur vel destituitur a calore eleuante materiā. licet frigus dominetur. frigus vero dūans in materia mediocri generat mediū colorem necessario et quia potest melius transmutare humiditatem q̄ siccitatem. ideo generat colorē mediū habentē de albo magis cuiusmodi est glaucus. vt di. cōmen. sup li. Aristo. de plan. in fi. Ideo inquit quedā arbores virides in estate pallescūt in hyeme vt buxus. habet enim buxus viscosum humorem. in radice aūt multū habet liquidam humiditatem. et ideo non cadūt folia sed adueniente calore puocatur humor ad exteriora qui tactus caliditate fit viridis. sed adueniente frigiditate repercutitur humor et abundat siccitas. et fit color glaucus. Unde respectu coloris viridis in quo est plus de materia viridis dicit glaucum habere materiam temperatam.

Capitulum XII

De pallido colore

Color pallidus ex eisdem causis generatur. frigiditas tn̄ minus ē intensa. et plus accedit albedo ad nigredinem in materia grossiori. Est igitur pallor color medius ab albedine incipiens et degenerans in nigredinē. generatur etiam accidentaliter vt ex timore. sollicitudine nimia. et labore et ex causis alijs quibus calor ad interiora reducitur et corporis superficies propter sanguinis depauperationem pallescit et discoloratur vt est videre in nimis dormientibus et sompniculosis. et in hominibus amorosis qui pre amoris magnitudine estuantis dilatati cordis spūs euaporant propter quod nutrimentū et restaurationem natura colorem ab exterioribus ad interiora reuocat. et sic superficiem cutis p subtractionem calidi sanguinis discolorat iuxta illud. Palleat omnis amās hic est color aptus amāti. et eadem de causa macerati fame vel immoderato exercitio et labore et propter cōsumptionem calidi sanguinis expallescūt.

Capitulum XIII

De rubeo colore

Rubeus color est color medius ab extremis nigredinis et albedinis eque distās. qui in superficie corporis pspicui resultat p incorporationem clari luminis ignei atque puri. Ad cuius generationem concurrunt materie pspicuitas. ignei luminis claritas. et albedinis atque nigredinis cōcors mediocritas tamen propter igneam lucem partes mixti pspicuas dilatantem et rarificantē ac subtiliantem maiorem habet in translucentia cōformitatem cū albo q̄ cū nigro. et ideo intense rubeū ad modū lucidi disgregat visum. nec aggregat sicut nigrum. Propter quod pannorum venditores pānos rubeos suspendunt ante lucem vt videntes alios pannos coloratos propter rubedinem spūm visibilem disgregantem minus valeant colorum discernere veritatem. Pretendit aūt generaliter rubedo dominiū calidi in pmixto. quāuis aliquādo inueniatur superficialiter in naturaliter frigido. vt est videre in rosa que naturaliter sine substantialiter frigida est et sicca. sed quia subtilissima est substantie innatus calor quem habet ex compositione fugiens dominium frigidi petit exteriora que inueniens subtilia et humida ad immutandum transmutat ea superficialiter in colorem rubeum qui actioni ignis potissime similatur.

Capitulum XIIII

De croceo colore

Color croceus puniceus et citrinus differunt parum nisi secundum remissionem albedinis et nigredinis intensionem. aliquātulam autem

admixtiōem: et ſm aliq̄ꝫtulam intēſiō eꝫ
caloris ⁊ frigiditatis remiſſiōem. ſm au
tem ꝙ color talis in materia ſutiliori ac
magis ꝑſpicua radicatur magis rutilat
et apparet ſm vo ꝙ materia magis ē ter
reſtris ac groſſa minus claret. talis aūt
color intenſionem ſignificat caloris tpa/
ti et nō excedentis q̄ꝫtum eſt de ſignifica
tione coloris. ſcōm varias tamen ſub
ſtātie diſpoſitōes varias ptendit ſanita
tis vel morbi ſignificatōes diuerſas cor
poris habitudines et cōplexiones vt pa
tet in li. pſa. de vrinis. Nam citrinus co
lor adiunctus cum ſubſtantia tenui i vri
na iuuenis colerice cōplexionis ptendit
ipm ſanū. In fleumatico ac melancoli/
co ſignificare poterit varias ifirmitates
vt di. Egi. verſus finem in tractatu d' vri
nis. c. xiij. vbi di. Eſt multis tenuis citri
na referta figuris. Fleumaticum iuue/
nem vel quem niger afficit humor. Con
demnat tricham duplici ⁊c. Unde vnus
et idem color diuerſa et aduerſa ſignat
ſm diuerſitatem ſubſtantie cui copulat'

Capitulū. XV

De colore croceo

Color croceus plus tingit liquo
res ⁊ humores q̄ꝫ citrin' ⁊ ſigni
ficat caloris intenſionem ⁊ diſtē
perantiam ſanguinis in epate per colere
admixtiōem. vtꝫ in ictericis. quoꝝ vrina
eſt crocea in ſpuma et oculi crocei. et cu/
tis feda et citrina. Aues autem calidiſ/
ſime cōplexionis et colerice vt aues pre
de extrema habent crocea vt pedes atqꝫ
roſtra. qđ accidit ex ſuperbundantia co/
lerici fumi et calidi quem reijcit natura
ad extrema. ꝓpter qđ colorantur. de hoc q̄
de ſupra in li. de morbis. ca. de ictericia.

Capitulū XVI

De colore minio

Color minius idem eſt ꝙ cocci
nus ac vermiculus rubedini pro
pinquus et affinis. rutilans ⁊ re
ſplendens quaſi ignis. multum enim ha
bet in ſe ignee luciditatis. et etiam ex p/
te materie perſpicuitatis ꝓpter quod co
lor eſt viridis relucens multum et acut'

Materia enim minij eſt terra que diſ/
cerpitur in littore maris rubri. que tan
te eſt infectionis et ruboris ꝙ ex eius di
luuione totum mare tingitur et in colo
rem minij commutatur. vnde ab illa in
fectione mare ſuperioris egypti rubꝝ ap
pellatur. Et in illis terre venis rubre gē
me inueniūtur. Hec de terra primo op
time depuratur deſiccatur. tandem inter
lapides ſubtiliſſime commolitur. et cū
claro oui diſtempatur. Et hic color pic/
toribus. ſcriptoribus lucrum non modi
cum adminiſtrat. nam inde libros ornat
capitales litteras inde formant. fines
ac principia ſententiarum ac verſuū di
ſtinguūt minio atqꝫ ſignāt. Acuitur qn̄
qꝫ ſucco herbe cuiuſdam que cocco appel
latur. ille color rutilat quaſi ignis. et iō
ab illo ſucco coccum nominatur. et tn̄ co
lore plus vtuntur tinctores veſtiū q̄ꝫ ſcri
ptores. Solebāt etiā ātiqui acuere mi
nium cum ſanguine cuiuſdam vermis.
ſicut acuitur purpura cum ſanguine cō
chilis. ⁊ ex tali acumine primitus ab an
tiquis vermiculus vocabatur. vt di. Iſi
dorus. vbi tractat de coloribus. Eſt au
tem color vehemētiſſime adherentie poſt
q̄ꝫ fuerit materie incorpatus. itaqꝫ inde
vix poterit poſt deleri. Qđ ſi quis perga
meno abradere contenderit. vel abluere
niſus fuerit vix tantum abluet vel abra
det quin aliquod veſtigiū poſt inueniet.

Capitulū XVII

De puniceo colore

Puniceus color eſt color circum
dās colorē rubeū ſicut purpure
pl' habens de rubedine et nigre
dine q̄ꝫ de albedine. plus tamen declinat
ad albedinem q̄ꝫ ad nigredinem. purpu
reus autem econuerſo affinis eſt rubeo.
ſed magis declinat ad nigredinem q̄ꝫ ad
albedinē. Unde dicit Areſt. in. ij. de ſom.
et vigi. ꝙ puniceum p purpureū tranſit
in nigrum. vnde poſt rubedinem vicini
tatem habet ad nigredinē. Inueniūtur
aūt in mari quedam conchile ad modū
pue que in extremitatibus pſe q̄ſdam
emittūt guttas ſanguineas q̄ recollecte
purpuras tingūt ⁊ colores rubros acuūt

et intendunt. vnde talis sanguis in q̄ti
tate modica recolligitur et vasis ac can
nalibus tinctoꝝ officio aptis cum alijs
coloribus reponitur cum quibus tingit̄
sericum ex quo texitur pannus purpure
us vnde regum gloria ostendit. vt dicit
Greg. sup Canti. ca. vij.

Capitulū XVIII

De colore viridi

Color viridis generat̄ actiōe ca
lidi in materia mediocri vergen
te tamen ad dominiū humidi vt
pꝫ in folijs fructibus et herbis. et iō ge
nerabitur color multū habens de nigre
dine. non tñ ptingens totaliter ad nigre
dinem. Ex admixtione enī remissi albi
vt glauci et intensi nigri in supficie hu
midi viriditas generatur. qñ calor agēs
in materia non potest adurere humidū.
nec ad plenū decoquere vt totaliter i ni
grum cōuertatur. vnde viriditas in her
bis ꝛ in fructibus signum est crudi hūo
ris et indigesti. vt dicit Auicen. Et hoc
pꝫ qꝛ color viridis in plantis et in fru
ctibus mutatur in glaucū in autumno.
qꝛ in folijs et in herbis est multa mate
ria humida et grossa que p actiōem cali
di paulatim consumit̄. nec omnino re
stituitur a calore in materia eleuante li
cet frigus dominet̄. et ideo quedam arbo
res virescunt in vere et in estate. in hye
me vero vel in autumno pallescunt. quia
adueniente caliditate vernali, puocatur
humor ad exteriora qui tactus calore fit
viridis. sed adueniente frigiditate rep
cutitur humor et abundat siccitas et fit
color glaucus. vt dicit cōmen. sup. i. Ari
sto. de plan. in fine. Est itaqꝫ color vi
ridis medius inter rubeū et nigrum ge
neratus. et hoc pꝫ p transitū colere ru
bee in melancoliam innaturalem. Cole
ra enī cū sit rubea transit in melancoliā
que est nigra mediante colera innatura
li. s. eruginosa et prassina que viridis in
uenitur. Et ideo color viridis maxie de
lectat visum ppter concursum ptium ig
nearum ꝛ terrestriū. nā luciditas ignea
que in viridi est tempata delectat visū
Obscuritas etiam terrea siue nigredo
cum non sit in extremo mediocriter spi
ritum visibilem aggregat et confortat.
Et ideo nullus color est ita delectabilis
visui sicut viror. vt pꝫ in smaragdo qui o
culos sculpentium gemmas et metalla
maxime reparat et confortat. vt di. Isi.
ca. de lapidibus p̄ciosis. Sunt autem vi
ridia folia plāte et gramīa et cetera ter
renascentia ex dominio ptium terrestri
um in quibus radicantur tanq̄ in mate
ria. et ex virtute ignea tanq̄ ex causa ef
fectiua. que dissoluit terrea et subtiliat
et rarefacit. et sic attrahendo earum fu
mos ad extrema. tingit herbe supficiem
tali colore non nigro nec rubeo sed viro
re. nam nigredo temperat rubedinis di
sgregatiuam claritatem. et claritas icor
porata nigredini ipam reducit ad medi
ocritatem. ex dominio ergo partium ter
restrium et igneaꝝ viridis color gene
ratur. Et q̄uis folia fructus et gramīa
virescant. flores tamen virides raro vl
nunq̄ inueniunt̄. qd accidit ppter sub
tilitatem materie florum in qua si p̄do
minantes partes fuerint aquee ꝛ aeree
erit color albus. Si vero aquee cū igne
is p̄ualuerint erit color glaucus vel palli
dus aut citrinus. Si autem preabunda
uerint ignee partes aereis erit color ro
seus. et si preualentes partes aquee cū
terrestribus erit color blauius vel viola
ceus. Si autem eque p̄ualuerint partes
ignee cum terrestribus posset quidē fi
eri color viridis vel niger. sed talem cō
mixtionem subtilitas materie floris vel
rarefactio nō admittit. et ideo flores nō
virescunt generaliter nec nigrescunt Est
ergo color viridis inter rubedinem me
dius et nigredinē delectans visum et ad
sui aspectū oculoꝝ attractiuus. acie visus
cōfortatiuus et repatiuus. vñ cerui ꝛ a
nimalia agrestia alia loca virētia dili
gunt et frequētant. nō tantū ppter pa
stum. verū etiam ppter visum. et iō vēa
tores viridibus vestimētis semper se in
duūt. qꝛ ppter aspectū viroris quem bes
tie naturaliter diligūt minus venatoꝝ
insidias expauescūt. vt dicit Bal.

Capitulū XIX

De colore liuido

c Olor liuidus ex ptibus aqueis et terrestribus p̄dominantibus generatur. nam talis color i re-bus habentibus humorem grossum ꝛ fri-gidum generatur. vtꝫ in violis ꝛ plūbo. plumbū tamen naturaliter est albū q̄ꝫ/uis supficialiter sit liuidum. vñ ex eo fit cerusa. vt di. cōmen. sup. iiij. methe. Vñ color liuidus signum est frigiditatis do-minantis. qꝛ liuidus color in vrina est si-gnum extinctionis naturalis coloris et mortificationis alalis. sicut di. Egidi⁹ Membroꝝ liuiditas monstrat humorē mortificatū. Signat enī multas alias passiones sicut ibi sequit. Partus enī triti-eus medius morbusq̄ꝫ caducus. Al-chites sinochus vene rupta catarrus. Coste pulmonis vitiū dolor articularis. Consumptiua ptisis vis extinctiua ca-loris. sint tibi liuoris cause.

Capitu. XX

De colore liuido

c Olor ergo liuidus ē malus in a-nimatis corpibus. nam vl signat dominiū frigoris calorem natu-ralem extinguentis ꝛ naturam mortifi-care inchoantis. vel supabundantiaꝫ me-lancolici sanguinis colorem omnino et cutis supficiem viciantis vel cordis an-gustiam. calorem sanguinis ad interio-ra reuocantis. vtꝫ in inuidis vel doloreꝫ casus siue cōcussionis sanguinem inter-cutaneū corrumpentis vtꝫ in fustigatis in quibus humor intercutaneus p ma-liciam corruptus cuti infert corruptiō-et infectiōem. vt di expositor super. i. ca. li. ysa. ibi vulnus liuore ꝛc. Vl signat spi-rituū et naturalis caloris defectionem et depaupatiōem. vtꝫ in ydropicis et hu-ctis ꝛ cōsumptis. vt di. Egidius. Signat etiam dolorem articularem. nam dolor arthreticus ꝑpter neruoꝝ sensibilitatē in quibus radicaẜ magis est dolorosus ꝑpē qđ cōfluunt spūs ꝛ humores ad locū do-loris ꝑpter qđ aliū humores remanēt mi-nus calidi ꝛ minus p ꝯsequens colorati Omēs aūt causas liuiditatis enarrare nō expedit in p̄senti opusculo. sed tange-re solū ꝛ ad memoriam reducere sufficit que a maioribus nostris copiosissime sūt tractata. Raro aūt nemini liuoreꝫ signa-re aliqđ bonū nisi prius viride vel nigruꝫ opatione nature mutetur in liuidū. ꝛ de liuiditate in rubeū siue citrinū. nam tūc signū est φ natura cōtra morbū victori-am obtinet ꝛ triūmphū. Vñ Egidi⁹. Li-uidus prius si post rubeus videaẜ. Con-surgit cerebri natura vigor rēpatur.

Capitulū XXI

De colore indico

c Olor indicus siue venetus est color blauius liuiditatem exce-dens in pulchritudine ꝛ vigore. plus habens aqueitatis et aereitatis ad mixtum cū ptibus terrestribus ꝛ vnituꝫ q̄ꝫ liuidus. et talis color est celestis pro-pter dominiū aereitatis in supficie per-spicui materie scꝫ pure et transparentis vtꝫ in saphiris orientalibus ꝛ iacinctis. talis etiam color repitur in lazurio. Sꝫ de hoc quere supra i tractatu de gemmis et de lapide lazuri.

Capitulū XXII

De nigredine

n Igredo est priuatio albi in per-spicuo. sicut amarū est priuatio dulcedinis in humido. vnde vi-detur φ albedo est prima origo coloꝝ. sic dulcedo est principiū sapoꝝ. vt di. Aresto-te. in li. de sen. et sen. Idem di. Aresto. li. xix. Color niger non est nisi priuatio claritatis. Generatur aūt nigredo ex lu-ce pauca ꝛ obscura in pspicuo ꝛ obscuro et impuro incorpata. Et iō nigredo est spūs visibilis aggregatiua et eiusdeꝫ re-pcussiua. ꝑpter qđ ledit visuꝫ ꝛ hebetat qñ nimis est intensa. vtꝫ in diu incarceratis qui exeuntes de carcere parum vident. Fundatur aūt nigredo qñq̄ꝫ in substan-tia humida ꝛ calida. qꝛ caliditas dñans denigrat substantiam humidam. vt ē vi-dere in lignis hūidis ꝛ exustis. Quādo-q̄ꝫ in substantia sicca ꝛ frigida. qꝛ frigidi-tas dñans subām denigrat siccam et hu-midam facit albam. vt di. Aui. Unde ni-gredo qñq̄ꝫ causaẜ a frigiditate. ꝛ ē signū

mortificationis. Quādoqꝫ a caliditate. ⁊ tūc est signum adustionis. et iō nigra vrina diuersa potest signare et aduersa sic̄ di. Egidius. quādoqꝫ enī signat solutiōem q̄r tane ⁊ sic ptendit sanitatē. aliqñ signat adustiōem ⁊ mortem vt in acuta febre. Vñ Egidius dicit. Nigrior vrine faci es incōmoda febris. Quartane soluit: mortem pretendit et vrit. In febre fert mortē nigra fetida paucula pinguis ⁊c. Sunt quidam colores picture opibus cōgruentes. quorum quidam in venis ter/re nascunt vt sinopis rubrica meliū mi/nium auripigmentū et hmōi. Quidam arte cōponuntur.

Capitu. XXIII

De sinopi

s Inopis est color rubeus in pon/to primitus ad inuentus iuxta si nopim ciuitatem a qua nomen sic accepit vt di. Isi. li. xviij. Huius spe/cies tres sunt. prima rubra. et minus ru beus. et inter has media. vt di. idem. Ru/brica dicit q̄r rubra. pxima colori sāgui neo. vt dicit idem. gignitur in pluribus locis. sed optima est in ponto. vñ et pon tica appellatur.

Capitulū. XXIIII

De sirico

s Iricū pigmentū est vñ fit color phenicens. quo librorum capita scri buntur. Et colligitur in littori/bus rubri maris in phenice. et inter ficti cios' hic color reputatur eo q̄ fit aliqñ ex sinopide ⁊ sandice sil' mixtis vt di. Isi.

Capitulum XXV

De minio

m Iniū est color rubeus cui' ma teriam greci apud ephesum pri/mo inuenerunt. In hispania hu iusmodi pigmentum p̄ ceteris regioni/bus plus abundat. vt dicit Isido.

Capit. XXVI

De cinobrio

c Inobriū qd̄ greci cinabarin di/cunt a dracone et a barro elephā te est vocatum. Aiunt enim draconū m esse sanguinem dum implicant elephā/tes. ruunt enī belue ⁊ dracones obruūtur quorum fusus cruor terram inficit. fitqꝫ pi gmentum quicquid solum tinxerit. est autem puluis coloris rubri vt di. Isi.

Capitulū XXVII

De prassino

p Rassin creta est viridis vnde fit co lor viridis sicut porrū. crescit autem optima in lybia cyrenen si. vt di. Isi. Crisocana est vena prassini coloris sic dicta q̄ cum ea aurum dicit inueniri. hec in armenia crescit sed pro/babilior est que crescit in macedonia. fo ditur in metallis eris cuius inuētio ar/gentum atqꝫ indicum pdit. Nam vene eius cum his habent nature societatem vt dicit Isidorus.

Capitulū XXVIII

De sandaracha

s Andaracha nascitur in topaziō insula maris rubri. et est coloris cinobrij. sed odoris sulphurei. Inuenitur autem in metallis aureis ⁊ argenteis. et est tanto melior q̄nto rufi/or. et q̄nto plus sulphur olet. q̄nis et ce rusa si in fornace torreatur in sandara/cham cōuertatur. Cuius color est flame us. q̄ si torreatur equaliter cum rubrica sandicem reddit. vt dicit Isido.

Capitulū XXIX

De arsenico

a Rsenicum auripigmentum di citur ob colorem auri. colligitur in ponto ex aurata materia qd̄ in aureū colorem transit purius est. et gra/ciles habet venas et qd̄ pallidus est. per' iudicatur. de hoc quere supra in tractatu de venis terre de auripigmento.

Capitulum XXX

De occa

o Cca nascitur in topazion insu/la. vnde venit et sandaracha. Fit tamē q̄nqꝫ ex occa adusta rubri/ca mollis oui luto circumlinito. que q̄/

AA

to magis in camino arserit tanto melior
fit. vt dicit Isido.

Capitulum XXXI

De indico

Ndicum in cannis indicis limo
i infixis inuenitur spuma adherē
te limo. Est autem coloris pul/
chri et aerei mixturam purpure et ceru/
lei mirabilem reddens. Est alterum ge/
nus in purpurariis officinis spuma in/
natans quam confectores detrahunt et de
siccant. vt dicit Isidorus.

Capitulū XXXII

De atramento

Tramentū dictum est eo q̄ sit a
a trum cuius species necessaria est
quotidiano vsui picture. et inter
ficticios cōputatur. Fit enim ex fuligine
multis modis sup ardentes tedas huic
pictores cū aqua miscent gluten vt illu/
strius resplendeat. Quidam enim carbo/
nes sarmentorū veterū tritos cū glutino
addunt. alij fecem vini nigri exurūt. nl'
tis etiam fit alijs modis vt dicit Isido.
Cum atramento aūt temparatur incaustū et
acuitur. Habet aūt multas virtutes vt3
in plateario. quere supra de venis terre
libro. xv.

Capitu. XXXIII

De melino colore

Elinus color est candidus cui'
m materia inuenitur in melos insula
que ē vna de cicladibus. et iō me
linus est dictus. vt dicit Isi. pter nimi
am autem pinguedinem pictores eo nō
vtuntur. vt dicit Isido.

Capitu. XXXIIII

De stibio

Tibium est color ficticius vl' fa/
f ctus ex cerusa et quibusdā alijs
mixtis. cum quo mulieres facies
suas sophisticant et colorant.

Capitulū XXXV

De cerusa

Erusa ex vapore fortis aceti ta/
c bulas plumbeas sup sarmēta al/
ba locatas pfundentis generatur
quere supra de plumbo. Eodē mō fit es
viride siue calcantum qd̄ populus viride
greci vocat. s. ex vapore fortis aceti eneas
laminas pfundentis. nam ex aceto cor
rumpitur eris supficies et conuertitur in
eruginem et inde color viridis pcreatur
Valet ad carnem mortuam corrodēdā.

Capitulū XXXVI

De purpurea

Purpurea a puritate lucis ē di
p cta. qr in his regionibus gignitur
eius materia quas solis cursus
illuminat pius et illustrat. Hic color la
crimis sanguineis effludentibus a qui/
busdam cocleis ferro diuisis acuitur et me/
lioratur. vt dicit Isido. li. xix. in capi. de
tincturis. Sunt et alij colores multi ta3
simplices q̄3 compositi quibus vtūtur pi
ctores et tinctores. sed iam dicti sūt me
liores et nobiliores. et ideo nunc de eis
sufficiat. De his omnibus tractat Pli.
li. xxv. ca. xiij. vsq3 ad. xxxiij. Et Isido.
li. xviij. et. xix. Dicuntur autem tincto/
res pannorum et lanarum ob nitoris grati/
am coloratores. vt dicit Isi. lib. xix. Pi
ctores vero sunt imaginum et rerum simi
litudinum picture artificio expressores
Est autem pictura dicta quasi fictura.
Est autem imago ficta non veritas. hec
et figura dicitur quia quodam colore fi
cto est linita nihil habens fidei et verita
tis. Unde et sunt quedam picture q̄ cor/
pora veritatis studio coloris excedūt et fi
dem dum augere contendūt ad menda/
cia puehunt sicut qui chimeram tricipi
tem pingunt. Picturam autem egip/
tij primitus adinuenerunt vmbra homi
nis lineis circūducta. deinde simplicibus
coloribus et post diuersis sicq3 paulatim
ars ipa se distinxit. et inuenit lumen et
differentias colorum ac vmbras Et nūc pi
ctores prius quasdam lineas et vmbras
future imaginis ducunt. deinde coloribus
complent inuente artis ordinem adhuc
sequentes. vt dicit Isido. libro. xviij. in
cap. de picturis.

Capit. XXXVII

De odore

Post colores de odoribus est dicendum. Odor itaque est fumosus vapor a substantia rei resolutus qui mediante aere ad cerebrum attractus est sensus olfactus immutatiuus. nam odor immutat olfactum. quemadmodum color visum. vel sonus auditum. vel quemadmodum sapor gustum proprium. Proprium enim est sensuum a suis sensatis et obiectis proprijs immutari et delectari in eis ac perfici si fuerint medij. contristari vero et destrui si extremi vt dicit in libro de sen. et sen. Est itaque odor rei proprietas sensu fumo medio perceptibilis. Ad hoc autem quod odor perficiatur et informetur in organo sensus quattuor ad minus requiruntur scilicet caliditas resoluens. materie subtilitas actioni caloris resoluentis obediens aerea puritas deferens. nerui vel cerebri conformitas. vaporem resolutum nature sensu percipiendo admittens vel abhorrens. Calor igitur resoluens fumos vaporabiles causa odoris est efficiens. vapor resolutus est materia obediens. qualitas vero fumi resoluti aeri deferenti se incorporat et in suam similitudinem ipsum alterat et informat. Informatus vero aer qualitate fumi neruo odorabili subiecto se applicat. et sibi incorporati fumosi vaporis similitudinem representat. cuius complexioni si similis fuerit miro modo cerebrum recreat et delectat. Si vero e contrario inficit et contristat. et ideo aromatica que proportionem complexionalem habent et armoniam cum natura ipsum reparant atque iuuant. fetida vero ex causa contraria aggrauant et molestant. Calor itaque resoluens odorem efficit. et econtrario frigus constringens odorem impedit et offendit. quia mouendo ad centrum subtiles substantie vapores per aera se diffundere non permittit. propter quod nec sterquilinia fetent in tempore hyemali sed potius estiuali. Similiter substantie varietas seu subtilitas obediens calori resoluenti odorem causat. Econtra vero grossicies materie odoris diffusioni obuiat et repugnat vt in lapide cuius naturalis compactio et frigiditas sunt in causa quare neque redolet neque fetet vt dicit Auicenna. Tertio aeris consistentia confert sensibiliter ad odorem nam si rarus fuerit et subtilis de facili odoris materiam scilicet fumum vaporabilem recipit. sed propter eius euentationem et rarefactibilitatem permanere in se eius redolentiam longo tempore non permittit. Econtrario vero si densus fuerit aer et compressus vapores bonos et malos tardius recipit. sed post eorum impressionem ipsos euaporare ita de facili non permittit. vt dicit idem. Quarto organi qualitas seu dispositio ad odoris iudicium potissime operatur. si vero fuerit neruus insensibilis in quo percipitur olfactus vel male complexionatus vel lesus casu aliquo seu corruptis humoribus oppilatus vel omnino peruertitur vel subtrahitur iudicium odoris. Primum patet in melancolicis et alijs male complexionatis qui loca fetida diligunt. odorifera vero et aromatica fugiunt. Secundum autem patet in mutilatis qui neruos sensibiles et odorabiles habent lesos. et ideo odores non sentiunt. Tertium autem manifestum est in poliposis et leprosis qui naribus a viciosis humoribus opilatis inter odoriferum et fetidum vix discernunt. Fumus igitur a rei substantia resolutus materia est odoris. vnde secundum varietatem fumi odorum differentia variatur. Distinguit autem ysa. in diet. tres species fumi Est enim fumus quietus et quasi nullius motus in aere vt fumus a lapide resolutus qui eius complexionem non declarat positiue sed per priuationem odoris et absentiam ipsum habere substantiam grossam et frigidam manifestat. Est et alius fumus habens velocem motum in aere. et hoc accidit ex calore resoluente substantiam. que si fuerit valde pura et defecata. erit odor valde aromaticus et suauis vt in mirto et musco et in ambra. Si vero fuerit substantia impura multis fecibus intermixta. erit odor malus et nature horribilis. Et hic odor diuiditur dupliciter in grauem scilicet et fetentem grauis odor ex calore adhuc naturaliter se habente

in aliquo et iam corrumpi incipiente generatur. vt3 in piscibus diu reseruatis sine sale. Et si tertio fumus mediocris a calore mediocri resolutus. et ille vel ex pura substantia vel impura. si ex pura erit mediocriter aromatiens vt3 in pomis. violis et rosis. si autem fuerit ex substantia impura ptm erit fetidus vt3 in aloe et absinthio et sulphure 7c. Causatur ita / q3 odor aromaticus a calore ptes subtiliores et puriores resoluente aere ipsarum fumos ad cerebrum deferente sicut feror vel grauitas ex eodem ptes grossiores et corruptiores a rei substantia dissoluente effectiue generatur, vnde p isto effectu ex actione caloris consequente omne aromaticum calidum ab autoribus solet dici. multa autem sunt substantialiter frigida vt est videre in aceto. camphora et rosa. que tamen sentiuntur aromatica. et hoc fit pter substantie eorum puritatem cuius partes subtiliores resoluuntur et diffundunt in aere per calorem. Sunt autem due odorum extremitates aromaticus. sc3 et fetidus inter quos et si inueniatur odor recte medius et eque distans ab extremis fm roem vel fm intellectum neque q3 tamen actualiter pcipitur fm sensum. vnde dicit ysa. in diet. Odoratus non percipit mediocres odores. sicut nec pisces pcipiunt medios colores. Carent ei pisces palpebris pter qd spiritus visibilis continue dispgitur vnde non sufficit ad medii coloris pceptionem. De odorato quoq3 eadem est ratio, vt dicit idem. nares enim patule sunt et continue dispgitur spiritus odorabilis, ppter qd debilior efficitur adoratus. et ideo medios odores minus capit nec est grauis odor recte medius inter aromaticum et fetentem q2 grauis sub fetido continetur. et nō differt ab eo nisi q2 magis remissius est. et fetidus amplius est et intensus. Sub eadem igitur specie continent sicut albedo intensa et remissa. et ideo si duo odores extremi. s. fetidus et aromaticus in equali pportione pariter misceant. non fiet vnus medius odor et eque distans i mixto fm sensum, vnde aromaticum prius pcipit sensus olfactus q3 fetidum. quia in aromatico delectatur. et fetidum refugit et abominatur. Ex quo pt3 q2 non efficiatur vnus odor medius de extremis pceptibilis fm sensum, vt dicit ysa. Qd autem bonus odor citius penetret ad spiritum animatum q3 malus, pt3 q2 substantiu boni odoris virtutem naturalis caloris in se continet qui grossiciem eius mūdificat et subtiliat vt leuitate sui dissoluta flatu aeris valeat citius ad cerebrum pertransire. Malus vero odor non sic q2 in eius subiecto actio nature iam defic. vnde supfluitas eius grossa in eo remanet coagulata. et ideo difficilius pōt cū fumo dissolui. nec ita cito penetrat ad spiritum odorabilem qui in pfundo cerebri ventriculo latitat vbi spūalis et subtilis fumus citius penetrat siue perforat q3 grossus et terrestris.

Capit. XXXVIII

De effectu odorum

c Irca effectu3 odorum diuerse fuerunt positiones. Dicebāt eni3 antiqui rerum naturas et substantias ita cognosci odore simpliciter quemadmodum et sapore. Dixerunt enim res acetosas odore comphendi. similiter et acutas. sed fallebant. Id enim odori attribuebant qd erat tactus nullus enim est sensus cui tactus non sit annexus. et ideo morsuras et puncturas non pcipit odoratus. sed potius tactus qui odorandi organo est admixtus. sicut oculus clausus sentit morsuram collirii non visu sed tactu. Alii vero asserebant nullā rerum noticiam posse haberi per odores videntes enim quasdam res frigidas esse odoriferas vt rosas. quasdam vero calidas nullius esse odoris vt piper. putauerunt res non posse dinosci aliqualiter p odores. Sed hi fallebantur. Non ita q3 odor fit simpliciter vel ex calore totali vel partiali. nam rerum alie sunt simplicis substantie. alie composite. Si res est simplicis substantie et est odorifera odor ille fit ex odore totali quia tota rei substantie est calida vt3 in musco. Si vero composite est substantie et est odorifera. odor ille fit ex calore partiali. Lex ca

lore quarundam partium, nam quedam sunt ibi partes calide scȝ ignee que dif-fuse p superficiem ruborem inducunt ꝛ odo-rem. vnde si rose ponantur in aqua cali-da ignee ptes resoluunt et rubeus color apparet cum odore. Sed alij sunt quorū sententia approbatur qui dicunt rerum substantias cognosci p odores minus tñ ꝙ p sapores. nam ad linguam diriguntꝰ sex lacerti quibus multū transfunditur de spiritu animali quo pfecte res gusta-ta potest comphendi sed ad instrumentū odoratus non venit nisi vnus lacertꝰ tā-tum p quem parum de spiritu descendit qui non ita pfecte naturam potest comp-hendere. Preterea a re odoranda nō re-soluitur nisi quedam subtilis fumositas que admixta aeri cū ipsa ad organū odo-ratus attrahitur. vnde ꝛ spūs p fumosi-tatem illam rerum naturas non discer-nunt ita bene. sed ad instrumentum gu-stus tota res gustanda intus et extra gu-stui substantialiter applicatur. ꝛ ideo de re verius iudicatur p saporem ꝙ p odo-rem. Recolligitꝰ itaqȝ ex pdictis ꝙ odor est rei pprietas siue qualitas pceptibi-lis odoratu. vt di. ysa. Nam a re odora-bili resoluitur quidam fumus p calorem qui tanqȝ quedam spūalitas admixtus aeri ipm inficit ꝛ immutat. et sp̄s sis ala-lis ibi existens intra nares in quibusdā caruncubis ad modū vberū māmillarū ibi dependentibus ab eodē fumo imutatꝰ qui immutatus recurrit ad cerebrū ꝛ re-psentat talem anime immutationē Est itaqȝ odor sui obiecti manifestatiuꝰ. spi-ritus animalis immutatiuus. suiꝗ pius p aera diffusiuus. ad interiora cerebri per flatum aeris vel attractū penetratiuus suo calore humorū consumptiuus. ꝛ flu-xus nociui restrictiuꝰ. sua puritate spi-rituū repatiuus. sua virtute debilitatis cordis confortatiuꝰ. aeris in suam simi-litudinem conuersiuus. fetoris repcus-siuus. et putredinis palliatiuus. delecta-tionis in sensu animaliū sicut ꝛ hominū causatiuus. Nam pisces diligūt aroma-tica ꝛ fugiūt fetida. similiter et apes. vt dicit Aresto. sicut et formice sulphuris odore effugantꝰ sola venenosa aromati-ca detestantur. vnde serpentes odorē ru-the abhorrent. bottaces vinee florētis re-dolentiam non sustinent.

Capitu. XXXIX

De fetore

Fetor est ex re corrupta vapore re-solutus aerem inficiens contri-stans spūm animalem et corrū-pens. Nam sicut odor aromaticus odo-ratum reficit ꝛ delectat. sic fetidus spūm odorabilem inficit et contristat. Nā vt dicit ysaac. Fumus a re male complexi-onis resolutꝰ animato spiritui est incō-ueniens. nam in subiecto fetidi odoris multi sunt humores corrupti eo ꝙ natu-rales exierunt qualitates. et ideo cōple-xioni humani corporis repugnāt. vñ odo-ris horribilitas pretendit sue substantie corruptionem. que contingit aut proptē innaturalem calorem. aut pter corrup-tam humiditatem. Nam quando calor innaturalis humorū facit ebullitionem causa est putredinis et fetoris. horū nu-trimenta corruptam et pessimam putre-dinem in stomacho generant. ex qua re-soluitur pessima fumositas q̄ caput gra-uat. quando sola corruptio humiditatis est in causa tunc odor nō fetens sed gra-uis generatur. Et omnia calida talia p-pter odoris grauitatem mali sunt nutri-menti. minoris tamen sunt nocumenti. q̄ꝫ que fetide sunt putredinis. vt dicit Gal. Et hoc est videre in piscibus recen-tibus qui dum retinent naturalem calo-rem. odorem grauem habent. ablato au-tem naturali calore efficiuntꝰ iam feten-tes. Qñ vero pisces decoquuntꝰ p super-fluе consumptiōem ꝛ corrupte humidi-tatis per calorem grauitas odoris tollitꝰ et sic eorum substantia p decoctionē nō solum in odore melior efficitur. verum-etiam in sapore. Fetor ergo est corrupti-onis nature ptestatiuus. defectus calo-ris naturalis ostensiuus. aeris infecti-uus. animalis spiritus corruptiuus. vo-mitus et nausee puocatiuus. doloris ca-pitis generatiuus. et totius complexi-onis distempatiuus. horroris et tristi-cie sensibus animalium inductiuus. et

ideo fugiunt pisces sportulas fetidas et
antiquas. recentes vero subintrant at/
q3 nouas. vt dicit Aresto. Similiter a
pes abhorrent omne fetidum. vt di. ide3
Ideo vulpes cuius fimus est valde feti
dus foueam taxi subintrat ⁊ eam defen/
dans ꝑ fetorem de fouea taxum fugat vt
dicit Pli. et sic supat ꝑ fetorem quē vin
cere non poterat ꝑ virtutem. Est etiā fe
tor spirituū et neruoꝝ infectiuus ⁊ ex na
turali consistentia in innaturalem alte
ratiuus. vt3 in leprosis. quoꝝ anhelit᷒ fe/
tidus sanos inficit ⁊ corrumpit. Est eti/
am fetor fetus animaliū in vtero extin
ctiuus. vt dicit Arest. ꝙ equa si sentit fe
torem candele extincte faciet abortiuu3
Pōt etiam fetor sic intendi ꝙ erit mor/
tis subite causatiuus. nam quedā est spe
cies serpentis cuius fetor subito interfi
cit rem se odorātē. sicut basiliscus visu i/
terficit se videntem. vt dicit Auicē. Ac
cidentaliter aliqñ autem fetor iuuat. nā
quedam sunt fetida medicamina. vt a/
loe caballinum et sulphur ⁊ asa fetida.
et hmōi. que in multis causis conueni/
unt medicine. nam odoris sui grauita/
te humores putridos siue ad putredinē
et fetorem dispositos ratione similitudi
nis attrahunt et extractos expellit. na3
natura abhorrens fetorem ꝓ medicine
fetide p̄sentiam irritatur contra ipam ⁊
ideo recolligit se totam vt contra suā di
micet inimicam Fetor itaq3. i. fetida me
dicina occasionaliter est expulsio fetido
rum et dum vnum fetidum assumit aliō
fetidum pariter cum ipo remouet. Si/
militer fetor lane vste vel filtri combu/
sti seu cornu caprini exustinaribus salu
briter apponunt vt sopor litargicus exci
tetur. vt dicit Constan. Nam spūs ab/
horrentes fetorem fugiunt ad interio/
ra cerebri vbi est causa morbi ex quorū
concursu iuuatur natura contra morbū
et ideo facilius digerit et dissoluit ma/
teriam apostematis que causa fuit false
somnolentie ⁊ soporis. vt dicit idē. Eo/
dem modo in causa matricis quando ni
mis eleuatur comprimendo spiritualia.
et fetida naribus et aromatica partibus
inferioribus vtiliter adhibentur. Nam

natura fugiens fetorem recurrit ad ma
tricem ⁊ sentiendo odorem inferius il/
lac tendit. et sic matricem ad locum de/
bitum secum ducit. Quamuis etiam
odor odori non cōtrarietur. aliquis ta/
men fetor alicui fetori cōtrariatur. ⁊ iō
fetor sterquilinij ex fetore allij effugat.
vbi etiam omnes fetent vnius fetor mi
nime sentitur quia vnus ab alio absorbe
tur. De reb᷒ autem odoriferis quere su/
pra in tractatu. xviij. de herbis et specie/
bus et plantis.

Capitulū XL

De sapore

Sapor autem est sensatum gustus
Sicut enim color est obiectum
visus. sic sapor est rei ꝓprietas iu
dicio anime se offerens ꝑ viam gustus.
Sapor itaq3 est rei ꝓprietas solo gustu ꝑ
ceptibilis. hoc autem dico in principio
quia alio modo iudicant de saporibus et
saporu3 principijs philosophi ⁊ alio mo
do medici. Sed de illa murmuratiōe q̄
stionum nihil ad ꝓpositum. quia illas so
las saporum differentias et operationes ⁊
causas hic inquirimus put sacre scriptu
re conueniunt ad eliciendū ex vaporꝭ ꝓ
prietatibus aliquos mysticos intellect᷒
vñ ad p̄sens de alijs non curamus. Est er
go sapor ꝓprium obiectum gustus de cu᷒
p̄sentia sensus in organo gustabili dele/
ctatur vł tristatur. et s̄m ysa. in dict. Sa
porum octo sunt differentie. sc3 dulcis.
vnctuosus. salsus. amarus. acutus. aceto
sus. ponticus ⁊ stipticus. additur etiā his
insipidus. sic sunt nouem. sed abusiue di
citur sapor qr sapore caret. Pertinēt aūt
quinq3 ad caliditatem ⁊ calidam cōple/
xione3 sc3 dulcis. vnctuosus. salsus. ama
rus. acutus. relique frigide sunt comple
xionis sc3 ponticus. stipticus. acetosus ⁊
insipidus. Duo autem sunt que faciunt
saporem. s. complexio et substantia. ⁊ sub
stantia est triplex. s. grossa subtilis ⁊ me
diocris. Complexio itaq3 calida et hu/
da in scđo gradu cum grossa substan/
tia facit saporem dulcem. Calida vero ⁊
humida in fine secundi gradus cū subti

li substantia facit vnctuosum. et dicitur vnctuosum subtile q̃tum ad transitũ. q2 de facili transit in fumũ. Habet autem actualem grossiciem ratione cuius est opilatiuum. sed potentialem habet subtilitatem in substantia rõne cuius est velociter transitiuũ. Complexio autẽ calida et sicca in fine secundi gradus cum mediocri substãtia facit salsum. calidũ ꝛ siccum in tertio gradu cum grossa substãtia facit amarum. Sed complexio calida et sicca in quarto gradu cum subtili substantia facit acutum. et ita sup calidi tatem fundanť quinqꝫ sapores. Frigida autem et sicca complexio in tertio gradu cum grossa substantia facit ponticum qualis est in fructibus immaturis. Frigida quoqꝫ et sicca in secundo gradu cũ mediocri substantia facit saporem stipticum. qualis est in rosis ꝛ in coctanis maturis. Frigida autem et sicca in secundo gradu cum substantia subtili facit saporem acetosum. Frigida vero complexio et humida in primo gradu cum mediocri substantia facit saporem insipidum. qualis est in albumine oui. Patet ergo q̃ tres sapores sunt testimonia subtilis substantie. s. acutus. vnctuosus. ꝛ acetosus. et sunt tria testimonia grosse substãtie scilicet ponticus. amarus. et dulcis. Similiter tres sunt sapores testimonia substãtie mediocris scꝫ stipticus. salsus et insipidus.

Capitulũ. XLI

De pura dulcedine et eius effectu.

d Ulcis itaqꝫ sapor generatur ex temperata caliditate et grossa substantia. vnde dulcedo lingue apposita moderate aperit. moderate calefac̃. moderate humectat vnde grossicies substãtie moderate subintrans poros apertos diu ibi manet. et ideo anima in tali temperantia gaudet. Unde plus delectatur natura in dulcedine q̃ in alijs saporibus. preterea nulla res est ita temperata et affinis humane complexioni equali sicut dulcedo. et ideo humana complexio que est vicina temperantie equali in dulcedine sibi simili delectatur.

Capitulũ XLII

De sapore dulci

a D dulcem autem saporem faciendum quattuor conueniũt elementa non tamen equali ꝓportione. ignis enim et aer superabundant. vnde ex igne calor et ex aere humor innascitur. que duo scꝫ calor et humor necessaria sunt ad cuiuslibet rei generatiõẽ. Calor autem temperatus agẽs in humorem ipsum calefacit dissoluit et depurat ab humore terrestri et substantia mollificatur. vnde partes ignee et aeree augmentantur et humiditas inspissatur. et sic grossa substantia in qua fundatur dulcis sapor generatur. Unde dulcis sapor quando caret omni macula acuminis oĩbus saporibus suauior est. vt dicit ysa. quia eius natura sanguini est vicini. et ideo letificat et mundificat. nocumentũ gustus humectat temperate sine labore nature. Est autem dulcedo aliquãdo pura quattuor qualitatum mediocriter cõtentiua. vtꝫ in zucaraƚ. aliquando est viscositati et grossiciei admixta. vtꝫ in dactiƚ. aliquando acumini coniuncta vt in melle. Prima dulcedo maxime conueniens est nature. sed aliquando accidentaliter nocet nature quando scilicet natura plus recipit q̃ digerere possit. et tũc solet esse causa alicuius opilationis. q̃a dulcium superfluitas in poris venarum inuiscatur. Dulcia itaqꝫ mollificant mẽbra. lauant. colant et mundificant. parũ naturaliter nutriunt. accidentaliter autem multum. Mollificant quidem q̃a humiditas materiam mollem reddit. caliditas tẽperate soluit. vnde materia q̃ prius erat spissa. modo mollificata. dissoluta abstrahitur et mundificatur. nutriunt autem parum naturaliter. quia dulcia grossa sunt in subã et sua grossicie poros penetrare nõ pñt. et ora venarũ opilãt et cito satiãt. accidẽtalr tñ multum

nutriunt. qꝛ dulcia humane nature sue
complexioni sunt similia et amica. ⁊ quoniam
in magna q̄ntitate assumūtur. et qꝛ gros
sa sunt in substantia calorē agēs in ea mul
tum sanguinem generat et ille sanguis
multum nutrit. Dulcedo vero que visco
sitati est admixta multum quidē nutrit
sed multa tamē nocumenta generat ac
cidentaliter ⁊ inducit. vt dicit ysa. quia
talis dulcedo opilatiōem generat ⁊ pu
tredini de facili appropinquat. inflatio/
nem et rugitum generat. febrem inter/
polatam facile cōmouet et suscitat ⁊ co/
lericam inflationem' cōcitat vel augmē
tat. Est igitur dulcedo pura et p alicui⁹
rei admixtiōem non infecta inter sapoꝝ
differentias sensus maxime delectatiua
nature amica et ei potissime assimulati
ua. deperditorum in corpore facilius repa/
ratiua. virtutum et spirituum debilium
maxime confortatiua. omnium mēbroꝝ
p̄cipue nutritiua. Dicitur enim ysaac.
Proprius nutrimenti sapor dulcedo est.
si sua substantia aliquam habuerit vis/
cositatem. stabilis enim est in membris
vnde non de facili est in membris disso/
lutionis receptiua nec nutriunt aliqua
que dulcedine non sunt mixta. vnde ⁊ sa
pores dulcedini contrarij ꝓpter contrari
etatem quam habent ad humanā cōple/
xionem parui aut nullius sunt penit⁹ nu
trimenti. Ex cōmixtione tamen sapoꝝ
inter se cōtrarioꝝ vnus bonus sapor me/
dius generatur in quo latitat dulcedo
ratione cuius ille sapor medius nature ꝯ
ueniens est corpis nutritiuus vtꝫ in sal
samentis. et etiam in pigmentis in qui/
bus cōtraria recipiunt̄. Vñ pꝫ q̄ dulce
do omniū sapoꝝ delectabiliū est origo si
cut albedo omniū coloꝝ est principiū. vt
dicit̄ in li. de sen. et sen. vbi dicit̄ nigre/
do est priuatio albi in ꝑspicuo. sicut ama
ritudo est priuatio dulcedinis in humi
do. Dulcedo adhuc est spiritaliū mem/
broꝝ amica qꝛ ipsoꝝ est lenitiua. et omīs
asꝑitatis mitigatiua. clarificatiua voc̄s
et arteriarū ab omni sup̄fluo purgatiua
cannaliū pulmonis ⁊ meatuū pectoris a
ꝑtiua. et omnium inmūdiciaꝝ vuule et
gutturis abstersiua. catarri et humoris
sup̄flui circa spiritalia dissolutiua. ⁊ om
nium organoꝝ vitalis spiritus ad debi/
tam cōsistentiā reductiua. omnis tumo
ris squinantici repressiua. ⁊ suffocātis hu
midi etiam in membris spiritalibꝫ con
sumptiua. Sunt aūt quedam dulcia q̄
occasionaliter multoꝝ maloꝝ sunt corpo
ri illatiua. sunt enim vnctuositatis ⁊ in
flationis generatiua. Cum enim maior
est ex calore dulcis resolutio q̄ꝫ sit humi
di resoluti incorporatio vel saltem ꝯsum
ptio. necesse est ibi fieri multi vaporis
fumosi generatiōem et sic loci ex vapore
distensio et p consequens inflatio dolor
et gurgulatio contingit. Item ex eadēꝫ
causa dulcia sunt appetitus debilitatiua
qꝛ substantie sue grossicie cito sunt vacui
stomachi repletiua et meatuū oppilati/
ua. Item colere rubee augmētatiua. naꝫ
cum sint calida calidi humoris sunt exci
tatiua. et ideo obsunt illis qui ex cā cali
da et intensa patiūtur. Item putredis
et corruptionis sunt inductiua. qñ enꝫ
supabundans calor supabundanteꝫ hu/
miditatem dissoluit. ⁊ consumere totuꝫ
vel digerere nō sufficit corruptam mate
riam derelinquit. Item splenis renū ⁊ e
patis sunt oppilatiua. ⁊ hoc accidit qꝛ sua
grossicie substantiali subtiles poros illa
rum regionum obturant. vel qꝛ partes
ille ratione dulcis plus desiderant q̄ꝫ di
gerant vel consumant. et ideo ex supfluo
humore attracto et non digesto nec ali
as euacuato ille partes merito oppilan
tur. Item dulcia ratione p̄dicta sūt cal
culi generatiua tam in renibus q̄ꝫ in vesi
ca. nam qñ ille partes rōne dulcedinis
sibi attrahūt hūores cōsiles que subtili
ora sunt vel cū vrina educūtur vel vi calo
ris cōsumunt̄. vñ qñ plus attrahit̄ q̄ꝫ na
ture sufficiat. oportet q̄ vel vi nature qđ ē
supfluū expellat̄. vel qđ grossius est ibi re
maneat. ⁊ eliquato humore calore desic/
cante induratur. ⁊ pcedente tempe pau
latum putrificatur ⁊ induratū ē lapidis cō/
mutatur vt expsse dicit ysa. Idem etiam
de causis matricis occurrit. Ex p̄dictis
pꝫ q̄ dulcia nature sunt vtilia. aliq̄ ve/
ro sunt que videntur esse dulcia et tamē
sunt mortifera ⁊ nociua.

Capitulū XLIII

De sapore vnctuoso

Sapor vnctuosus generatur ex calido et humido in subtili substātia. ⁊ iō vnctuositas apposita lingue magis aperit et dissoluit et subtilis substantia magis subintrat. ⁊ q2 caliditas eius parum remouet a tēpamēto anima ipsius dulcedinem potest accipere et in ea maxime congaudere. Ad vnctuosū autem saporem pficiendum plus de igne ꝙ̄ alijs elementis conuenit. et post de aere. Maior igitur actio caloris in hūidum agens magis dissoluit et depurat. vnde aquose partes et terrestres minorantur et ignee cū aereis augmentant et inde sapor gignit vnctuosus. Sūt autem vnctuosa cibaria appetitus debilitatiua ⁊ fastidij inductiua quia accepta in stomacho resolusitur in fumositatem cuz aeree sint substantie que petit superiora replendo os stomachi ⁊ inducit fastidiū et diminuit appetitum. Item vnctuosa sunt supenatantia. leuitate enim sua eleuantur ad supiora. cum valde sint fumosa. Itez digestionis sunt impeditiua q2 vnctuositate sua villos stomachi replent ⁊ leniūt vnde cibi assumpti cū non possint decoqui crudi et indigesti emittūtur vnctuositate enī sua inuiscant cibos et lubrificāt. ⁊ ideo emittūtur anteꝙ̄ digerantur. Item parum sunt nutritiua. q2 ora venarum cito replent ⁊ parum de eis assumitur. ⁊ qḋ assumit ꝓpter sue substantie subtilitatem cito cōsumit. Item caloris sunt inflamatiua. ignis enim nō nutritur nisi aere mediante. vnctuosa vero cito in aeream substantiam transeūt. vnde illa vnctuosa que habent maiorem aquositatem minus ptinent ad naturaz aeris. et etiam minus bene nutriunt ignem vtz in axungia porcina que minus nutrit ignem ꝙ̄ ouina. q2 minus habet aereitatis in sua compositione ⁊ plus aquositatis ꝙ̄ ouina. Item febrilis caloris sunt nutritiua et ideo carnes phibentur in febre acuta q2 timetur vnctuositas intermixta qua calor febrilis irritat. Item splenis et epatis sunt opilatiua ꝓpter sui grossiciem actualem. nam propter suam dulcedinem cito attrahuntur et sua grossicie pori de facili opilanī. Itez doloris capitis sunt excitatiua. nā ex fumorum multitudine repletur caput. et miringe cerebri distendunī Item membrorum spiritalium sunt lenitiua. vtz ī butiro. Tamen quedaz vnctuosa nocēt pectori ꝓpter annexam siccitatem vt oleum nucum. q2 talia nō habent puram vnctuositatez Item dolor exteriorz sūt mitigatiua ⁊ duriciei mollitiua. apostematū maturatiua. ⁊ saniei generatiua. humiditate enī sua saniem generant q2 per ea plus dissoluitur ꝙ̄ consumatur. ex calore enim debili et humiditate multa fit sanies et corruptio.

Capitulū XLIIII

De sapore salso

Salsus sapor fit ex caliditate ⁊ siccitate in substantia mediocri vnde caliditas cum siccitate cum sit remota a tempantia multos aperit poros quia siccitas iuncta calori magis laxat. iuncta vero frigiditati magis constrigit et ideo eius substantia multum subintrat poros. et quia magna fit disgregatio partium et multa substantie subintratio anima in ipsius presentia non gaudet. Imo potius ipsum horret. Ad salsum autem saporem quatuor conueniunt elementa quadam tamen ꝓportione non equali. dominantur enim ignis et terra mediocriter tamen ex moderato igne fit moderatus calor. et ex moderata terra fit moderata siccitas. Ex moderato autem calore moderata fit ebulitio ⁊ excoctio humiditatis. vnde aquose ⁊ aeree partes dissoluuntur in igneas mediocriter ⁊ ex moderata siccitate moderate substantia desiccatur. et ita remanet substētia mediocris Unde salsus sapor habet fieri ex moderato dominio caliditatis ⁊ siccitatis in substantia medicri. Sūt aūt salsa mūdificatiua q2 sumpta interius calore suo et siccitate humiditatē dissoluūt. salsedine aūt ⁊ nitrositate sua stomachū ⁊ itestina mordificāt ⁊ sic mordificata mouēt vt dissoluta hūiditas emittatur ⁊ sic fit mūdifica

tio. Item dure carnis sunt mollificati/
ua. nam sua caliditate et siccitate super/
fluam humiditatem compactam resol/
uunt et relaxant. et sic mollificant. Itē
substantie mollis sunt induratiua. nam
sua caliditate ꝛ siccitate supfluam humi
ditatē consumūt. et sic ptes aereas plus
compingunt. Item substantie rei sūt de
puratiua et ꝑ cōsequens conseruatiua.
nam salsa inq̄ꝫtum hmōi q̄ꝫtum dissol/
uunt tantū cōsumunt. et ideo putredo a
liquo casu generata calore ꝛ siccitate sal
sedinis cōsumitur et annihilaē. Habꝫ in
sup salsedo multū terrestreitatis. vt di/
citur in diet. rōne cuius carnes indurat
et minus reddit aptas corruptiōi vt di
citur ibidem. Item scabiei et exteriorꝭ
sūfluitatis cutis et corpis sunt ablatiua
et hoc consumendo humores supfluos
tam superficiales q̄ꝫ intercutaneos ꝛ cu/
tem a supfluis abstergendo. Item tūo/
ris ydropici sunt repressiua et hoc ex ra
tione supradicta qꝛ desiccant et cōsumūt
omnia in talibus locis aggregata. Iteꝫ
morsus canis rabidi et alioꝝ venenosoꝝ
sunt curatiua et totius venenositatis ex
tractiua. vnde prodest cito lauare talia
vulnera in aqua salsa. qꝛ maliciam extra
hit et venenum vt dicit idem. Item caro
multum salsa ad tempamentū optimū
reuocaē si in aqua salsa ponatur. nec salse
do a talibus melius extrahitur q̄ꝫ ꝙ carꝫ
massa priuſ aliquo tempe in salsa aqua
tempetur. et hoc puto accidere rōne simi/
tudinis cum aqua salsa que ratione calo
ris accidentalis et naturalis in ipsa do/
minantis attrahit sibi simile quod inue
nit in substantia carnis salse. Item sal i
igne induratur. in aqua vero dissoluitur
et annihilatur. nec mirum qꝛ si congela/
tio et induratio facta est ꝑ siccitatem o/
portet vt salis dissolutio fiat ꝑ humidi/
tatem. sicut ptꝫ in sepo in quo fit indura
tio et congelatio ꝑ frigiditatem. et ideo
non est mirum si fiat resolutio ꝑ calidi/
tatem. De his quere supra in li. xvi. ð ve
nis terre in ca. de sale.

Capitulū XLV
De sapore amaro.

s Apor amarus fit ex caliditate in
tertio gradu. et siccitate in secū
do gradu in grossa substantia vnī
caliditas cum siccitate multū subintrās
multum disiungit. vnde instrumentum
leditur et fit sapor amarus abominabi/
lis gustui et cōtrarius ad cuius composi
tionem quattuor elementa conueniunt
ꝓportione quadam. sed magis inequali.
ibi enim ignis et terra dominantur. sed
plus est ibi de igne q̄ꝫ de terra. Uñ de ma
iori dominio caloris magna fit ebullitio
vnde aquee et aeree partes magis dis/
soluuntur in igneas et terrestres cōden
santur. sed qꝛ mediocre est dominium sic
citatis non attenuatur. ꝛ ita substantia
remanet grossa in qua ex actione calorꝭ
et siccitatis fundatur amaritudo. Omi
nia autem amara contristant gustū ma
gis q̄ꝫ aliqua alia que habent simpliceꝫ
saporem. qꝛ maxime faciunt continuita/
tis solutionem in lingua. licet autem a/
mara habeant minorem caliditatem q̄ꝫ
acuta. maiorem tamen faciunt solutio/
nem continuitatis ꝓpter sue substantie
grossiciem que se interponit et compri/
mendo maiorem efficit lesionem. Item
amara sunt colere purgatiua. vel quia co
lere sunt similia in complexione. vel qꝛ
colera cum sit porosa permittit amara su
os poros subintrare et diuidendo ptes
a partibus eam faciunt fluxibilem et co
leram liquefactam sic educunt. Itē ama
ra sunt appetitus excitatiua quia colerā
educunt que tanq̄ꝫ res leuis solet colli/
gi circa orificium stomachi ꝛ appetitum
debilitare. Ad hoc etiam facit amaroruꝫ
grossitudo quia comprimit cibaria i fū
dum stomachi et sic supiora inanita ci/
bum petunt. Item amara splenis ꝛ epa
tis sunt exopilatiua. nam calore suo po/
ros aperiunt. et humores dissoluunt et
grossicie sua comprimendo humores re
solutos educunt. Item amara sunt con
traria vermibus ꝛ lumbricoꝝ interfecti/
ua. nec mirum. qꝛ vermes illi de flegma/
te corrupto accidunt. de flegmateq̄ꝫ vi/
uunt. et ideo colerica ꝛ amara eis aduer
santur. quia colera flegmati contrariaē.
Itē spūalib9 mēbris sunt nociua et tā

p asperitatē substantie q̄ p intensam sic citatem eorūdem sunt exasperatiua. Itē amara in exterioribus sunt cōseruatiua si enim distem penē cum aliquo liquido habent illa tria que sunt necessaria ad cōseruatiōem. tantum enim cōsumunt q̄tum dissoluūt. et subintrant in pfundū acumine ꝛ calore suo grossam etiam habent substantiam ex qua rem iuuāt ꝛ faciunt eam minus passibilē. Item frigide artetice et paralisis sunt curatiua dissoluendo materiā ꝛ cōsumendo. Item frigide scabiei sunt desiccatiua. Itē meatuum renum ꝛ vesice sunt aptiua et calculi dissolutiua. matricis confortatiua et menstrualis supfluitatis puocatiua ꝛ eductiua. et ad multa alia sunt magis necessaria q̄ dulcia q̄uis gustui sunt nociua.

Capitulum XLVI

De sapore acuto

Sapor acutus fit ex caliditate et siccitate existente in quarto gradu cum substantia subtili vn̄ fit porop nimia apertio et ptium segregatō et q2 substantia eius est subtilis multū penetrat et subintrat vnde organum gustus suo acumine incendit. ad cuius pfectiōem quattuor elementa cōueniūt sed non equaliter q2 plus concurrit de igne et de terra q̄ de aliis. et ideo ppter dominium ignis acuta sunt et valde calida ꝛ a terra valde sicca. Ex maximo aūt dn̄io caloris maxima fit ebulitio ꝛ resolutio aerearū ptium et aquearum in igneas vnde ignee ptes acuūtur ꝛ ex nimia siccitate substantia desiccatur. attenuatur et subtiliatur. et ita fit acutus sapor ex magno dominio calidi ꝛ sicci in substātia tenui ꝛ subtili. Sunt aūt acuta corrosiua q2 valde sunt calida ꝛ sicca et fit dissolutio magna. et substantia subtilis ꝛ acuta subintrans ptes a ptibus disgregat ꝛ ita fit corrosio. Itē acuta sūt incisiua ꝛ dissolutiua q2 ꝛ q̄litate ꝛ subā dissoluūt ꝛ separant ptem a parte et pfunde intrant et ideo dissoluunt et incidunt. Itē virtutis appetitiue sunt confortatiua q2 mēbrorum cōsumunt supfluitatem. vnde post inanitis fit ratione vacui appetit᷑. mordicant etiam neruos sensibiles ꝛ pūgūt acumine suo. ꝛ sic pungendo excitant appetitum. Itē parum sunt nutritiua q2 ex nimia caliditate ꝛ siccitate potius fit adustio q̄ digestio. et ideo dant modicū nutrimentum. Preterea subtilis sunt substantie et ideo de facili consumuntur et a membris cito dilabuntur. Insuper nature sunt contraria et sua complexione et ideo quia abominabilia sunt non appetit ea natura sed potius abhorret et repellit.

Capitulū XLVII

De sapore acetoso

Sapor acetosus fit ex frigiditate et siccitate existente in gradu secundo cū substantia subtili. vnde acetosum lingue appositum qualitatibus constringit. substantia penetrat. et ita ex duobus cōtrariis actionibus fit sapor acetosus. ad cuius completionem quattuor elementa conueniunt quadā pportione sed non equali. Est autem ibi dominium aque et terre mediocre et ex mediocri dominio aque est ibi frigiditas mediocris. et ex mediocri dominio terre mediocris siccitas generatur. ex frigiditate autem reprimitur calor qui represssus modicam facit ebulitiōem. Un̄ igneas partes et aereas resoluit de facili ꝛ cōsumit tanq̄ subtiliores. terrestres autē et aquosas dissoluit. Sed pre sui paruitate eas consumere non potest. Un̄ partes ille subtiliantur sed non consumuntur. et ita frigiditas et siccitas dominantur cum subtili substantia et sapor gignitur acetosus acetosa puocant appetitū. quia ex frigiditate et siccitate motum habent ad centrum. Unde comprimuntur cibaria ad fundum et sic os stomachi euacuant. qui sentiens suam inanitiōem cibum appetit. Nam desiderium composita est opatio ex appetitiua virtute naturali et animali sensibili. Item soluūt ventrem plenum et constipant inanitū. Nam subtilitas substantie acetose inueniēs mltā humiditatē i stomacho icidit

eam et ſubtiliat. ⁊ ſic eum facit ad fluxũ
et euacuatiõem. Sed qñ ſtomachus eſt
vacuus puam inueniunt humiditatem
quam acetoſa deſiccant ſiccitate et ꝯſtri
gunt frigiditate. Item opilatiões ſple
nis et epatis aperiunt. qꝛ non qualitate
ſed ſubſtantie ſubtilitate humores ĩ po
ris aperiunt incidunt ⁊ diſſoluũt. Item
acetoſa ſpũalibus obſunt frigiditate
coartante ⁊ ſiccitate exaſperante. Itẽ po
ſita in exteriorib9 calidos humores re
percutiunt. Unde tibie inflate ex reten
tione menſtruoꝝ vel emorroidaꝝ in cali
do acetolote de facili detumeſcũt. de hoc
quere ſupra in tractatu de aceto li. xvij.
vbi tractatur de vitibus ⁊ de vino.

Capitulũ XLVIII

De ſapore pontico

ſ Onticus ſapor fit ex frigiditate
et ſiccitate exiſtente ĩ tertio gra
dũ cũ groſſa ſubſtantia. vñ ⁊ pon
ticum appoſitũ lingue cõſtringit ⁊ ſubſtã
tia intrans poros ptes cõdenſat ⁊ ita ac
currit ſapor qui ponticus appellat̃. Ad
ponticũ ſaporem pficiendũ quattuor ele
menta cõueniunt cũ maiori tñ inequali
tate qꝛ dominant̃ aqua terra ignis ⁊ aer
ſubſtant. Ex forti autem dominio aq̃ for
tis fit frigiditas et ex terra multa ſicci
tas. ideo non poteſt ibi fieri pfecta trãſ
mutatio cũ ibi ſit defectus caloris ⁊ hu
moris. vnde cũ frigiditas ⁊ ſiccitas ibi
habeant dominiũ neceſſe eſt vt ſubſtãtia
remaneat groſſa ex dominio frigiditatis
et ſiccitatis. Habet aũt ponticus ſapor ꝫ
ꝯtrariũ vt di. yſa. qꝛ ponticitas ꝯiuncta cũ
ſapore delectante magis delectat. et cum
triſtante magis cõtriſtat. cuius rõ hec ẽ
ꝙ ponticitas adiũcta rei dulci ⁊ vnctuo
ſe ſi ingrediat̃ poros facit illã dulcedinẽ
ibi diutius cõmorari ⁊ ita firmius impri
mitur tũc delectatio ⁊ diu durat. ſimile
eſt de humore cõtriſtante. Hinc ẽ ꝙ ca
ro que oſſibus eſt vicina iocũdiorem ha
bet ſaporem. Oſſa eñ ſunt melãcolica. ſ.
frigida ⁊ ſicca. Caro vo ĩ ſui natura dul
cis eſt ⁊ ſanguinea. et ita eſt ibi pontici
tatis et dulcedinis mixtio ꝓpter qđ ⁊ ma
ior delectatio. ideo etiam caro ceruina ẽ
iocunda et ſimiliter bouina qꝛ coniungi
tur ponticitas ex cõplexione melancoli
ca aialis ⁊ dulcedo ex pte carnis. e con
uerſo eſt de abſinthio ⁊ fumo terre quan
do cũ eis aſſociat̃ amaritudo magis cõ
triſtant guſtũ vt aloe vel aliquid ſimile.
Item pontica appetitũ excitant et poſt
prandiũ laxant. cuius rõ eſt compſſio ci
barioꝝ ad inferiora adinſtar torcularis.
ante prandiũ vo cõſtipant qꝛ cõſtrigũt
neruos ⁊ opilant meatus ⁊ ex ſubſtãtie
groſſicie et frigiditatis ⁊ ſiccitatis qua
litate. vnde et ſumpta cibaria retinẽtur
et exire non pmittuntur. Item groſſicie
ſua epar et ſplenem opilant calculũ ge
nerant colericam et yliacam paſſionem
excitant. obturando ſua groſſicie inteſti
na fimũ ac fumũ exire nõ pmittunt ſpi
ritalia etiam membra ledunt et grauãt
qꝛ ea exaſperant ⁊ deſiccant. exterius au
tem appoſita vomitũ ſedant. tumores
calidos reprimunt ſanguinis fluxũ inci
piunt atq; ſiſtunt. neruos ꝑcutiũt. den
tes exacerbant.

Capitulũ XLIX

De ſapore ſtiptico

ſ Apor ſtipticus ex frigiditate et
ſiccitate in mediocri ſubſtantia
generat̃ ad cuius pfectiõez qua
tuor cõueniunt elementa quadã ꝓporti
one inequali. nam aqua et terra ibi pre
dominantur. ſed non tm̃ q̃ʒtum in ponti
co. ex aqua autem accidit frigiditas ⁊ ex
terra ſiccitas generatur. ex frigiditate ꝺ
primitur calor qui repcuſſus paruam fa
cit ebulitionem. Unde et ſubſtantia par
tũ reſoluit̃ ſed nõ cõſumit̃. ſed ex ſiccita
te aliq̃ʒtulũ cõdenſat̃ et qꝛ ſiccitas nõ po
teſt oĩno deſiccare nec oĩno cõſumere re
manet ſubã mediocris. et ita ptʒ ꝙ ſa
por ſtipticus cauſat̃ ex frigiditate ⁊ ſicci
tate in ſubã mediocri. ⁊ in hoc differt a
pontico qui ex eiſdẽ cauſis q̃ʒuis min9 re
miſſis ĩ ſubã groſſa radicat̃. iõ ſtiptic9 ſa
por ſub põtico cõtinet̃ ſm yſa. q̃ tm̃ ſep
tẽ ſapoꝝ dicit eẽ dẏſas. ſub põtico ſtipti
cũ ꝯphendit. Uñ ſm ipm ponticitas ẽ in
teſa ſtipticitas. ⁊ ſtipticitas remiſſa põ
ticitas. vñ nõ differũt ſimplicit̃ ſm ſpẽs

sed solū ſm maiorē intēsionē vel minorē et ideo vterq₃ conuenit cū alio i effectu: sed ſm maius ⁊ minus.

Capitulum. L.

De sapore insipido

Sapor nonus dicitur insipidus si ue sine sapore. ⁊ hoc potest dici dupliciter scʒ priuatiue et positiue. priuatiue dicit̄ insipidus cui sapor sensu nō potest cōprehendi vt sapor aque qui gustu nō pcipit̄ propter eius maximā similitudinē ad organum gustus. q2 aqua est simplex in respectu lingue que quatuor recipit in sua cōpositione. Positiue dicitur sapor insipidus qui vltra primū gradū ad aliquē vlteriorē saporē non est sensu determinat⁹. vt est albumē oui cuius substantia est mediocris ⁊ caliditas vel frigiditas primi gradus distantiam sensibiliter non excedens. talia insipida sunt cucurbite. citrulli melones ⁊ hmōi. quorū vsus plus conuenit medicine q̄ diete. parū enī nutriūt. q2 saporē non habent delectabilē ⁊ substantiā habēt fluxibilem. humiditate et frigiditate sua sitim mitigant. calorem ⁊ coleram extinguūt. fleuma augmētant ⁊ quotidianas febres generāt. ⁊ omnes alias fleumaticas frigidas scʒ ⁊ humidas nutriunt vel prouocāt passiones. Sapor itaq₃ insipidus causat̄ ex frigiditate ⁊ humiditate in substantia mediocri ad cui⁹ cōpletionem sicut ⁊ in alijs quatuor cōueniūt elementa sed nō equali pportione. q2 aqua et aer principaliter. terra secūdario pdominat̄. ppter fortiorē ergo frigiditatē et mediocrē siccitatē partes ignee ⁊ aeree resoluūtur in aqueas ⁊ in terrestres. sed quia resistit dñium humiditatis nō pōt compingi ex siccitate terrea ipa substātia. Relinquit̄ ergo substātia mediocris cū dñio frigiditatis ⁊ humiditatis q̄ sūt principia istius saporis qui abusiue sapor insipidus nominat̄. Hec igit̄ de saporibꝫ simplicibꝫ quo ad eoꝝ differentias ⁊ naturas dicta iam sufficiant. que oīa de dictis ysa. constan. gal. et aliorū autoꝝ medicine breuiter sunt excerpta. Sunt autem quidā cōpositi sapores sicut ⁊ mixti sunt colores pariter ⁊ odores. ⁊ hi sapores ſm diuersas cōpositiones diuersimode opantur. q2 alio modo sapiunt in solidis. alio modo in liquidis aliter in sensibilibus et aliter in inanimatis. de quibꝫ in naturis ⁊ pprietatibꝫ rerum ⁊ corporū animatoꝝ ⁊ inanimatoꝝ in libris precedentibus est ostensum. De liquoribꝫ tamen in quibꝫ fundati sunt sapores aliq̄ arbitror hic supplenda que in libris superioribꝫ casualiter sunt obmissa.

Capitulum. LI

De liquore

Liquor est liquidus humor i plātis ⁊ animaliū corporibꝫ p digestionem generatus. el iquat⁹ violentia vel natura de substātia corpis mixti vel expssus. Quilibet aūt humor non vocat̄ liquor sed solus ille qui artificialiter vel naturaliter liquat̄ de plantis ⁊ rebus animatis vt lac ⁊ vrina de animalibus. vinum ⁊ oleum de arboribus. mel de floribus. sicera de fructibus. ceruisia de granis. oxizacra de pomis siluestribus et granatis. Et inter hos liquores quidaʒ sunt compositi et quidam simplices nam compositi dicūtur qui conficiūtur ex diuersis qui pariter cōmiscent̄. Simplices vero sunt qui ita permanent sine cōmixtione aliqua prout a suis subiectis primitus producūtur. nullus tn̄ liquor ē simplex absolute pter solam aquam que simplex dicit̄ prout in elementari pmanet puritate. Alij aūt liquores omnes sicut ⁊ humores ex quatuor elementis cōstituūtur. simplices tamē dicunt̄ qui cū alijs nō miscentur. Simplices etiam dicuntur in quibꝫ simplices elementorum qualitates ex prima cōpositione dominant̄. ⁊ que a terrestri feculētia naturaliter vel accidentaliter plus colant̄. Scdm autem varias cōmixtiones liquoꝝ et q̄litatū elementariū pdominantes complexiones varios sortiūtur odores pariter ⁊ sapores. Nam illi liquores in quibus pdominat̄ calidum cū humido sunt dulciores. in quibus autem calidū cum sicco sunt acutiores. in quibus vero preexistit frigidū cum sicco sunt acetosiores

et stipticiores. sed in quib⁹ frigidū cum humido sunt gustui insipidiores. vt patet in ptisana ꝛ hmōi. Quidā aūt liquores de quibusdā arborib⁹ incisis corticibus ꝑ attractionē caloris solaris sponte egrediunť vt balsamus ꝛ terebintina lacrima. que calore prius mundātur et intrinse substantiā indurant. Quidā vero de fructibus arboꝝ per expssionem colliguntur vt vinū oleum sicera ꝛ huiusmōi. Quidā vero per exustionem ignis liquidiores ptes quorūdam lignoꝝ in extremitatibus educētes magno artificio acquiruntur vt colophonia. pix liquida oleū iuniperi ꝛ similia. Quidā autem ex herbarum succis exprimūtur vt opiū aloe ꝛ hmōi. qui postea calore ignis vel solis desiccātur. Et quidam ex rore celi extrema florum ꝑfundentes ꝛ se circa eorū superficiem inuiscantes apum ministerio cōponūtur vt mel. Et quidam ex venis terre hauriūtur vt aqua salinatiua. nitrosa aluminosa ꝛ hmōi. de quibus arte vel natura fit sal nitrū alumen ꝛ hmōi. De his omnibus liquorum differentijs ꝓprietatibus ꝛ causis sufficienter dictū est supra in li. xvij. de herbis ꝛ arboribus ꝛ earum succis. ꝛ li. xvi. de venis terre. ꝛ libro. viij de passionibus aeris vbi tangiť de natura manne ꝛ mellis que dicuntur de aere generari. De melle tamen aliqua sunt hic dicenda. et de lacte sero ꝛ butiro que de animaliū vberibus emūguntur. de quibus supius est omissum.

Capitulum. LII.

De liquore i specali ꝛ primo de melle

Mel vt dicit Isidor⁹ libro. xx. dicitur a mellisse grece id est apibus latine. Si enim apes vocāt. nam apum solertia mirando nature artificio parantur mella que primitus de rore aeris sunt creata ꝛ in arundinū folijs adinuenta. Unde ꝛ virgilius. Protinus aerei mellis celestia dona. Unde adhuc in india ꝛ in arabia inueniūtur in similitudinem salis ramis et folijs dependentia. vt dicit idem. Est autem omne mel generaliter dulce. Sardum tamē est amarū ꝫ absinthij causa cuius copia illius regionis apes alle nutriūtur. Dicunt autē medici qui de rerum tractant naturis ꝑcipue Gal. ꝙ mel pueris ꝛ iuuenibus et perfectis viris in quibus abundat calor cibus est inutilis ꝛ nociuus. senibus autem qui parua vita laborant ꝛ frigore dicit cum vino veteri ꝛ cibis calidis cōuenire. Huiusqꝫ Isido. libro. xx. cap. i. Est itaqꝫ mel liquor dulcissimus a materia purissima arte medicinali generat⁹. cui tamen ꝛ ex calore apis mellis substantiam cōponentis. ꝛ admixtione alicui⁹ calidi se cum mellis substantia admiscentis acumen cū dulcedine est admixtum. Unde et mellis dulcedo ceteris est magis calida sed minus humida vt di. ysa. Mel igitur cum sit habens multum caloris ꝛ aereitatis et min⁹ terrestreitatis et aqueitatis propter siccitatē tam terre ꝙ ignis. multum habens siccitatis et acuminis ꝛ minus frigiditatis ꝛ humoris. ꝛ ideo iudicatur mel calidū ꝛ siccum in fine secundi gradus. Tamen qꝛ substantia eius est vicina temꝑamento et mediocritati. multum est mūdificatiuū. lauatiuum ꝛ subtiliatiuum. ꝛ suo calore grossiorum humorū in corpore incisiuum et humoruꝫ putridorū expulsiuū. Quia enim mel calidū acumini est ꝓpinquum et ideo intestinorū est pungitiuum ꝛ ad feces expellendas cōmotiuū. Item talis dulcedo sicut mellis multum est habens acuminis ꝛ caloris. non tamen opilat meatum splenis ꝛ epatis. sicut et illa in quibus pura dulcedo inuenitur vt dicit ysaac cap. de quatuor differentijs dulcedinis ꝛ saporis. Est itaqꝫ mel ratione equalitatis ꝛ temꝑamenti multū nature cōueniens ꝛ amicum. sui ad membra multum assimilatiuū. ꝑditorum restauratiuum. debilium membrorū confortatiuum. sua grossicie nociuorum fluxuum interceptiuū. ꝛ latitudinis pororum restrictiuum. nature bene temꝑate custoditiuum. ꝛ humorum paratorū ad fluxum nimium cohibitiuū. nihilominus ē mel nociuorum humorum laxatiuū. nam cōtrarias habet qualitates in effectu. ꝛ hꝫ ꝫm contrarias materie dispositiones in quas agit. nam nimis laxas reprimit ꝛ

constipat. nimis duras diuidit et rela/xat. vt dicit ysa. Est autem mel conser/uatiuum. mundificatiuum. amaritudi/nis temperatiuũ. et ideo ponitur in medi cinis ad conseruandũ et ad mundifican dum. et ad amaritudinem specierum tem perandum. vt dicitur in antitodario ni colai. Tamen mel crudum nõ multum bene despumatũ valde est ventosum et in flatiuum. rugitus in ventre generatiuũ in malos humores faciliter conuersiuũ. splenis et epatis viscositate sua opilati/uum. colere inflamatiuum. et febris di/urne inductiuum. ypocũdriorum exten/siuum. yliacis et colicis nociuũ. Mel igi tur dicit Constan. et ysa. in diet. diuer/sas habet actiones. quia in quibusdam salubre est et sanitatis custoditiuum. qui busdam vero stipticum est et morborũ ge neratiuum. et est veneni occultatiuum. quia quanto magis rufum tanto magis est ca lidum et acutum et humorum magis inci siuum penetratiuũ et colatiuũ quãto ma gis est album minus est calidum et acutũ et tanto melius quanto dulcius purius et odorabilius inuenitur.

Capitulum. LIII.

De fauo

f Auus a fouendo est dictus. nam fauus dicitur mel mixtum cum cera. infra enim cellulas de cera miro artificio compositas apes mel re/colligunt. et eius liquoris substantiã in/tus fouent et sic dicitur fauus quasi fo/uus siue fouens eo quod mel foueat et con/tineat intra se. Uel fauus a fauore est di ctus. nam valde fauorabilis gustui est et delectabilis ad edendum. Unde secundum Isi do. libro. xx. Fauus a fagin grece dicitur. quia magis comeditur quam bibitur. fagin enim grece est comedere latine. Quidã tamen vocant mel fauum a cera eliqua tum et optime depuratum in quo summã dulcedinem gustus experitur. Fauũ mel lis petit et requirit maxime animal quod ab amore mellis melota dicitur. vnde a melle melus vel melota est dictus. vt di cit hugui. Similiter vrsus super omnia mel diligit et pro fauis extrahendis non sine sui discrimine in arbores altas scan dit. Aliquotiens autẽ inter fauos vt di cit Aresto. libro. viij. in profundo aluea ris generãtur quidam vermes parui si/cut aranee. et quãdo crescunt faciunt tex turam circa fauos et dominãtur super to tum alueare et ideo putrescit mel &c. Item ibidem. bonum est mel quod extrahitur de noua cera. nam mel quod diu manet in cera antiqua fit rubeum. et corruptio illius mellis est sicut corruptio vini in vtribus. et propter hoc debet extrahi. et est mel bonum quãdo est simile auro. vt di/cit idem. Item dicit idem quod apes sedent super alueraria et sugunt quod est superflu um in fauis. et dicitur quod si non facerent hoc. corrumperetur illud quod est in fa/uis et generaretur aranea et sedent super fauos et solicite custodiunt ne illa ara/nea inualescat. et si inuenerint eam fit eis cibus. aliter autem omnes moreren tur.

Capitulum. LIIII

De mulso

m Ulsum est potio vel poculum ex aqua vel vino et melle cõmixtum quod greci mellicratum vocant sicut et ydromel quod ex melle et succo macianorum est commixtum sicut et ros domel dicitur eo quod succo rose mel misce tur.

Capitulum. LV.

De medone

m Edo vel medus quasi melus di citur. Et est potus confectus ex melle et aqua. optime defecatus et decoctus. qui si crudus fuerit. et mel mi nus bene despumatum inflationem ge/nerat in ventre et rugitus ac durissimas torsiones. et quia de facili resoluitur in fumos caput petit et diuersas ei ingerit passiones. Bene vero decoctus et defeca tus gustum delectat. vocem clarificat. ar terias gutturis et cannales pulmõis mũ dificat. cor letificat et confortat. corpus nutrit et impinguat. epaticis tamen et spleneticis et calculosis minus compe/tit. quia meatus stringit et opilat. quan

deq3 eni cum mirto ⁊ alijs herbis aroma ticis condit vt sanior reddat ⁊ odoratior et diuturnius custodiat.

Capitulum.LVI

De clareto

Claretum ex vino et melle ⁊ speciebus aromaticis est confectu͂. Nam species aromatice in subtilissimum puluerem conteruntur et in sacco lineo vel mundo cum melle vel zucara reponsitur. vino autem optimo species perfundu͂tur ⁊ refunduntur. quemadmodum fit lixiuia. et tamdiu renouatur perfusio donec virtus specierum vino incorporetur ⁊ optime clarificetur. vnde a vino contrahit fortitudinem ⁊ acumen. a speciebus autem retinet aromaticitatem ⁊ odorem. sed a melle dulcedinem mutuat ⁊ saporem.

Capitulum.LVII.

De pigmento

Pigmentum vt dicit hugu. dicitur quasi pilis mentum quod scilicet in pila est contusum nam in pila species aromatice aguntur ex quib᷒ arte pigmentaria quedam delicata pocula ⁊ electuaria co͂ficiu͂tur. vnde ⁊ pigme͂tarij dicu͂tur qui species vendu͂t. co͂teru͂t conficiunt ⁊ componu͂t.

Capitulu͂.LVIII.

De oximelle

Oximel dicitur acidum mel. eo ꝙ ex aceto ⁊ melle eius materia co͂ficiatur. Nam primo acetu͂ cum herbis necessarijs et radicibus diureticis diu decoquitur. colato aceto mel purum et optime defecatum additur. et ad lentum ignem vsq3 ad spissitudine͂ iterum decoquitur ⁊ bullitur ac depuratur cum albumine oui cum aceto distemperato et in oximelle parum decocto. na͂ omnes immundicias mellis et herbaru͂ ad se attrahit albumen oui ⁊ supernatando vsq3 ad oximellis superficiem secum ducit. quas immu͂dicias cum penna pigme͂tarius seu medicus caute remouet ⁊ deponit et sic oximel in pixide munda reponitur. Datur autem cum aqua calida ad materie compacte digestionem mollificationem. diuisionem. mundificatione͂. pororum apertionem. ⁊ opilationum dissolutionem. posset enim medicina difficili inducere periculum si non prepararetur ad facilem eductionem et cum oximelle non precederet digestionem. Co͂simili arte ⁊ ad consimiles vsus de aqua et zucara cum diuersis speciebus fit syrupus nunc violaceus ⁊ laxatiuus nunc roseus et constipatiuus. nunc simplex. nu͂c compositus.

Capitulum.LIX

De cera

Cera est fex mellis intra cui᷒ substantiam liquor melleus ab apibus est collectus. Corru͂pit autem ipsum mel. vt dicit Arest. libro. iiij quando nimis diu cum cere fecibus admiscetur. et ideo qui vult mel in sua puritate reseruare debet ipsum tempestiue a cere substantia separare. Valet autem hoc cera proprium ꝙ inter omnium liquorum feces supenatat ⁊ cum calescit ad fundum non descendit sed potius querens supficiem sursum tendit. ⁊ hoc faciunt partes ignee ⁊ aeree que in eius substantia dominantur. vnde cera in aqua calida resoluta deorsum premit aquam et per eius supficiem se diffundit. na3 multum habet aeree leuitatis ratione cuius sic ascendit. Cera autem quanto est recentior tanto est odoratior. ductilior. purior. et ad diuersarum impressionem et figurarum susceptionem aptior ⁊ ta͂ forme suscepte q3 scripture in ea impsse est durabilior. et talis cera virginea appellatur. Est insuper cera multis vsibus necessaria atq3 apta. valet enim in medicinis in co͂fectionibus varijs et vnguentis. Nam virtutem habet calefactiuam resolutiuam. apertiuam. maturatiuam. attractiuam. euaporatiuam et consumptiuam. valet etiam ad luminis nutrimentum. et ideo cera seruit in deorum templis et aris et in mensis dominorum Unde a cera vel a cereis dicuntur cerimonie. quia in templorum cerimonijs

cerei offerebantur et adhuc offeruntur. vt dicit Hugui. vnde qui seruiunt de cādelis cereis in ecclesia dicuntur cerofe/rarij. sicut qui seruiunt in regum & pontificum aulis primicerij nominantur. vt dicit idem. Sigillis etiam cereis litere muniūtur et signantur ac secreta occul/tantur. priuilegia confirmantur. Tabule cera simplici vel colorata replentur et ornantur in quibus variarum literarum caracteres stili officio vel inscribūtur vel etiam complanantur. Panni quoq lini ad vsus varios incerantur. Libros etiam inuolutos tutos reddit ne aqua vel pluuia perfundātur. nam cera quandam habet vnctuositatem per quam humida fugat. et per pannorum poros stillicidia penetrare non permittit. in calore liquescit et deficit. frigore vero indurescit. humidis et humefactis cedit. siccis vero et asperis inheresit. et ideo humectantur sigilla ne adhereat cera illorum literis et figuris.

Capitulum. LX

De cereo

c Ereus per deriuationem a cera a qua formatur est nominatus. vt dicit Isidor⁹ libro. xx. de quo quidam ait sic. hic cera nocturnos pre/stabo cereus ignes. Subducta luce altera sum tibi lux &c. Nam ad hoc est vsus cereorum vt ex eorum lumine ea que sunt in tenebris appareant & lucescant in cereo. In cereo autem tria attendūtur scilicet materia vsus & dispositio siue forma Materia vero triplex est. nam pro materia habet licnum siue lignum. vt dicit Isido. ipsam ceram atq ignem. Lign⁹ qui et licnus dicitur filum est stupeum & totius cerei substramentum. cera que circumuoluitur est luminis nutrimentum Ignis qui superponitur siue superaccen/ditur vtrinsq est finis et complemen/tum. nam agens in licnum mediante cera conuertit vtrunq in suam similitudinem. vnde et in dispari natura mirabilem inter se habent aptissimam vnionē. Forma et dispositio eius piramidalis a lato incipiens et circumferentialiter convertens. Usus eius est vt illuminatiōis gratia candelabro affigatur vel dientu/lorum vel ceroferariorum manibus ante dominos deferatur.

Capitulum. LXI

De lacte

l Ac liquor est dulcis & candidus in mammillis per actionem caloris ex sanguine generatus. Vel vt dicit Aresto. libro. xviij. Lac est sanguis decoctus digestus non corruptus. Quando enim fetus propter magnitudinem non potest nutriri per ombilicum pparatur ei lac a natura ex sanguine mēstruo repulso ad mammillas vbi digeritur et decoquitur. et ex albedine glandularum māmillarum in candoris speciem transmutatur. vt dicit Constant. libro xx. Eadem est enim materia menstrui sanguinis atq lactis. et ideo natura creat lac propter cibū nati quo cibatur extra. non ergo debet esse lac ante tempus partus nec post multum nisi accidat contra naturam. In illo enim tempore completur lactis digestio in animalib⁹ que habent tempus vnicum statutum ad pariendum sed in mulieribus diuersifica/tur. et propter hoc debet esse bonum lac necessario post sex menses. et est lac dulce quando est bene digestum et fuit necessarium propter cibum animalis qui est dulcis. cibus enim omnium animalium non est nisi dulce et valde digestum vt dicit idem ibidem libro. xviij. Item dicit aresto. libro. vi. Animalia ouantia non habent lac neq māmillas. et in omni lacte est aquositas tenuis & pars grossa que caseus dicitur. et lac quanto est spissius tanto caseus. et lac animalium carentium dentibus superius coagula/tur. lac vero animalis habētis dentes in vtraq madibula non neq eius sepum et lac huiusmodi animalis est dulce & tenue vt lac cameli & eque & post asine. Itē idem ibidem. In quibusdam regionibus non expectatur capratum impregnatio sed accipitur vrtica et cum ea fricatur mā/milla et exibit primo sanguis. deinde q̄si sanies. et post lac bonum non peius la

cte impregnatarum et nullum lac est in
mām̄illis matrum generaliter ꝗ̄uis ali
quando accidere videatur aliter. Que
dam autem herbe habent humorē lacte
um vt titimallus. et quedam arbores vt
ficus. cuius lacte vt ibi dicit Aresto. lac
animalium coagulatum est. Et lac canis
spissius est omnium animalium preter
leporum ⁊ porcorum. Est autem maxime
spissum in partu sed post subtiliaт. vt di
cit Aresto. libro. vi. in fine. Uacca ante
partum non habet lac. sed post bonum ha
bet. sed cum primo coagulatur fit quasi
lapis. ⁊ hoc accidit quando cum aqua cō
miscetur. vt dicit idem ibidem. Itē idē
libro. ix. Quādo puer nutritur lacte ca/
lido dentes eius citius oriuntur. post par
tum autem ⁊ mundificationē lac mulie/
ris multiplicaт. ⁊ quedam mulieres ha
bent solum lac in cono mām̄illarū. ⁊ que
dam in alijs partibꝫ ipsarum et quando
lac non bene digeritur coagulatur ⁊ mā
mille indurescunt quoniā tota mām̄illa
est valde mollis et si superuenerit aliquis
pilus accidit magna infirmitas et dice
tur pilosa ⁊ non cessabit dolor quousqꝫ ex
eat pilus cum lacte. aut quousqꝫ putre/
fiat ⁊ exeat. ⁊ dum lac exit nō inuenitur
generaliter menstruum. Quedam vero
lactantes menstruant cum fuerit earuꝫ
sanguis humidus. ⁊ quando pueri lactā
tur sanguine grosso ⁊ multo accidit eis
spasmus et si fuerit lactans corporis fer/
tilis tunc nocet multitudo lactis et mu
lier nigra nutribilius ⁊ melius habet lac
ꝗ̄ alba. vt dicitur idem. Consimiles ꝓ/
prietates lactis et multas alias recitat
ysa. in diet. vbi sic dicitur. Lac inquit ge
neraliter diuiditur triplicitер. aut enim
est dulce exiens nouiter a mām̄illis aut
est acidum sine acre iam diu mulsuꝫ. aut
est inter vtrūqꝫ mediocre. Dulce autem
est magis sapidum vicinum sanguini et
amicum in ipsum defacili cōuersiuum. ⁊
ideo laudabile est ipsius nutrimentum.
Est autem compositum ex tribus substā
tijs in virtute ⁊ actione varijs ⁊ diuer/
sis vna subtiliatiua ⁊ mūdificatiua. al/
tera vero grossa ⁊ opilatiua. tercia ē mol
lificatiua ⁊ extenuatiua. nam substātia
aquosa ⁊ serosa acuta est et subtiliatiua.
grossa ⁊ caseosa. frigida est ⁊ grossa ⁊ ideo
opilatiua. butirosa vero est vnctuosa et
mollificatiua. vnde lac cum sua substan
tia aquosa ⁊ acuta est grossoꝝ humorum
incisiuū et subtiliatiuū viscerū lauatiuū
intestinoꝝ mordificatiuū. ventris soluti
uum ⁊ fecis defacili expulsiuū. corrupto
rum humorū interius in corpe ⁊ exteri⁹
abstersiuū. venarū penetratiuū opilatio/
num splenis ⁊ epatis aptiuū. ⁊ maxime
si fuerit ex animalibꝫ calide complexio/
nis vt ex camelis ⁊ tale lac est ydropico/
rum iuuatiuū. vt dicit idem. ⁊ sequitur.
Lac itaqꝫ laudabile ⁊ suis tribꝫ substan/
tijs tpatum. sua aquositate est mēbrorū
mundificatiuū sua butirositate est vene/
nis repugnatiuū. ⁊ membroꝝ humectati
uum. sua caseitate cibariorūꝫ ex orificio
stomachi ad fundū depssiuum. Est ⁊ alia
laus lactis. quia si tpate et oportuno tpe
mundato prius corpe accipiatur corpo/
ris est laudabiliter nutritiuū. ⁊ sue sub/
stantie sanguini assimilatiuū. Si autē
corpe nō mūdato vel tpe nō cōgruo acci/
piatur I malos humores quos inuenit
est cōuersiuū. et ipsoꝝ augmentatiuū. in
fumos calidos resoluiт ⁊ sic erit doloris
capitis causatiuū. et si febris materiam
inuenerit erit caloris febrilis inflamati
uum. vel si calorem naturalem inuenerit
debilem defacili acescit ⁊ fiet in stomacho
acetosuꝫ. nam quādo est humor nimius
et puus calor acetositas vel putredo fleu
matis generaт. ⁊ ideo lac nō est frequen/
ter sumendū nisi corpe existente tpato
et stomacho inanito. nam si corpus a pu
tridis humoribꝫ ⁊ colericis fuerit vacuū
et depuratū si lac bene digestū fuerit ml'
tum ⁊ bonum p̄bebit corpori nutrimentū
laudabilē generabit sanguineꝫ. carnem
augmentabit. humectabit corpus ⁊ ex/
terius in supficie faciet tenerū atqꝫ pul/
crum. vt dicit idem. Item dicit idem.
Rursus lac inquit bibentes ieiunos esse
conuenit ⁊ calidum esse quando vberibꝫ
est vicinum nec est aliquid comedendū
quousqꝫ lac substantia digeraт. opor/
tet etiaꝫ vt labor ⁊ motus nimius caueā
tur quousqꝫ descendens ad decoctionis

locum digeratur. quia ex inordinato motu ⁊ calore nimio subito generato eius vnctuositas in fumū nociuū resolueret⁊ et grossiori parte remanente indigesta multiplex corruptio generaret⁊. vt dicit idem. Electū autē lac vt dicit debet habere quatuor qualitates. colorem. odorē liquorem. et saporem. Colorem albissimum clarum a citrinitate ⁊ rubore ⁊ liuiditate maxime alienū. Odorem gratuz ab horrore ⁊ grauitate remotum. Liquorem inter subtilem ⁊ grossum mediū cuius mediocritatis signum est si gutta super vnguē posita remanet cōtinua ⁊ non liquescit. cuius guttule forma inferi⁹ est lata et superius est acuta. Saporem habet acceptabilem quādo nec amaritudine nec salsedine nec acedine est admixtū Inter omnes autem istas differentias lactis femineū magis creditur esse tpatum. quia omne lac naturam ⁊ cōplexionem animalis cuius est naturaliter imitatur. ⁊ ideo quia humana cōplexio maxime est tpata. ideo ⁊ muliebre lac maxime est tpatum propter qđ maxime ē nutritiuū humectatiuū ⁊ aspitatis angulorum oculi potissime mitigatiuū. Et qcquid de bonitate lactis supra dictū est totum cōcurrit in hoc lacte.

Capitulum LXII

De lacte camelino

l Ac camelinum ex animalis calida complexione. ceteris est magis calidum et plus subtile ⁊ minime vnctuosum et minime nutritiuuz diureticum et opilationem apertiuum et ideo ydropicorum ex opilatione ē potissime iuuatiuum. Nam camelus nature est calidissime propter quod calor dominans sanguinis attrahit vnctuositatem. ⁊ ideo sanguis remanet sine vnctuositate. Cum igitur lac nihil aliud sit q̄ȝ sanguis secundo decoctus. sapor sanguinis cameli salsus est ⁊ acutus. ⁊ ideo humorūȝ est incisiuus subtiliatiuus ⁊ grossiciei attenuatiuus. Quere supra de camelo in tractatu de animalibꝫ.

De lacte vaccino

Capitulū. LXIII

l Ac vaccinum lacti camelino est oppositum. Nam vacca nō habet tantū caloris vt sanguis attrahat vnctuositatem. ⁊ ideo eius lac fit valde vnctuosum. ⁊ maxime nutritiuū. plus enim nutris lac vaccinum q̄ȝ pecorinum q̄ȝuis pecorinum sit magis calidū q̄ȝ vaccinum. Cuius ratio est vt dicit idem q cum lac vaccinum nō tantū habeat caloris quantū pecorinū parua vnctuositas sibi sufficit ⁊ tota illa remanet in lacte ⁊ exuperat caseitatem. et ideo magis nutrit quia substantia vnctuositatis nutribilior est q̄ȝ caseata. quia calidior ⁊ humidior ⁊ calori sanguinis vicinior. facilior in sanguinis mutationem. et illa vt dicunt antiqui melius ⁊ citius nutriunt q̄ citius ⁊ facilius in sanguinem cōmutantur. vt dicitur ibidem. lac tamen pingue melius nutrit q̄ȝ ipsa pinguedo que calidior est quia substantia lactis habet aquositatem liquidam subtiliantem interiora corporis penetrantē. Sed sola pinguedo aereitate sua supernatat et propter humiditatis sue substantialis grossiciem cito coagulat ⁊ indurat. ⁊ ideo lac vaccinum sua aquositate ad interiora penetrat. sua vnctuositate calorem naturaleȝ roborat. caseitatis sue paucitate naturā non multum aggrauat. sed potius adiuuat ⁊ sustentat. vt dicit idem. Alio ergo modo est lacte vtendum ad nutriendum quia tunc tribus eius substātijs pariter est vtendum. Alio modo ad mundificādum ⁊ calorem mitigandū quia tunc serositatis liquamen est a butirositate sequestrandū. Alio modo ad calefaciendū et humectandū ⁊ tunc butiri vnctuositate est vtendū. Lactis enī vsus considetatur sm subtilitatem ⁊ grossiciem et mediocritatem. vt dicit idem. Subtilitas autem attendit⁊ in substantia ⁊ in actionē. In substantia illud est melius quod cōplexioni humane vicinius est vt lac femineū quod tanto est vtilius quanto mām̄ille est vicinius. efficacius est enim contra venena. contra renum ⁊ vesice mala. contra pulmonis vulnera si mulsum

aerem nō tangat ꝛ eius virtutem aeris qualitas nō immutet. Subtilitas vero in actione quādo eius butirositas cū caseata sepatur ꝛ aquositas tunc cum acumine augeť vt patet in camelino qꝫ minime nutrit. calore tamē suo ꝛ subtili liquore ydropicis subuenit ꝛ succurrit. lac vero grossissimū est vaccinū ꝛ minus ceteris liquidū ꝛ aquosum minus acutum et magis butirosum. Unde bene nutrit. stomacho cōuenit. membra confortat. calorem epatis ꝛ stomachi refrigerat corpus impinguat ꝛ augmētat. vulnera intestinoꝝ ꝛ matricū sanat. Est aūt tanto melius ꝛ salubrius si lapidibꝫ fluuialibus accensis ꝛ intus extinctus tota aquositas pro parte maxima cōsumať.

Capitulū. LXIIII

De lacte caprino

Lac caprinum inter ꝑdictas differentias tenet medium quia in suis tribus substantijs post femineum esse dicit potissime tꝑatum. ꝛ ideo contra pulmonis vulnera ꝛ renum ac vesice vicia cū zucara multū confert. Eius serum a caseo ꝛ butiro separatū maxime est colatiuū mūdificatiuū ꝛ colere repssiuum. Lac autem caprinū per se multum bibitum in stomacho de facili coagulať ꝛ ideo ne noceat cū modico mellis et salis gemme tꝑetur ꝛ nunqꝫ coagulabiť. et si incepit coagulari in stomacho dissolueť Et quia capre pascunť siccis ꝛ ramorum extremitatibꝫ earū lac minus est aquosum ꝛ magis stipticū ꝛ stomacho cōgruū Nam lac ex pascuis diuersificatur. Nā que pascuntur teneris ꝛ recentibus herbis lac faciunt aquosum ꝛ subtile qđ stomacho est nociuum. Que vero herbis laxatiuis. lac faciunt mordificatiuum et neruorum pungitiuum et est nociuum ꝛ laxatiuum.

Capitulum. LXV.

De lacte pecorino

Lac pecorinum magis est calidū et siccum qꝫ vaccinum minus habens butirositatis ꝛ plus caseitatis. et ideo minus nutrit nec corpori ita conuenit vt vaccinuꝫ. Monstrať aūt hoc ex grauitate sui odoris. Naꝫ vt dič Gal. lac pecorinum in odore est grauius qꝫ vaccinum. et ideo magis flegmaticum. magis autem nutrit qꝫ caprinum sed minꝰ qꝫ vaccinum. Unde minus est tꝑatū qꝫ caprinum.

Capitulū. LXVI.

De lacte asinino

Lac asininum est tꝑatum ꝛ nutritiuum resumptiuum ventris tamen solutiuum ꝛ neruorum remollitiuum ꝛ membrorum siccitate ꝛ calore induratorum humectatiuum. pectoris iuuatiuum ꝛ tussis ꝛ anhelitus difficilis mitigatiuum. vulnerum renum et vesice curatiuum.

Capitulū. LXVII.

De lacte caballino

Lac caballinum vicinitatem habet ad camelinum in subtilitate et acumine ē calore. in apostematibus matricum ꝛ iuuatiuū. apertiuū et menstrualis fluxus prouocatiuū. si causa menstruoꝝ calida sit ꝛ sicca. quā ꝓprietatem habet illud lac ab omni lacte alio separatam. vt dicit ysa.

Capitulū LXVIII

De lacte porcino

Lac porcinum ꝺm ysa. est subtile et aquosum quia ex sua frigiditate incoctum remanet ꝛ indigestum. et ideo si ꝺm medicinaꝫ accipiatur paruum aut nullum confert iuuamentū sed si ꝺm cibum cum succo ordei sit coctū bonum generat humidum nutrimentū. vt dicit idem.

Capitulum. LXIX

De lacte animalium

Lac animalium partui valde vicinorum est subtile ꝛ aquosum. quia aquei humores adunātur in animalibus tempore partus quia os matricis clauditur ꝛ lac aquosis humoribus cōmisceť. ꝛ ideo eo tꝑe est nociuū vomitus ꝛ fastidij ꝓuocatiuū asꝑitatis

remollitiuũ ꝛ villoꝝ stomachi lubricati/tiuum. ventris laxatiuũ. durũ ad digerendum. ꝛ stiptici ꝛ in stomacho coagulatiuum ꝛ pessimarũ infirmitatum generatiuũ. ꝛ ex fumo ascendẽte cerebri ꝑcussiuum. ꝛ doloris capitis causatiuum. fetoris dentiũ ꝛ anhelitus inductiuuꝫ. Unde si lac fuerit corruptum vel plus debito assumptũ vel alio modo vel tpe q̄ꝫ expedit sit acceptũ multarũ infirmitatũ est generatiuũ malorũ humorũ ꝛ lumbricorũ est nutritiuũ. bonorũ humorũ est corruptiuũ. arenarũ in vesica ꝛ in renib' adunatiuũ ꝛ putrefactiuũ. caloris naturalis debilitatiuũ ꝛ innaturalis caloris ac febrilis inflamatiuũ gingiuarũ ꝛ dentium infectiuũ pustularũ pessimarũ ꝛ scabiei in paruulis causatiuũ rugitus ꝛ ventositatis excitatiuũ opilationũ renis ꝛ epatis effectiuum. stomachi grauatiuũ ꝛ lubricitate sua cibariorũ an̄ digestionem expulsiuum. et sic lienterie inductiuum. has ꝛ multas al's inducit lactis corruptõ passiones. sꝫ hec de lacte bono ꝛ malo nūc dicta sufficiant.

Capitulum. LXX.

De sero

Serum ẽ lactis pars aquosa a lactis alia parte per coagulum sequestrata. nam coagulũ partes butirosas ꝛ caseosas simul iungit ꝛ ab eis quod liquidum est ꝛ aquosum diuidit et discernit. Cuius effectus superius recitantur. habet enim virtuteꝫ putredinis lauatiuam. nam intestina lauat ꝛ vulnera intestinorũ de sanie mũdificat pectus purificat sitim sedat acumen colere rubee mitigat. scabiem ꝫ impetiginem mũdat. splen ꝛ epar deopilat. Quere supra in primo ſm ysa.

Capitulum LXXI

De butiro

Butirum a buendo id est ꝑfundẽdo est dictũ. vt dicit hug. sua ei vnctuositate et humiditate habet imbuere ꝛ ꝑfundere corpa q̄ cõtingit. Nã butirũ est flos lactis multũ habens caliditatis ꝛ humiditatis cũ dñio aereitatis. ratione cui' habet multũ vnctuositatis. Est eni butirosa substãtia naturaliter calida ꝛ humida viscosa ꝛ vnctuosa humane complexioni vicina vt dicit ysaac. vñ sepe comestũ stomachi est humectatiuũ ventris solutiuũ maxime si recens fuerit. ꝛ ideo antiqui. vt dicit idem assimilauerũt butirũ oleo mixto pingue dini. dicẽtes q̄ si quis accepit valet serenatui de pectore ꝛ de pulmone maxie si ibi fuerit apostema. qui a ꝓprie est maturatiuum ꝛ humorũ dissolutiuũ ꝛ superfluorum pectoris mũdificatiuũ maxime si cũ melle vel zucara comedaꝛ. Sed tunc minus est maturatiuũ ꝛ excreationis ampli' iuuatiuũ. vt di. idem subdẽs ibidẽ. Butirũ repugnat venenis. mẽbra hũectat. asperitatem oculoꝝ eius lotura mollificat et emundat apostema dissoluit ꝛ maturat. Uulnera pulmonis gutturis et pectoris mire sanat. renũ et intestinoꝝ morsuras mitigat. neruos induratos et cõtractos seu spasmatos mollificat atq̄ꝫ laxat. vt dicit idem. Dicit aũt auic. q̄ ꝯtra venena interius sumpta singulare ꝑsidiũ est si intoxicatus butirũ in lacte calido resolutũ bibat in magna quantitate. nam vnctuositate sua opilat meat' ne ad cor ascendat subito vis veneni. Preterea venositatẽ totam ad se trahit ꝛ ipsam inuiscat. per vomitũ euacuat de corpe ꝛ educit. vt dicit idem. Fit autẽ sic. flos lactis siue supenatãs pinguedo recolligiꝛ i vase mundo ꝛ cum quodã lato ligno rotundo et ꝑforato diutissime ꝑcutiꝛ ꝑ violẽtiam ꝛ mouetur. ex quo motu caloꝛ naturalis in substantia lactis excitatus ꝛ confortatus totam vnctuositatẽ insimul recolligit. que sua leuitate supficiem petit serosa vero aquositas cũ partib' caseatis inferius descendit ꝛ butirose substantie tanq̄ꝫ nobiliori cedens fundũ petit ꝛ illa butirosa substantia que enatat i superficie recolligitur ꝛ ad vsus varios ꝛ necessarios in vase mũdissimo reseruatur. quod quãto ẽ recentius tanto est saporosius. et gustui delectabilius inueniꝛ. Est autẽ in principio molle et liquidum sed paulatim caloꝛe naturali contra humidas ꝑtes inualescẽte ꝛ eas ꝯsumẽte me-

diocriter indurescit. Unde bene ⁊ mūde
reficit ⁊ nutrit ⁊ pulmenta loco sagini/
nis vel olei bene condit. Salit aūt aliquā
tulū vt melius cōseruet ⁊ vt ei⁹ potentia
lis humiditas siccitate salis tpet. insup
vt eius saporositas augmētet. Nam gu/
stui in sapore est magis gratū qm̄ medio/
criter est salitū. Quādo aūt nimis anti
quat eius sapor cum odore diminuit ⁊ in
grauē odorē ⁊ saporē gustui horribilē trās
mutatur. ⁊ tunc nō valet ad cibaria con/
dienda. Valet tamē ad varia medicami
na ⁊ vnguenta. quia sepe accidit id quod
nō conuenit gule. congruit tamē nihilo/
minus medicine alicui.

Capitulū. LXXII

De caseo

Aseus vt dicit Isi. li. xx. a caren/
c do est dictus. eo ꝙ tādiu in vase
ꝑmitur quousqꝫ sero careat et a
lactis aquosa substantia separet. Unde
dicit caseus quasi carens. eo ꝙ qn̄qꝫ est
siccus humore carens seu liquore. vt di/
cit idem. ſm Hug. vero caseus a cadēdo
est dictus eo ꝙ de facili cadit et labit in/
ter digitos facientis. Est aūt caseus ex
lactis. nam vt dicit ysa. Caseata substan
tia lactis frigida est ⁊ grossa ⁊ ad digerē
dum dura. tarde enī descendit de stoma/
cho ⁊ magis attinet stipticitati qꝫ solutō
ni. ⁊ est grauis stomacho ⁊ epati renibus
et spleni maxime si illa loca fuerint opi
lationibus ꝑparata ⁊ calculos in renib⁹
generat. ⁊ ideo propter ista mala accidē/
tia dicit cōstant. ꝙ omnis caseus vniuer
saliter est malus. tamē caseus qui lacti
est vicinus minus est nociuus. Unde di
stinguit ysa. inter recentē veterem ⁊ me/
diocrem. Recens caseus quia adhuc re/
cens est nō malos generat humores. qꝛ
adhuc retinet ꝑtem dulcedinis ⁊ aquosi
tatis ipsius lactis. ⁊ ideo ad digerendū
est facilior ⁊ ad nutriendū laudabilior. ⁊
ventris solubilior. ⁊ maxime si nō fuerit
salitus. quia salsedo sibi saporem aufert
et dulcedinem. nam nimis salsus nimis
est desiccatiuus ⁊ stomacho est nociuus.
carens omni sale magis est nutritiuus ⁊
corporis humectatiuus et magis carnis
augmētatiuus. stomacho tamen est noci
uus et de facili in fumositates resoluit⁹
si stomachus fuerit calidus. Si vero fue
rit frigidus in acetositatē est de facili cō/
uersiuus mediocriter ergo salsus melius
digerit ⁊ minus stomacho est nociuus. si
ne sale enim de facili est acetosus. minus
vero salsus stomachi fit morsiuus ⁊ san/
guinis incensiuus.

Capitulū LXXIII

De veteri caseo

Etus autem caseus est acutus ⁊
v valde siccus ad nutriendum gros
sus ⁊ ad exeundum de stomacho
nimis durus. quia si lactis aquositas est
acuta. acumen tamen et siccitas coaguli
ei dominātur. Unde ⁊ subtilitatem exit
et ideo superfluitas corporis nō ita inde
subtiliatur sicut alijs subtiliantib⁹. Un/
de duobus modis nocet corpori. qꝛ eius
corruptio ⁊ grossicies nutrimenti super/
fluitatem ingrossat ⁊ corrūpit stomacho
nocet quia ꝑ acumen coaguli repugnat
omnibus aliunde iuuātibus ⁊ in nutri/
mentum peius ipsa iuuantia traducun/
tur. Unde si in corpore inuenerit grossos
humores in renibus ⁊ in vesica lapides
parit. grossos enim humores calidos et
intensos coadunat ⁊ compingit. Est er/
go vitandus ita vetus. nullum enim con
fert iuuamen neqꝫ nutrimentū nec obe/
dit digestioni. nec bonū generat sangui
nem nec ventrem humectat nec vrinam
prouocat. Sed inuentam humiditatem
constringit ⁊ desiccat. Omnis itaqꝫ case⁹
vetus durus siccus ⁊ spongiosus pre sic/
citate et porosus ad rumpendum facilis
nihil habens vnctuositatis et humidi
tatis corpori est nociuus. Minus autē
est malus vnctuosus caseus ⁊ consertus
qꝫ oculatus et porosus. nam cōsertio sub
stantie est signum humoris ⁊ vnctuosita
tis. Qui autem porosus est minus est
malus quando est recens qꝫ cum nimis
est vetus. quia vt dicit dyasc. Caseus re
cens humectat ventrem. vetus stringit.
maxime elixatus vel si ab aqua abstract⁹
assetur et maxime si ante prandium assu
matur. meatū enī stomachi sua grossicie

obturat et cibum descendere ad intestina nõ p̄mittit. post prandiũ aũt sumptus cibaria comprimit vt torcular et ad locum egestus descendere compellit. Caseus inter veterem et nouum medius multũ est nutritiuus propter eius saporositatem et grossiciem. et quia calore naturali velociter induratur. quanto autem calor naturalis ei dominatur magis tanto plus et fortius induresćit et magis membris inheresćit. hucusq; ysa. in dietis. s̄m autem dyas. et aresto. li. iij. quãto erit in lacte multum casei plus erit cibi. Est autẽ caseus s̄m dyas. veneno contrarius. Nam grossicie sua et butirositate opilat meatus venarũ et nõ p̄mittit ad cor ascẽdere vim veneni. Caseus enĩ recens appositus calidus extrahit venenum a morsibus venenatis. et huius signũ est. quia appositus sup̄ morsus rabidi canis aut serpentis totus candor casei conuertitur in liuorem. Valet etiam contra antracem et alia apostemata venenosa vel extra suppositus vel comestus. In multis etiam alijs cõuenit medicine. vt dicit idem.

Capitu. LXXIIII.

De coagulo

Coagulum est lac in quorundam animalium stomachis inspissatum. cuius virtute lac aliorũ animalium coagulatur. in qua parte butirosa cum caseata aggregata pars serosa et aquea a partibus alijs sequestratur. vt dicit Aresto. libro. iij. Quanto inquit lac est spissius tanto caseatius et coagulatius. sed lac animalis carentis dentibus in superiori mandibula coagulatur. Lac vero animalis habentis in vtraq; nõ sicut nec eius sepũ. Item idem dicit. Lac coagulatur ex coagulo et lacte ficuũ quãdo lac ficuum aggregatur in lana deinde abluitur illa cum modico lacte et citius illud lac admiscetur cum residuo et sic totum coagulatur. Item ibidem. Coagulum non inuenitur nisi in ventre sugentium adhuc ruminantium. In illis qui non habent dentes in vtraq; mandibula non inuenitur nisi in lepore. quanto cunq; autem plus vetustatur erit melius et valet contra fluxum ventris maxime leporis parui et cerui. vt dicit idem Aresto. Item libro. xvi. dicit. Accidit lacti q̄ coagulatur per coagulum. quoniam coagulum est lac in quo est calor spiritualis. et ideo adiuuat et sustentat lac sicut maris sperma sustentat menstrualẽ sanguinem femine in matrice. quoniam natura lactis et sanguinis menstrui eadem sunt. vt dicit idem ibidem. De coagulo dicit ysaac. capi. de caseo. Coagulum inquit coagulatur virtute sui acuminis et caloris atq; siccitatis sibi dominantis q̄bus sua humiditas finitur. et q̄uis coagulum sit in omni caseo. minus tamen sentitur in recenti propter multitudinẽ sue humiditatis. Coagulum itaq; in stomacho lactantis animalis et ruminantis inuenitur cum quo sal admiscetur. et sic super ignem in fumo desiccatur et induratur. cuius modica particula cum in pauco lacte tepido resoluta est cum residuo lacte admixta totum coagulabit q̃d est coagulabile et condensat. Unde patet q̄ consimilis virtus latitat in substantia coaguli qualis inest substantie seminis masculi. vt dicit Aresto. Auicẽ. ysa. et alij. et hec dicta de liquoribꝫ nunc sufficiant.

Capitulũ. LXXV.

De diuersis virtutibus rerum

Sunt autem quedam virtutes tã humoribus q̃ liquoribus et rebus alijs inherentes. de quibus hic breuiter aliqua inseremus. Nam s̄m diuersas complexiones et virtutes diuersis rebus dominantes diuersimode reperiuntur operationes vt est virtus apertiua maturatiua mudificatiua etc. Apertiua itaq; virtus operatur per calidum et siccum cum subtili substantia. vt patet in cepis vel succo porri in alumine et huiusmodi. ex quorum confectione aperiuntur ora venarum et emoroides prouocantur. vt dicit Constant. Rarefactiua virtus operabitur per calorem et humorem. Nam calor rei substantiam penetrat et dissoluendo humiditatem sibi obedientem aperit et dilatat vt patet in malua

et sambuci mediano cortice ꝛ hmōi. que
bullita in oleo cutem rarefaciūt ꝛ exten
dūt. vt dicit idem. Opilatiua ꝟtus ope
ratur per frigiditatem ꝛ humiditatē cum
obtusa substantia vt patet in draganto
albumine oui ꝛ psillio. nam hec viscosita
te ꝛ obtusitate substantie poros replent
et frigiditate cōstringūt. Inspissatiua ꝟ
tus opatur per frigiditatē ꝛ humiditatē
vt patet in mandragora que posita super
cutem ipsam inspissat. vt dicit idē nam
frigiditate constringit partes humidi/
tatis liquidiores. Unde humiditas pe/
tens centrum reddit substantiam com/
pactiorē ꝛ per cōsequens spissiorem. ali/
quando autē operaꝛ per calorē ꝛ humidi/
tatem. nam calor consumit partes liqui
diores. quibus consumptis partes ter/
restres reddunꝛ spissiores. Induratiua
virtus operaꝛ per frigiditatem ꝛ siccita/
tem. quia vtraqꝫ qualitas mouendo ad
centrū totam substantiā reddit duriorē
qūqꝫ autem operaꝛ per frigiditatem ꝛ hu
miditatem. frigiditate partes liquidas
cōstringente. vt patet in gelu ꝛ in glacie
Qūqꝫ etiam p calidum ꝛ siccum partes
terrestres cōpingendo ꝛ per consequens
in durando vt patet in latere ꝛ in luto.
Asperatiua virtus operaꝛ per caliditatē
et siccitatem cum grossa substantia. Nā
calor qđ est subtilius eleuat ꝛ mouet ad
circūferentiā. ꝛ illud acuit in conum qđ
vero grossius ꝛ siccius tendit ad centrum
et sic fit tota substantia inequalis que in
equalitas est causa asperitatis. ꝓpter hoc
operatur asperitatem in humido frigidi
tas coartando et constringendo partes
rei circūferentiales ad mediū nō ꝑmit/
tendo partes liquidiores se diffundere
ad extremum. propter quod partes supe
riores. I quibus dominaꝛ frigiditas acu/
te ꝛ aspere exterius sensui ostenduntꝛ. qꝛ
ſm diuersitatem materie impssionem a
calido ꝛ frigido recipientis varie sunt ꝛ
diuerse rerum cōditiones ꝛ ꝓprietates ꝛ
rerum cōmixtiones naturaliter vel acci/
dentaliter derelicte. vt dicit auicē. ꝛ con/
stanꝛ. et est expssum supra in tractatu de
qualitatibus elementariū ꝓprietatum.
Item est virtus mollificatiua que opa/
tur p calidum ꝛ humidum. ꝛ hoc vel p ca
lorem humidas partes dilatantem ꝛ ra
refacientem ꝛ partes a partibus disgre
gantem. vt facit dialtea que humida est
et parum calida. mediocriter tamen ca
lore sui aperit ꝛ ex supabundantia humi
ditatis sue humores fluxibiles reddit. ꝛ
sic per consequens mollificat ꝛ remollit.
vel hoc fit eo qꝫ calore dominante sup par
tes aqueas ꝛ terrestres ꝛ eas resoluente
in partes aereas et celestes. vt patet in
vaporibus terrestribus ꝛ aqueis attra/
ctis ad intersticia aeris vbi resoluuntur
in mollissimas pluuias ꝛ guttulas. nunc
roris. nunc grandinis siue niuis. vt dicit
cōmentator super. iiij. metheo. Sensui eti
am est manifestū vi caloris dura remol
lescere et superueniente actione calidi p
tes partibus inuicem vix herere. vt pa/
tet in cera et in alijs liquefactibilibꝫ sic
per quarum partes aqueas et aereas vir
tus ignea dominatur. vt dicit cōmenta
tor. Uirtus autem maturatiua sicut et
digestiua per calidam virtutem et humi
dam operatur. sicut et retentiua per frigi
dam ꝛ siccam. ꝛ expulsiua per frigidam ꝛ
humidam ꝛ appetitiua p calidam ꝛ siccam
principaliter operatur. Attractiua vir/
tus per calidum ꝛ siccum operaꝛ. vt patet
in diptanno serapino et stercore colum
bino ꝛ cōsimilibus. Laxatiua habet ope
rari per easdem virtutes sed vehementiꝰ
Unde que vehementer attrahunt laxati
ua sunt vt scamonea ꝛc. Operatur etiam
per frigida cōprimendo. et per humida le
nificando ꝛ lubrificando. vt patet in pru
nellis ꝛ thamarindis ꝛc. Putrefactiua qū
qꝫ per calida ꝛ humida operatur quando
qꝫ vero pter hec. Maturatiua per calida
et sicca sicut ꝛ attractiua vt patet in can
tharidibus ꝛ flāmula ꝛ hmōi vehemēter
calidis que pustulas generant ꝛ carnem
vlcerant valde cito. De alijs autem vir
tutibus et cōsimilibus dictum est supra
libro. iij. de proprietatibus elementariū
qualitatum in li. viij. in tractatu de reme
dijs morborum.

Capitulū LXXVI

De putredine

Putredo est substantialis humiditatis corruptio proueniēs ex indigentia caloris naturalis sup abundante calore alieno. Calor enī innaturalis agens in humidū quod nō regitur a naturali causa est inductiua putrefactionis. vt dicit' sup li. metl'. Omne autem terreū frigidum difficilius putrefit q̃ calidum. vt dicit aresto. Similiter coagulatū ratione frigidi tardius putrefit. vt est videre in glacie et in cristallo. Omne enī feruidū calido tardius putrefit. vt dicit aresto. nam intensio caloris inducentis feruorē fortior est calore aeris aliunde venientis. et ideo non pmittit se vinci nec aliquā circa rem feruentem pmittit fieri imutationē. Omne enī motum tardius putrefit q̃ non motum. vt dicit aresto. Nam motus inducit calorem cōseruantē et calorem excitat naturalem. Insup omne fluens tardius putrefit q̃ non fluens. vt dicit idē Nam calor accidentalis ex aere cōtinente infirmior est et debilior q̃ calor naturaliter generatus ex motu siue ex fluxu. et ideo ex facili se vinci nō pmittit. Omne autē corpus multū. i. multe magnitudinis tardius et minus putrefit q̃ corp' paucum. vt dicit idem. Nam si corp' est calidum plus habet caloris naturalis resistentis causis putrefactionis. Similiter si est frigidum sua naturalis frigiditas melius resistit calori accidentali inducenti putrefactionē in magno corpore q̃ in paruo corpore. et hoc patet in mari. vt dicit aresto. nā mare diuisum cito putrefit vniuersum autē nunq̃. Similiter est videre in aquis alijs magnis quarū partes diuise a totali flumie cito putrefiunt. et ideo in partib' sic diuisis vermes generant' per putrefactionem. Cuius ratio est quia calor naturalis disgregās in eis facit subtile diuidi a grosso et terreū ab aqueo et aereo. ex substantia autem subtili aquea vel aerea a grossiore parte per calorem sequestrata idem calor disgregans facit generari vermes et alia animalia et hoc est quod dicit Aresto. quare calor naturalis disgregans constare facit disgregata. et conuertit in naturā animalis et hoc p putrefactionē. vi caloris extranei introducta. vt dicit cōmen. Putrida ergo sunt gustui horribilia. et abominabilia stomacho. et nauseam puocātia. Sunt et grauis odoris. et mali saporis et deformis caloris. manus inficiētia cōtingentis. cōtraria sunt humane complexioni. et subitam inducētia sanis corruptionē. serpentib' tamē et vermib' prebentia cibum et refectionē. Que autem sunt disposita ad putrefactionē p associationem ad putrida celerius contrahunt corruptionē. Et mēbra putrida corrumpunt sana. et cum non sint spūi puia priuant spū mēbra. Que ergo sunt magis vicina non pñt sanari nisi mēbrū quod incipit esse putridū a putredine penit' separetur. Unde que putrida sunt. nō sunt vtilia nisi solum ad hoc vt pscindantur. eijciantur aut cōburantur. Sunt et alie virtutes quibus mediantib' operat' natura vt virtus nutritiua seu pascitiua in vegetabilibus. et in animalib' est virtus generatiua tam in bipedibus q̃ in quadrupedibus et est virtus ouatiua tam in reptilibus quibusdam q̃ in volatilibus sed de generatiua et nutritiua et alijs sibi subministrantib' sufficienter supius dictum est li. iij. de generatione hominis i libro. xviij. de generatōne animalium in generali. et ideo de eis est supsedendum Uirtus autem procreandi oua est in animalibus anulosi corporis vt in serpentibus araneis scorpionibus et similibus. et in natantibus. vt patet i cancris sepijs et alijs infinitis. et volatilibus et in omnibus bipedibus. quia vt dicit aresto. libro. v. Bipedia inquit non generant animalia pter hominem.

Capitu. LXXVII

De ouis et eius pprietatibus

Primo igitur de pdictis animātibus semen decisum in quedam corpuscula parua mollia humida et subalbida coagulat' et trāsformat' ex quibus p operationē diuersa animātia pcreant'. et talia corpuscula oua sunt dicta eo q sunt vuida. i. eo q intrinsec' humore sint plena. vt dicit Isido. li. xij. Nam

humidū est qđ exterius humorē habet. vuidum qđ interius. quidā tamē vt di/cit idem. putant ouū grecam habere ori/ginem. Illi enī dicūt. oa. v litera ablata. Oua aūt quedā inani vento cōcipiūtur sed nō sunt generabilia. nisi que fuerint masculino cōcubitu concepta ⁊ seminali spū penetrata. vt dicit idem. Quoꝝ aūt tantā vim dicūt esse vt lignū eis ꝑfusū nō ardeat. nec vestis quidē aduraꝶ. vt di/cit idem. Admixta quidē calce glutina/te feruntꝶ vitri fragmēta. vt dicit idem. Oua igiꝶ primo gignūtur deinde calore materni corporis formāꝶ ⁊ animanꝶ vt di/cit Isido. ſm aūt aresto. li. iij. ⁊. v. Ouāt volucres ⁊ pisces ⁊ serpētes. sed multū differūt in bonitate ⁊ malicia in qualita/te ⁊ quātitate in substantia ⁊ forma oua tam volucrū ꝙ̄ piscīū ⁊ serpentū. Ouāt autē generaliter aues in fine ꝟeris et in principio estatis. vt dicit aresto. li. v. ꝑ/terꝙ̄ auis marina que dicitꝶ alceon. quo/niā illa auis ponit oua in principio hye/mis ⁊ cubat. xiiij. diebus anteꝙ̄ pulli cō/pleanꝶ. vij. diebus ante principiū hye/mis. vij. post sicut dicit simonides in li. suo. Et dicit Isido. de hac aue li. xij. in li/tore stagni occeani alceon in hyeme ni/dum facit. vij. diebus ⁊ ouat et excubat super oua qua excubante septem diebus quiescit mare silentibus ventis ⁊ conti/nua septem dierū trāquillitate mitescit pelagus. natura rerū eius fetib' educan/dis exhibente obsequiū. idem dicit pli. et basili'. in exameron ⁊ ambro. Alie ta/men aues ouant bis in anno vel pluries vt yrūdines. sed prima oua corrūpunꝶ propter hyemē. oua vero posteriora com/plenꝶ. Aues vero domestice vt ibidē di/cit aresto. ouāt tota estate sicut galline ⁊ colūbe ⁊ ꝑcipue quādo bene pascunꝶ ⁊ lo/cus earū est calidus. Item dicit arest. li/bro. vi. quedā aues ouāt toto anno ꝑter ꝙ̄ duob' mensib' tropicorum. scilicet in iulio ⁊ in decembri vt galline quarū que/dam ouāt bis qualibet die. Et que mul/tum ouant cito moriūtur. Colūba autē qnꝙ̄ decies ouat in āno sed pauca ponit oua. Et aues vncoꝝ vnguiū sunt pauco/rum ouorū. Et quedam ouant in nidis

et quedam in arborib' concauis ⁊ quedā in foraminib' terre ⁊ cauernis. ⁊ quedā in aruis ⁊ in rupib'. ⁊ quedam in arenis vt strucio. que non fouet oua sua nec cu/bat super ea sed calore solis complenꝶ et animanꝶ in arenis. ⁊ quedā oua fouētur in nidis factis in arboꝝ ramis. ⁊ quedā in petris altissimis. ⁊ quedam in arundi/netis sicut oua auium aquatilium. Di/cit etiam Aresto. libro. vi. Oua auium sunt dura exterius. Et quedā sunt duo/rum colorum quia citrina interius ⁊ al/ba exterius. Oua auiū fluuialiū diuer/sificantur ab ouis aliarū auium que in sicco nutriūtur. quia citrinum est in istis magis ꝙ̄ in duplum ad citrinum auium que nutriūtur prope ripas. Varianꝶ eti/am in colore. nam columbarū sunt alba sicut gallinarū. et auium palustriū sunt glauca ⁊ quedam sunt sicut picta. vt oua nisi. Diuersificantur oua in figura. quo/niam quedam sunt acuta. ⁊ quedā lata. prius vero exit latum postea acutū. Oua vero longa capitis acuti producunt ma/res. habentia vero loco acuminis rotun/dum producūt feminas. In calidis autē regionib' ponūtur in fimo ad solem ⁊ cō/plentur vt in egipto. ⁊ in quibusdam lo/cis in plumis calefactis sicut in quadam ciuitate. quidam potator composuit oua sub puluinari et dixit ꝙ cōtinuauit potū quousꝙ̄ ex illis ouis pulli extraherētur. Aliquādo etiam ponūtur oua in vasis ca/lidis ⁊ extrahūtur ab illis pulli vt dicit idem ibidem recepto tamen semine ma/ris in matrice simul cū semine femīe cō/misceꝶ. in principio apparet albū deinde fit rubeū in modū sanguis. post totaliter fit citrinū. deinde paulatim opante na/tura remanet citrinū in medio. ⁊ album in extremo. ⁊ cum cōplebiꝶ exibit ⁊ tunc mutatur a mollicie in duriciem. quia in exitu coagulaꝶ ⁊ ꝑfectissime induratur. vnde oua q̄diu sunt in ventre sunt citri/na q̄dā pellicula albida inuoluta. Sed quando sunt formata ⁊ completa indurā/tur ⁊ illa duricies testa nūcupatur. ⁊ est illa testa in coagulo oui qđ est embrio vel follicul' in corpe pueri iam cōcepti sed ꝑ/pter fortitudinē vel intēsionē caloris in

corpore auis dn̄antis plus induratꝰ ⁊ hoc
fuit necesse ꝓpter interioris liquiditatis
cōseruationem. Ouant aūt multe aues
oua venti sicut faciunt galline ⁊ anseres
vt dicit aresto. ibidē li. ij. ⁊ hoc accidit ex
superfluitate humoris seminalis in corpe
femine supabundantis. ⁊ sunt oua venti
parua ⁊ insipida humidiora alijs ⁊ sine du
ra testa ⁊ posita sub gallina nō alterātur
sed remanet albū albū ⁊ citrinū citrinū.
Talia oua inueniūtur in gallinis ⁊ anse
ribus pauonibꝰ ⁊ columbis. Formatꝰ pul
lus in ouo ⁊ cōpletur citiꝰ in estate q̄ȝ in
hyeme. q2 oua galline scinduntꝰ in. xviij
diebus in estate in hyeme in. xxv. Et qn̄
tonitrua veniūt in hora cubationis oua
corrūpuntꝰ. similiter qn̄ frequēter nuda
manu tanguntur. Galline etiaȝ veteres
ouant in principio veris. ⁊ oua galline iu
uenis sunt minoris corporis. ⁊ vniuersali
ter si galline nō cubauerint sup oua sua
infirmabuntꝰ ⁊ corrūpentꝰ. ⁊ ouum galline
cōpletꝰ post coitū in. xi. die. Et quedam
aues in coitu nō seruāt sexū sed saltat fe
mina sup feminā. ⁊ masculꝰ sup marē vt
pdices ⁊ colūbe. ⁊ talis coitꝰ facit odoreȝ
fetidum ⁊ oua nō pullificatiua. sed sunt
sterilia quēadmodū oua venti. vt di. are
sto. In ouis auteȝ galline post tres dies
cubationis apparent signa pulli. et tunc
ascendit citrinū versus acutū ad illum lo
cum a quo incipit scissura. ⁊ apparet qua
si gutta sanguinis in albumine oui. ⁊ est
principiū seu materia ipsiꝰ cordis. vt dr̄
supra in tractatu de auibꝰ de generatiōe
pulli quere ibi. Item oua in quibꝰ sunt
duo vitella faciūt gemellos pullos ⁊ p/
ua et subtili tela diuiduntꝰ ab inuicē hec
vitella. vt ibidē dicit aresto. Et aues q̄
comedūt carnes nō ouāt nisi semel i an/
no pter hyrūdines q̄ bis ouant. Aquila
enī ouat tria oua ⁊ terciū eijcit a nido et
cubat sup oua. xxx. dies. Hucusq̄ arest.
li. vi. Item idē li. xvij. Auiū genera oua
procreāt cōpleta dure teste nisi accidat
occasio p infirmitatē. Itē aues multe ge
nerationis faciūt sepe oua venti. qđ n̄ cō/
tingit auibꝰ boni volatꝰ neq̄ȝ curuorꝝ vn/
guiū. quoniā aues multorꝝ ouorꝝ sūt mul
te superfluitatis. superfluitas aūt auiū vn/
corꝝ vnguiū trāsit in plumas ⁊ i vngues
et in alas. ⁊ ideo earꝝ corpus est pūū du
rum ⁊ acutū ⁊ macilentū. et ꝓpter hoc nō
sunt tales aues multorꝝ ouorꝝ neq̄ȝ mul/
ti coitus. Aues enī corpulēte ꝓpter cor/
pulētiā ⁊ calorē ventris ouāt multotiēs
Similiꝰ aues pui corpis sunt multi coi
tus ⁊ multorꝝ ouorꝝ. sicut patet in q̄busdā
gallinis que quāto sunt magis pue tan
to erūt pluriū ouorꝝ. q2 cibꝰ taliū transit
in creationē ouorꝝ. Itē oua venti nō erūt
in auibꝰ boni volatꝰ. q2 superfluitas earum
est pauca. ⁊ ideo ouāt oua pauca. oua vē
ti sunt plura ouis ꝯueniētibꝰ generatio
ni pullorꝝ. ⁊ sunt mīoris quātitatis. quo
niam nō sunt cōpleta. vel ꝓpter multitu
dinē suā sunt mīoris delectationis quā/
do comeduntꝰ. quoniā in omni re delecta/
bilius est qđ est digestū ⁊ dulcius q̄ȝ in/
digestū. Et quedā aues qn̄ olfaciūt ma/
res ⁊ audiunt voces suas implentꝰ ouis.
q2 sunt multi cibi ⁊ multe superfluitatis ⁊
caloris. ⁊ ideo sunt fortioris appetitus. ⁊
ideo spermatizant ⁊ citō ouāt. q2 superflui
tas illā transit in ouorꝝ naturā vi caloris
Item generatio auiū ex ouis erit quan
do femīa sederit sup oua ⁊ calefecerit ea
Et q2 pullus in ouo nō potest compleri
sine nutrimēto. ideo natura posuit cibuȝ
suū interius i ouo. ⁊ indigent oua ꝓpter
debilitatē suā calefactione ⁊ ideo oua ci
to cōplentꝰ in diebꝰ calidis quoniā tp̄us
calidū iuuat digestionē creationis. Est
autē albumē materia et sustētatio pulli
vitellū aūt cibꝰ pulli ⁊ nutrimentū eius
et ꝓpter hoc albū et citrinū disiūcta sunt
quadā tela ꝓpter nature diuersitatē et
natura albuminis est q̄si cōtraria nature
vitelli vel citrini. ⁊ ꝓpter hoc ꝯgelatꝰ citri
nū tp̄e frigoris ⁊ postq̄ȝ fuerit calefactuȝ
fiet humidū. albū aūt nō ꝯgelatꝰ ex frigo
re sed fit magis humidū ⁊ quādo assatū
fuerit erit durū. ⁊ apud generationē pul
li inspissatur. quoniam sustentatio pul/
li est ex eo q̄ p vmbilicuȝ accipit pullus
cibum ex citrino. ⁊ citrinū in tp̄e illo est
multū quoniā erit humidū ⁊ de facile cō
uertibile in cibū. hucusq̄ aresto. li. xvi.
De ouis aūt di. ysa. in diet. Oua inq̄t q̄
generātꝰ ex aīalibꝰ sanis ⁊ tp̄atis sūt nu/

nenti laudabilioris. Que vero extras sunt maioris nutrimenti et sapidioris. Similiter de coeuntibus cum masculis cum calorem maiorem habent coeuntia quam non coeuntia. similiter generata de iunioribus quia in eis habetur plus caloris. Nature autem ouorum generaliter sunt temperate et mediocres et humane complexioni plurimum vicinantes. albumina tamen sunt frigidiora ad vitellorum comparationem quod testatur eorum aquea saporositas et ideo in odore sunt vitellis grauiora et sunt etiam indigestibiliora. maxime de veteribus volatilibus aut de masculis non coeuntibus vitella sunt temperata calori vicina. et ideo ad digerendum sunt meliora et faciliora confortantia membra et ab eis tardius dissoluenda. Variatur autem ouorum nutrimentum secundum diuersitatem animalium ex quibus generantur. quia generata de subtili animali et temperato vt ex perdice vel gallina ad nutriendum sunt laudabiliora. et sunt facile digestibilia. sed a membris facilius dissoluuntur. Unde ad regimen sanitatis meliora sunt quam ad membra confortanda. Que autem generantur de grossis animalibus ad digerendum dura sunt et nutrimenti illaudabilis. sicut oua strutionis anseris et pauonis que sunt mali nutrimenti et dura ad digerendum et grauis odoris. maxime de veteribus vel de carentibus masculis. et quando digeruntur a membris tardius dissoluuntur. et ideo plus valent ad membra confortanda quam ad regimen sanitatis. Generata autem de auibus iunioribus sunt leuiora. de veteribus grauiora. de mediocribus temperatiora. quia caloris sunt perfectioris et minoris humiditatis. et ideo valent ad regendam sanitatem et ad membra confortanda. Oua autem quanto sunt recentiora tanto sunt meliora. et quanto magis vetera tanto minus bona. Variantur etiam per artificium quadrupliciter. Aut enim sunt assata. aut elixa. aut in iure cocta. aut frixa sed assata sunt elixis grossiora. et ad digerendum duriora. quia focus eorum humiditatem substantialem consumit et desiccat. Assata sub cineribus calidis peiora sunt quam que super carbones sunt discooperta quia cum calor ignis in cineribus ea circumtegat fumositatem eorum superfluam euaporare non permittit. super carbones vero posita fumositatem resudando emittunt et munda fiunt. Elixa autem in aqua meliora sunt quam assata. quia aque humiditas calori ignis in desiccando sua humiditate substantiali repugnat. et ideo minus fiunt desiccatiua et caloris naturalis refrigeratiua. Elixa autem cum corticibus sunt peiora quia et grossiciei et fumositati repugnant cortices exterius et non permittunt superflua exalare. et ideo generant ventositatem inflatiuam et grauitatem stomachi et totius ventris. In aqua vero fracta calor aque temperate penetrat et grossiciem suam subtiliat et aufert eis grauitatem odoris. Unde et ceteris sunt laudabiliora. sed tamen sola vitella plus sunt desiccatiua et minus solidatiua. Indurata vero desiccatiua sunt et a stomacho dure exeuntia venasque tarde penetrantia. bene tamen digesta multum confortant. sed si remaneant indigesta stomachum grauant et intestina. mollia tamen et parum coagulata minus sunt desiccatiua. et magis digestibilia. cito venas penetrantia. pectus humectantia. tamen parum sunt membrorum confortatiua. Item dura aut mollia in suis actionibus et passionibus sunt mediocria. Frixa autem oua ceteris sunt peiora. quia in stomacho morantia in fumositatem et corruptionem sunt magis mutabilia quicquid ibi ciborum inuenerint corrumpentia. grauitatem in stomacho generantia fastidia peiora facientia quam alia oua maxime si sint frixa. In vitellis autem intera assata et in aqua fracta sunt mediocria huiusque ysa. Oua etiam non solum sunt vtilia ad cibum immo sunt necessaria in multiplici medicina. Sunt enim humectatiua mitigatiua pectoris et gutturis lenitiua. membrorum confortatiua. resumptiua et perditorum restauratiua. virtutis intiua tiua generatiue. combustionis et arsure sanatiua. Nam ex vitellis ouorum assatis fit oleum optimum combusturis. Sunt ouorum vitella antracis et venenosi apostematis curatiua. Nam vitellum crudum oui cum sale mixtum sanat antracem. vt dicit Constan. Ouorum autem albumina sunt caloris mitigatiua tumoris repressiua. fluide humiditatis restrictiua. calide attetice et podagre mitiatiua

quando autem putrida et corrupta sunt maxime sunt nociua. humorum corru/ptiua. et suo fetore nausee et vomitus prouocatiua et de facili sunt mortis illatiua.

Capitu LXXVIII

De ouis aspidum

O Ua aspidum sunt parua et rotunda. liuida vel crocea limosa vi/scosa interius ferida ac summe venenosa. quibusdam neruulis pariter conglobata. quorum venenum summe est mortiferum contra quod remedium non inuenitur. vt dicit Plinius. Con/tingit autem vt dicit idem ouũ aspidis aliquando ab alio venenoso vt a rubeta inueniri et ab eo foueri. et ex tali fomẽ/to vermem procreari qui visu et flatu pi/mit more basilisci siue reguli omne vi/uum. Malicia vermis taliter procreati primo sentit vermis qui eum fouet. Nam in primo eius ortu quando se fo/uentem aspicit patrem se generantẽ in/terimit et occidit. vt dicit idem. et hanc proprietatem videtur tangere ysa. lix. cap. vbi dicit q qui comederit oua aspidum morietur. et quod confotum est ex ouis et nutritum erumpit in regulũ vbi dicit glo. ex ouis aspidis generatur regulus. et ex iudeis venenosis nascetur an/tichristus.

Capitulũ. LXXIX

De ouis aranee

O Ua aranee sunt multa et modi/ca. liuida paruis maculis aspersa diuisa et ab inuicem separata ve/nenosa mollia et viscosa. que si casu ali/quo fuerint perdita aranea protinus q̃/rit ea et suis additamentis interioribus et rostro reportat ipsa. Ex vnico autem ouo multe et innumerabiles aranee ge/nerantur ita paruule q vix videntur. et tamen statim quando ouum exeunt te/las texere incipiunt ita subtiliter q na/ture ingeniositas pariter et virtus pos/sunt merito in tam paruo opusculo ad/mirari. quere supra de aranea li. xviij.

De ouis aquile

Capitulũ. LXXX

O Ua aquile sicut et accipitris sunt pauca quia nisi raro ternarũ nu/merum non excedunt. et sepe aq̃/ei jcit tercium de nido. quia difficulter cu/bat super oua. vt dicit Aresto. li. xv. In nido autem suo collocat quandam gem/mam cum ouis suis quam putant magi valere contra tonitruũ et ideo dicunt aq̃/lam lapidem ponere cum ouis ne a toni/truo corrumpant. vt dicit pli.

Capitulũ LXXXI

De ouis anserum

A Nserina oua magna sunt et du/ra ad digerendum. et difficilius cubantur et tardius complẽtur q̃ oua gallinarum.

Capitu LXXXII

De ouis anetarum

A Netina oua ouis gallinacijs sũt maiora. sed non sunt ita sapida nec ita bene nutribilia sicut oua gallinarum.

Capitu LXXXIII

De ouis alaudarum

O Ua autem alaude sunt modica. colore varia. cubantur super gle/ba et ibi deuorantur sepius a re/ptilibus et mustelis.

Capit. LIXXXIII

De ouis bufonum

O Ua bufonis sunt parua et macu/losa fragilis teste insipida mul/tum habentia de albumine et mi/nus de vitello. Uenantur autem de die monedule oua bufonis et comedũt ipsa et ipse de nocte comedit oua monedule. et ideo continue pugnant inuicem pro ouis suis. vt dicit Aresto. li. viij.

Capitu LXXXV

De ouis coruorum

O Ua corui vt dicit Aresto. libro vi. sunt multa et cubantur solum a femina et masculus interim de/

fert ei cibum. et eijcit aliqua propter mul/titudinem. Ouat autem coruus et pul/lificat in medijs estus feruoribus con/tra naturam aliarum auium. Unde pe/tronius. Coruus maturis frugibus oua defert.

Capitu. LXXXVI

De ouis cignorum

Oua cigni sunt multa et magna oblonga dure teste non multum grati saporis et grauis odoris sunt dure digestionis magis quam oua anseris

Capitu LXXXVII

De ouis cocodrillorum

Oua cocodrilli sunt maiora ouis anseris et fouentur in terra vi/cissim nunc a masculo nunc a fe/mina. vt dicit Plinius libro. viij. Sunt au/tem oua illa venenosa et interius quasi saniosa. olfactui et gustui horribilia et ad comedendum mortifera.

Capit. LXXXVIII

De ouis columbarum

Oua columbe sunt minora quam gal/line alba rotunda aliquantulum oblonga sapida calida et bene nutribilia. Sunt autem oua columbe duo et ex vno generatur masculus et ex alio femina. et masculus cubat super ea de no/cte. et femina de die. vt dicit Aresto. li/bro. vi. Multotiens autem ouant in an/no quia decies et maxime in calidis re/gionibus vt in egipto. Quere supra li/bro. xij.

Capitu LXXXIX

De ouis colubrorum

